Digitized by Google

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

h-1

. D. F. 13

6-21635

[illegible]

OMNIA OPERA BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE IN HOC VOLVMINE CONTENTA.

Eglogæ.	.x.
Syluarum libri.	viii.
De Calamitatibus libri	iii.
Prima Parthenicæ Virgo Maria libri	iii.
Secunda Parthenicæ beata Chatherina libri	iii.
Tertia Parthenicæ Margarita & Agathæ Agon liber	.i.
Luciæ & Apolloniæ Agon liber	.i.
Ludouici Morbioli uita lib.	.i.
Alfonſus pro Rege hiſpaniæ de uictoria Granatæ lib.	vi.
Tropheum pro gallis expul. pro Duce Mantue lib.	v.
Ad Falconem libellus in epigrammatis lib.	i.

Collegij Rom. Societatis Jesu · Cat. inscriptus C. P. ..

B.S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ioannes Picus. Baptiſtæ Mantuano Carmelitæ. S.P.D.

o

Lim ad te optime pr̄ nō ſcripſi. ſ3 interim legi quæ ſcripſiſti/diuina
ſcilicet atq; ſanctiſſima illa tua poemata: in qbus ea rerū maieſtas/is
ſpledor ē eloquentiæ/ut certatim in illis palmā ſibi uēdicare uerba.
atq; ſentētiæ uideantur. Felix/qui uelis optima / eadem poſſis. Feli
ces nos/quibus non ſolū legere quæ ſcripſiſti/ſed etiam te amare te uidere/te al
loqui datum eſt. Diues hic mihi materia/& quæ non epiſtolam ſed iuſtum uo/
lumen impleat ſi euagari me in laudandiſ tuis poematis uel imbecillitas ſineret
noſtra/uel pudor tuus. hoc unum dixero delectari me adeo lectiōe tuorum car,
minum/ut fere quottidie cum me uel tœdiū uel fatigatio cœperit/in illa quaſi in,
hortum delitiarū ſolitus ſim ſecedere. Vnde aio tanta ſemper oboritur uolup/
tas/ut nihil cupiat magis q̄ iterū fatigari/ut iterū recreeť. Philoſtratum de Apol
lonii uita ſi ſatis illo es uſus/deſidero. & Zachariæ philoſophi quem te nactum
Romæ dixiſti exemplar cura ut aliquādo habeā. ꝑtereaq; indicē bibliothecæ:
ueſtræ bononiēſis/ ſi tuo id cōmodo fieri poteſt. Vale. & Beroaldum noſtrum:
ſaluta. florētiæ. 19. Septēbris. 1490.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Baptiſta Mantuanus Carmelita Ioanni Pico Mirādulæ dn̄o. S.P.D.

h

Odie mihi in ſacrario noſtro cum Beroaldo ut ſæpe ſoleo/fabulāti red
ditæ ſunt lr̄æ tuæ: & tāta cū utriuſq; noſtrū uoluptate ꝑlectæ/ut uidea.
tur nobis referēda iſta dies inter faſtos: & niueo ut aiunt numerāda la.
pillo. Certe & eloquētiæ tuæ & amoris in te noſtri uis tanta eſt/ ut nihil magis
optemus q̄ tuis crebro epiſtolis recreari. Sed cū ſumus tibi reſponſuri eo maxi/
me triſtamur ꝙ ſermonis paupertate impediti non habemus unde par pari re/
feramus. Si de poematibus noſtris tam magnifice ſentis ut ſcribis/punctum
omne tuliſſe me arbitror. Tuo namq; abſolutiſſimo ꝑfectiſſimoq; in omni di
ſciplinarum genere iudicio non eſt qui unq̄ auſit refragari. Sed uereor Pice doc
ctiſſime ne tibi acciderit quod eſurienti ac ſitiēti mihi aliqn̄ euenit / ut ea. ſ. ſint
uiſa palato ingenii iucundiſſima/quæ fuerūt ſitibundo & anhelanti primū ob/
iecta. & uoluptatē in te hanc tantā excitarit non ſua ipſius rei perfectio quā gu/
ſtaſti/ſed anxia potius auiditas animi lucubrando iam exhauſti & delectationē
quaſi quietē/ac laborū intermiſſionem affectantis. hac ratiōe feſſis uidetur nu/
da humus cubile molliſſimū: & nudo ac inopi trita lacernula grāde ornamentū.
Quicqd id fuerit bn̄ hēt: & ē cū libellis meis ſatis ꝑclare actū: nō eni poſſunt
nō multū exultare ꝙ acumine lectoris tā arguto nō relegat. fuerint ad incudē/
& ꝙ a tāti iudicis cēſura exierit nō ſolū nō dānati/ſed cōmēdati/donati/ honora
ti. Scire tn̄ te uolo Pice mi iucūdiſſime libellos hos meos fuiſſe āte tēpus ablac
tatos. & an̄ emēdationē formatos & æditos. Nā dū ego Romæ grauiꝰ admodū

rei.p. meæ negociis inſudarē/eo tpe quo tu quoq; ut meminiſti/tātis illis æmulationū fluctib9 laborabas/amici Bononiæ putantes debitū amiciciæ officiū ſe pſtare/me inſcio ꝓtocolū meū qđ eis ut nauci & periplema quoddā reliqueram/diuulgarūt. Et qđ ut auguſti utar adagio/cito tarde ideſt mature fieri debuiſſet/præcipiti charitate properātes ad Impreſſoris officinā detulerūt. Hoc ut reſciui/dolui qdē: Verū ne amicos cōtriſtarē & q, uidebā remedio iam amplius locū nō eſſe tacui/& diſſimulaui/ſtatuēs tū ſi unq̄ me uiuēte iteꝝ formarent/emēdare & emaculare multos locos: qđ & faciā: ſi talis unq̄ redibit occaſio. Philoſtratū tuū prius lectione eius apprime delectatus tradidi Beroaldo ꝑlegendū. Studebo pro uiribus imo & ſupra uires uotorū te tuoꝝ cōpotem reddere. Nec ero ego prius uoti cōpos/q̄ tibi paruiſſe/& uotis tuis ſatisfeciſſe me intellexero. Vale: Et Politianum noſtrum ſalutato. Bononiæ Calēdis octobris. M.cccc.xc.

Canonici regulares ſancti Auguſtini Monaſterii Molēbech/poſiti in regione Germaniæ/quæ antiqua Saxonia dicit/ſed magis familiari uocabulo ueſtfalia nūcupat/Priori carmelitaꝝ Bononiæ ſic ſcribūt.

c

Ircūferuntur apud nos uenalia opuſcula quædā (Impreſſoria arte in lucē ꝓducta) quæ tanta uoluptate tātaq; diligentia lectitant ab hiis q bonaꝝ artiū ſtudio indulgēt: Vt nemo ferme mediocriter doctus reperiatur qui nō eoꝝ incitamento ad morū caſtigationē uirtutūq; ampliorē ꝑfectū fuerit prouocatus/q ue eorū ſe lectione crebro ſūma uoluptate deneget affectum. Hæc inquā opuſcula ſunt a diuini ingenii uiro (ſacri ordinis uřo imortali lumine) dño Baptiſta Mantuano ædita: qui ſuo admirabili ſtudio incōpabiliq; ſcriptoꝝ elegātia nō modo ſeipſum ſed & totum ordinē uřum uniuerſo mundo reddit amabilem. Vt uere de uobis Dauid ꝓphetaſſe putetur ubi inquit in omnē terrā exiuit ſonus eorū & in fines orbis terre uerba eorum / re uera in fines orbis terræ egreſſa ſunt uerba (ſuper mel & fauum dulciora) uatis præſtantiſſimi ſacri ordinis carmelitarū Baptiſtæ Mantuani Q uē (uti ex eius ſcriptis liquet) in cōuētu Bononiēſi quondā manſiſſe cognouimus. & forte (qđ maxime optauerim) modo quoq; manet. De quo tñ dudū apud nos mēdax ut ſperamus fama diuulgata ē eū uidelicet Romæ ueneno interemptū/quod & a nunciis pleriſq; aſſerit: quis a nobis hactenus uiuere & ſperet & credatur: quapropter uenerādā pŕnitatē ueſtram humilibus p̄cibus exoratā habemus quantū nos ꝑ pñtē hūc nūciū hoc dubio abſoluer̄ dignemini. Et utrum uere uita functus ſit an adhuc mortali detineat in corpor̄ inſinuar̄ reſcriptis nō grauemini. Et ſi uiuēs uřo in cōuētu reſidet hæ lřæ nřæ licet incultæ eidē pñtent ut de ſe ipe teſtimoniū ferat/quod utinā mereamur adipiſci. Q uæ uero de eius operib9 ad uos uſq; ꝑgerūt paucis explicamus in primis Parthenices duæ: Vna glorioſe Virginis

Mariæ:Altera uirginis ac martyris Chaterinæ uitas ac laudes elegantiſſimo car
mine depromẽtes.Calamitatũ liber neſcio an poeticus ꝓpheticuſue potius dici
debeat.In Robertũ Seuerinatẽ panægyris atq; de eiuſdẽ morte ſomniũ:In do
minuȝ Falconẽ epigrãmata.Diui Lodouici morbioli uita.Cõtra Poetas impu
dicos Atq; de cõtẽnẽda morte.Itẽ de patientia libri tres proſa conſcripti Sũtq;
ꝑdicta oĩa ĩ ciuitate Dauẽtrienſi Impreſſa quæ haud ꝓcul diſtat a nobis. Plura
aũt cõpoſuiſſe dicitur quæ locoꝝ diſtantia ad noſtram noticiã nondũ peruene
runt . quorũ ſi non exemplaria:titulos ſaltẽ tranſmitti optamus potiſſimum ſi
eius familiares epiſtole redacte ſunt in unũ imprimendas tranſmitti humiliter
exoram9/in hiis agat paternitas ueſtra quemadmodum de uobis pie preſumi
mus atq; uti ſacrũ ordinem ueſtrum magnifice illuſtrari & uſq; ad ultimas ſep
tentrionales regiones diuulgari famoſumq; fieri deſideratis. Valete uenerabi
lis dñe & pater colendiſſime una cum diuino poeta dño Baptiſta totoq; ueſtro
celeberrimo conuentu dño Ieſu noſtris precibus recomẽdatus .Reſcriptum ue
ſtrum deſiderantiſſime expectamus.Anno dñi Milleſimo quadringenteſſimo
pridie Nonas februarias.

Ioannes:Iouianus Pontanus.Baptiſtæ Carmelitano:Philoſopho nobiliſſi
mo.S.P.D.

T initæ Romæ memor ſum amiciciæ:& ĩgenii tui excellẽs uis/momẽ
e tis pene ſingulis id efficit ut doctrinæ uel ſũma ẽt cũ admiratõe memi
nerim tuæ.An eius ego obliuiſcar ?quẽ latinæ muſæ nõ memorabilẽ
modo/uerũ maxĩe ẽt admirabilẽ/& nr̃is faciũt & futuris facturæ ſũt ſeculis? Et
q̃q̃ ſenes memoriæ ĩbecillitate laboram9 õẽs/uirtus tñ tua/quæq; ĩ te ẽ eximia
reꝝ cognitio uel cõfirmare qdẽ atq; augere in nobis ĩſitã illã a natura uim põt/
qua & meminimus /& reminiſcimur.De principe uero tuo illuſtrãdo/bonam ti
bi ꝓmittere uolũtatem poſſum:uerũ qd ꝓmittat /cui nihil oĩo ẽ/qđ det/in penu?
Nõ deero tñ uirtutibus fortiſſimi ac magnanimi ducis.Q đ aũt ad uitæ reliquũ
attinet/utar tuo/ideſt religioſiſſimi ac ſapiẽtiſſimi uiri cõſilio:atq; eo libẽtius ꝙ
fortuna ipſa uix habet / qđ de cœtero in me feriat :Cũ ne id qdẽ in me iuris ha
beat/ut de ip̃a querar:q̃uis ereptis honorib9:magiſtratib9:liberis:ſũma cũ iniu
ria atq; inſolẽtia.Sed utať illa iure ſuo/quominus aũt utar ipſe meo:nunq̃ id ef
ficiet.Mitto ad te deguſtatiunculas ex hiſtoria mea quaſdã:quæ aures fortaſſe
nõ oĩo tuas offendẽt. Tu paucis ex iis coniicere poteris reliqua.Eſt mihi ĩ manî
b9 de poeticis numeris deq; hiſtoriæ lege dialogus.de magnanimitate liber.de
ſtellis uolumen abũde magnũ itẽ de fortuna:qb9 abſoluẽdis: uel expurgandis
poti9/do operã:quoꝝ poſt iudex ipſe futurus es.Bene Vale ac religionẽ cole:in
qua & beatus nũc uiuis:& ex ea poſt ad deos migrans:cũ illis æuo fruiturus es
ſempiterno .Neapoli Kal.Iuniis .1499 .

Philippus Beroaldus Venerabili fratri Hieronymo Carmelitæ Salutem.

P

Erlegi nuper diuina diuini Baptiſtæ Carmelitæ poemata:quæ euiden/
ter oſtendunt parentē rerum naturam in progenerādis poeticis ingent
is haud q̄q̄ decoxiſſe. Mantuamq; nobis alterū maronem ex palinge/
neſia Pythagorica reddidiſſe. equidē uates omnis priſcos adorandos puto ma
ximeq; Virgiliū cui hic noſter proximus longo quidem interuallo, Sed tamē
proximus. in quo ingeniū copioſum & mira doctrinæ multiiugæ felicitas exu/
berat, fœcundus prorſus artifex, utpote qui uerſuum millia plurima condi/
derit, adeo ut muſæ ut Apollo ut Dionyſius ut dii omnes poetici nullum hoc
ſæculo indulgentius fouiſſe uideantur. Cuius poemata terſa erudita conſuma/
ta præſe ferunt quandam facilitatē feliciſſimā. quæ omnia cōmendat ſanctitas
ſcriptoris:& doctrina religioſior,& eccleſiaſticū dogma intertextū,quibus uelu
ti pigmentis p̄cioſis colorata ſplendeſcunt. Merito itaq; uiuens ea fruitur gloria
quam poſt cineres pauciſſimi conſequūtur,eamq; uiuus ſentit. quæ poſt fata p̄/
ſtari magis ſolet uenerationem. Intereſt poſteritati ſuæ,monſtraturq; digito p̄/
tereuntium:nec ſolum habetur in manibus & ediſcit', Verumetiam in ſcholis
enarrat'. & inde ſaluberrima Tirunculis dictata Grāmatiſtæ præſcribunt. Gau
deo ipſe mecum & geſtio. ꝙ talem uirū non ſolum familiariter nouerim. ſed ēt
habuerim confeſſorem, Cæterum tu non minima laude dignus es mi Hiero/
nyme:qui tua diligentia effeciſti,ne unquam mori poſſet, & ſicuti eſt immor/
talis,ita immortaliter perēnet. Namq; poemata nouicii maronis noſtri omnia
in unum quaſi corpus compacta, & ex archetypo diligentiſſime deſcripta tra/
didiſti,Benedicto bibliopolæ Impreſſori elegantiſſimo, ut formis excuderent',
Sub cuius incude impreſſoria & noſtra quoq; qualiacūq; pene infinita uolumi
na ſunt excuſſa. prouinciam profecto laudabilem ſuſcepiſti, ut quæ prius ſpar
ſim intercisimq; diuulſa ueluti membra legebantur,ea nunc cōnexa & conſtipa
ta inſtar corporis integri habeantur, Debent tibi plurimū huiuſce ſacri poema/
tis ſtudioſi. Debet non parum ipſe conditor, nec enim ſatis eſt cōdere legenda,
niſi excuſſor buccinator ordinator acceſſerit. Vale & me ama.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi adoleſcen
tia in Aeglogas diuiſa. Ad Paridem cæſareum.
Aegloga prima de honeſto Amore & feli
ci eius exitu Colloquutores Fau
ſtus & Fortunatus.
Nomen Aeglogæ Fauſtus.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Fortũatuſ Auſte p̄cor gelida qñ pecus omne ſub ũbra
f Ruminat/ ãtiquos paulũ recitemus amorẽs:
Ne ſi forte ſopor nos occupet / ulla ferarum
Q uæ mō p ſegetes tacite īſidiant᷑ adultas/
Sæuiat in pecudes. melior uigilantia ſomno.
Fauſtus Hic locus / hæc eadem ſub qua requieſcimus arbor
Scit quibus ingemui curis / quibus ignibus arſi
Ante duos / uel ni memini male / quattuor annos.
Sed tibi quando uacat / quando eſt iucunda relatu /
Hiſtoriam prima repetens ab origine pandam.
Hic ego dum ſequerer primis armenta ſub annis
Veſte ſolo ſtrata ſedi / iacuiq; ſupinus /
Cum gemitu & lachrymis mea triſtia fata reuoluens.
Nulla quies mihi dulcis erat / nullus labor. ægro
Pectore ſenſus iners / & mens torpore ſepulta
Vt ſtomachus languentis erat / quem nulla ciborum
Blandimenta mouent / quem nulla inuitat orexis.
Carminis occiderat ſtudium. iam nulla ſonabat
Fiſtula diſparibus calamis. odioſus & arcus/
Funda odioſa / canes odioſi / odioſa uolucrum
Præda / nucum calyces cultro enucleare moleſtum.
Texere fiſcellam iunco uel uimine. piſcem
Fallere. ſcrutari nidos. certare paleſtra /
Sortiri digitis res iniucunda. uoluptas
Magna prius: tanti dum mens erat inſcia morbi.
Colligere agreſtes uuas / & fraga peroſus.
Mœrebam ut paſtu rediens philomena / cibumq;
Ore ferens natis / uacuo ſua pignora nido
Cum ſublata uidet. roſtro cadit eſca remiſſo:
Cor ſtupet. & contra nidos ſuper arboris altæ
Fronde ſedet plorans infelices hymenæos.
Seu ueluti ammiſſo partu formoſa iuuenca
Q uæ poſtq̄ latos altis mugitibus agros

Compleuit / reſidens pallenti ſola ſub umbra
Gramina non carpit/nec fluminis attrahit undam.
Sed quid circuitu pario tibi tœdia longo?
Dum ſequor ambages / & uerba & tempora perdo
Summa hæc / uitalesq; auras inuitus agebam.
Quod ſi forte uolens cognoſcere ſingula dicas
Fauſte quis in ſyrtes auſter te impegerat iſtas?
Me mea / uerum etenim tibi fortunate fatebor /
Me mea galla ſuo ſic circumuenerat ore /
Vt captam pedicis circundat aranea muſcam.
Nanque erat ore rubens / & pleno turgida uultu /
Et quis oculo pene eſſet inutilis uno /
Cum tamen illius faciem mirabar & annos /
Dicebam triuiæ formam nihil eſſe dianæ.

Fortuna. Ludit amor ſenſus / oculos præſtringit/& aufert
Libertatem animi / & mira nos faſcinat arte.
Credo aliquis dæmon ſubiens præcordia/ flammam
Concitet / & raptam tollat de cardine mentem.
Nec deus ut perhibent /amor eſt/ſed amaror & error.

Fauſtus Adde quod optatis nec ſpes erat ulla potiri:
Quamuis illa meo miſerata faueret amori:
Monſtraretq; ſuos oculis ac nutibus ignes.
Nam quocunq; iſſet / ſemper comes aſpera / ſemper
Nupta ſequebatur ſoror / &duriſſima mater.
Sicq; repugnabant uotis contraria uota.
Non ſecus ac muri catus : Ille inuadere pernam
Nititur.hic rimas oculis obſeruat acutis.

Fortuna. Qui ſatur eſt pleno laudat ieiunia uentre
Et quem nulla premit ſitis eſt ſitientibus aſper.

Fauſtus Tempus erat curua ſegetes incidere falce:
Et late albebant flauentibus ordea culmis.
Affuit(ut mos eſt)natis comitata duabus
Collectura parens quæ præterit hordea meſſor.
Ignorabat enim uel diſſimulabat amorem:
Diſſimulaſſe puto / quoniam data munera natæ
Nouerat.exiguum leporem geminaſq; palumbes.

Fortuna. Pauperies inimica bonis eſt moribus.omne
Labitur in uicium.culpæ ſcelerumq; miniſtra eſt.

Fauſtus Farra legens ibat mea per ueſtigia uirgo
Nuda pedem / diſcincta ſinum / ſpoliata lacertos

galla.

Effectus amoris.

Vt decet æſtatem/quæ ſolibus ardet iniquis.
Tecta caput fronde intorta/quia ſole peruſta
Fuſca fit/& uoto facies non ſeruit amantum.
Iam tergo uicina meo laterique propinqua
Sponte mea delapſa manu frumenta legebat.
Nec celare ſuas nec uincere fœmina curas/
Nec differre poteſt:tantum leuitatis in illa eſt.
Fort. Quiſquis amat leuis eſt/nec fœmina ſola/ſed ipſi
Quos ſapere & præſtare aliis mortalibus aiunt/
Quos operit latus fulgenti murice clauus.
Quos uidi elatos regali incedere paſſu.
Tu quoque ſic affectus eras dementior illa/
Forſitam & leuior.uirgo data farra legebat:
At tu farra dabas.dic quæ dementia maior?
Fau. Perge.opus eſt uerbis aliquando arcere ſoporem.
Continuo aſpiciens ægre tulit aſpera mater.
Et clamans quo dixit abis?cur deſeris agmen?
Galla ueni.nanque hic alnos prope mitior umbra.
Hic tremulas inter frondes immurmurat aura.
O inuiſa meis uox auribus.ite precabar
Ite malam uenti celeres diſpergite uocem.
Si quis paſtor oues ad pinguia paſcua ducat/
Et uetet adductas præſens decerpere gramen/
Vel ſi iam paſtas potum compellat ad amnem/
Et ſitibundo ori ſalientem deneget undam/
Nonne importunus?naturæ inimicus/& excors?
Illa mihi uox uiſa iouis uiolentior ira/
Cum tonat:& pluuius terris iraſcitur aer.
Non potui & uolui frontem non flectere.uirgo
Demiſſi in cilium de ſub uelaminis ora
Me aſpiciens motis blande ſubriſit ocellis.
Id cernens iterum natam uocat improba mater.
Galla operi magis intedens audire recuſat.
Vt pede ſic animo ſequitur.tum prouidus ipſe
Nanque dolos inſpirat amor fraudeſque miniſtrat/
Nunc cantu nunc ſollicitans clamore metentes
Velamenta dabam ſceleri.quo credere poſſent
Et ſoror & mater non audiuiſſe puellam.
Falce repellebam ſentes/ne crura ſequentis
Leuia/ne teneras auſint offendere plantas

leuitas fœminæ

Fort. Q uiſquis amat ſeruit.ſequitur captiuus amantem.
Fert domita ceruice iugum/fert uerbera tergo
Dulcia/fert ſtimulos trahit & bouis inſtar aratrū.
Fau. Tu quoq; ut hinc uideo non es ignarus amorum.
Fort. Id commune malum ſemel inſaniuimus omnes.
Fau. Hoc animi tam triſte bonum tam dulce uenenum.
Q uottidie crudele magis creſcebat in horas/
Vt calor in nonam dum lux attollitur horam,
Pallebam attonito ſimilis/Limphaticus/amens
Immemor/inſomnis. nec erat res ardua morbi
Noſſe genus/frons eſt animi mutabilis index/
Vt pater aduertit/mitem ſe præbuit ultra
Conſuetum q; & ipſe ſuos expertus/amorum
Sciret onus/blandoq; loquens humaniter ore
Dic inquit dic fauſte/quid hoc quod pectore uoluis ?
Infelix puer hæc facies teſtatur amorem.
Dic mihi.ne pudeat curas aperire parenti.
Fort. Sit licet in natos facies auſtera parentum/
Aequa tamen ſemper mens eſt & amica uoluntas.
Fau. Vt facilem pater affectum præ ſe tulit/ultro
Rem confeſſus opem petii.promiſit.& ante
Q uam brum male gelu borealibus arua pruinis
Spargeret/agnati unanimes cum patre puellam
Deſpondere mihi.nec adhuc ſine teſtibus illi
Congrediebar/eram medio ſitibundus in amne
Tantalus/o quotiens miſſo cum bobus aratro
Vt uacuis aliquando eſſet ſola hædibus ibam.
Omnia cauſabar/ſtiuam/dentale/iugumq;/
Lora iugi/nullam/deerant quæcunq; petebam
E ſoceri lare. ſola tamen deerat mihi uirgo.
Non deeram mihi/piſcator/uenator/& auceps
Factus eram/& ſolers ſtudia intermiſſa reſumpſi.
Q uicquid erat prædæ/quicquid fortuna tuliſſet/
Ad ſoceros ibat.gener officioſus habebar.
Nocte ſemel media ſubeuntem limina furtim
Sic etenim pactus fueram cum uirgine/furem
Eſſe rati inuaſere canes.ego protinus altam
Tranſiliens ſepem.uix ora latrantia fugi.
His tandem ſtudiis hyemem tranſegimus illam.
Ver rediit.iam ſylua uiret/iam uinea frondet/

Iam ſpicata ceres/iam cogitat hordea meſſor.
Splendidulis iam nocte uolant lampyrides alis.
Ecce dies genialis adeſt.mihi ducitur uxor.
Sed quid opus multis? nox expectata duobus
Venit & in portum uento ratis acta ſecundo eſt.
Tum boue mactato gemina conuiuia luce
Sub patula inſtructis celebrauimus arbore menſis.
Affuit æenophilus/multoq; ſolutus hiaccho
Tempeſtiua dedit toti ſpectacula uico.
Et cum multifori tonius/cui tibia buxo.
Tandem poſt epulas & pocula/multicolorem.
Ventriculum ſumpſit.buccaſq; inflare rubentes
Incipiens oculos aperit/ciliiſq; leuatis
Multotienſq; altis flatu a pulmonibus hauſto
Vtrem implet.cubito uocem dat tibia præſſo.
Nunc huc nunc illuc digito ſaliente uocauit
Pinguibus a menſis iuuenes ad compita cantu
Saltidico/dulciq; diem certamine clauſit.
Et iam tres hyemes abiere:& proximat æſtas
Quarta/dies rapidis/ſi qua eſt bona/præterit horis.
Si qua placent abeunt/inimica tenacius hærent.
Fort. Fauſte uiden ſuicina pecus uineta ſubintrat.
Iam (ne forte graui multa taxemur) eundum eſt.

FINIS.

Aegloga Secunda quæ dicitur fortunatus de amoris inſania Colloquutores Fauſtus & fortunatus.

Fau. Vt tam ſerus ades? qd te iã ſeptima lux eſt.
c Detinuit:gregib9 ne nocẽt hæc paſcua uris?
Fort. Fauſte padus nr̃os qui præterlabitur agros
Creuerat:& tumidis ripas æquauerat undis.
Nos cura gregis ommiſſa priuata coegit
Publicaq; utilitas ripam munire diurnis
Nocturniſq; operis:fluuiumq; arcere furentem.
Fau. Fert padus exundans mala ſæpius omina: noſter
Tityrus eſt autor:qui paſcua dixit & arua.
Fort. Forſitan id uerum/quando extra tempora/& ultra
Menſuram atq; modum ſubito concreuerit æſtu.
Nunc autem id poſcit tempus.nam liquitur altis
Nix hyberna iugis.implent caua flumina montes

Fau. Se exonerant/fluuioſq; onerant. ſic flumina rurſum
Se exonerāt/pelaguſq; onerāt. hominū quoq; mos ē
Q uæ nos cunq; premunt/alieno imponere tergo.
Fort. Sed iam contractū reuocat ſuus alueus amnem.
Fau. Decreſcente pado (dictu mirabile) noſter
Fortunate lacus maioribus æſtuat undis.
Vrbs natat. obſcuræ fiunt cellaria foſſæ.
Lyntre cados adeunt. labens ad uina miniſter
Ridet. & ex imis fertur grauis obba lacunis.
Multa/licet nati fuerint melioribus horis
Multa & magna ferunt aliquando incōmoda ciues.
Fort. Commoditas omnis ſua fert incommoda ſecum.
Et ſorti appendix eſt illætabilis omni.
Fau. Hactenus eridanus. noſtros repetamus amores:
Q uādoquidē nunc alma uenus mouet omnia. cœlū
Luce tepet nitida. tellus uiret. arua uolucres
Cantibus exhilarant uernis. nunc omnia fœtant.
Fort. Tu tua luſiſti. ſed nos aliena ſequamur.
Nanq; tibi noti referam paſtoris amores/
Vt doceam ueneris nihil eſſe potentius igne.
Pauper & infeſto ſub ſydere natus amynias
Sex uitulos totidemq; pares ætate iuuencas
Armentiq; patrem ducens in paſcua taurum
Venerat ad coitum: nitidīs ubi mintius undis.
Alluit herboſos fugiens perniciter agros.
Arx noua propter aquas pinnatis ardua muris
Eſt coitus/campo moles fundata paluſtri.
Hic igitur recubans uitrei prope fluminis undam
Vitis ubi amplectens longis dumeta lacertis
In uada curuata ripæ ſupereminet umbra
Piſcibus inſidias tendebat arundine & hamo.
Meſſis erat: rapidi uiolentia ſolis aductos
Proſciderat campos. finem philomena canendi
Fecerat. & neq; lux paſſim morientibus herbis
Paſcere oues poterat/neq; nox humore cicadas.
Dumq; incumbit aquis/ſtudioq; intendit inani/
Taurus ut auditum eſt/primum uexatus ab œſtro/
Mox canibus/demum furaci a milite ſyluis
Abditus/ex toto confeſtim euanuit agro.
Q uod puer ut nouit/tumulum conſcendit: & alta

Voce bouem clamans longo rura omnia uiſu
Proſpicit.ut fruſtra niti ſe comperit: arcum
Corripit & pharetram:ſequiturq; per inuia taurum.
Illum per caulas & per ſtabula omnia quærens
Per colles benace tuos/per conſita oliuis
Iugera per uirides ficis & uitibus agros.
Venerat ad ſublime iugum/quod ſulfuris arcem
Suſtinet/& longis aperit proſpectibus illinc
Benacum/hinc campos longe lateq; patentes.
Lux ea ſacra fuit petro/frondente ſub ulmo
Mixta erat ex omni pubes poſt/prandia uicos
Ducebatq; leues buxo reſonante choreas.
Fau. Ruſtica gens nulla genus arte domabile/ſemper
Irrequietum animal/gaudet ſudore.peracto
Mane ſacro feſta(quando omnibus ocia luce
Ipſa ocii ac famis impatiens epulatur/& implet
Ingluuiem:audito properat tibicine ad ulmum.
Hic furit/hic ſaltu fertur bouis inſtar ad auras.
Q uam raſtris uerſare nefas/& uomere terram
Calcibus obduris:& inerti mole fatigat/
Ac ferit:& tota baccho facit orgia luce
Vociferans/ridens/ſaliens/& pocula ſiccans.
Fort. Stulte quid hæc faris?ſolatia ruſtica damnas
Ruſticus ipſe?tuis malus es/tibi peſſimus ipſi.
Fau. Dicta ioco fuerint.noſtrum repetamus amyntam.
For. Continuit greſſum. baculoq; innixus acerno
Intermiſit iter/donec miteſceret æſtus.
Ah puer infœlix/æſtus te maior in umbra
Corripiet:nudam uideas ne in fonte dianam
Claude oculos/blandis neu des ſirenibus aurem.
Sors tua narciſo ſimilis.narciſus in undis
Dum ſedare ſitim properat/ſitit amplius.at tu
Exteriorem æſtum fugiens intrinſecus ardes.
Q uam melius fuerat(niſi te ſic fata tuliſſent)
Ad reliquum rediiſſe pecus/ſeruaſſe iuuencas.
Ammiſſi bouis æquo animo diſpendia ferre/
Q uam dum conaris nil perdere/perdere te ipſum.
Fau. Sed poſt iacturam quis non ſapit?utile non eſt
Conſilium poſt facta/dari quod oportuit ante.
Conſilium poſt facta imber poſt tempora frugum.

Fort. Vna puellares inter pulcherrima turmas
Virgo erat alba comas/aliis procerior/annos
Nata quater quinos uel circiter/ore nitenti
Vrbanis certare potens & uincere nymphis.
Aureolis radians guttis ad tempora limbus
Ibat/& ad pectus clauſum uelamen aheno
Clauiculo. mediam fulgenti fibula ferro
Stringit in anguſtum. noua candicat inſtita lapſu
Linea rugoſo: pedibuſque allabitur imis.
Hanc puer ut uidit/periit: flammaſque tuendo
Hauſit: & in pectus coecos abſorbuit ignes.
Ignes/qui nec aquis perimi potuere/nec umbris
Diminui/neque graminibus/magiciſue ſuſurris.
Oblituſque greges & damna domeſtica totus
Vritur/& noctes in luctum expendit amaras.
Sæpe graueſcentem uerbis compeſcere flammam
Nixus/& inſanum iuuenis cohibere furorem
Dicebam. miſerande puer quis te deus iſtas
Miſit in ambages? ſed non deus/immo ſatanum
Peſſimus/ex illis quos noctibus atque diebus
Ter tribus in terras fama eſt ex æthere lapſos.
Dic age ſi noſti quemquam/reminiſcere/ſi quem
Videris/hoc pacto diteſcere/ſurgere in altum/
Dilatare domum/maioribus horrea aceruis
Complere his ſtudiis. extendere latius agros/
Multiplicare greges/acquirere paſcua bobus.
Inter tot populos/quot habet latiſſima tellus
Sunt qui noſtra ferant menſis epulanda cruentis
Corpora/& humanos abſumant dentibus artus.
Sunt inq̄ quos tanta malis tot uexet herinys.
Sed nullum eſt tam īmane genus/tam barbara nuſq̄
Gens/quæ fœmineos non execretur amores.
Hinc ueniunt rixæ/ueniunt & iurgia/& arma:
Sæpe etiam diræ multo cum ſanguine mortes.
Hinc quoq; deletis euerſæ mœnibus urbes.
Ipſe etiam leges rubriſq; uolumina loris
Clauſa uetāt ſcelus hoc/& deteſtantur amores.
Vt leges audiuit/ad hæc reſpondit Amyntas/
Ciuis enim fuerat puer/& uerſatus in urbe.
His monitis prudens & circumſpectus haberi

Niteris/& ſenſu tetricos anteire Catones.
Error hic/hæc paſſim ſapiens dementia regnat.
Ipſe ſibi blanditur homo:ſolerſq; putari
Vult animal.tamen incautus ſibi multa tetendit
Retia.& in foueam cecidit/quam fecerat.ante
Liber erat. Seruile iugum ſibi condidit ipſe.
Pondus id/eſt legũ (uidi ipſe uolumina) quas nec
Antiqui potuere patres/nec poſſumus ipſi
Nec ſeruare ætas poterit uentura nepotum.
Aſpice q̃ ſtulta eſt hominum prudentia: cœlum
Sperat:& eſſe ſibi ſedem inter ſydera credit.
Forſitan in uolucrem moriens tranſibit/& altum
Spiritus aſſumptis tranabit ad æthera pennis
Tunc ego quid latras? legum deus autor:& ipſis
Non parere/ſapit magnam nimis impietatem.
Fau. Grandia de magnis hæc ſunt certamina rebus.
For. Quid fuerim reris? q̃uis pannoſus & aſper
Sim modo/tunc animo/tunc ui/tunc ore ualebam
Nec mihi ſeſe alius poterat componere paſtor.
Fau. Nunc quoq; ſi rectus uultu gradiare ſupino/
Alter eris marius:raſo ore uidebere carbo.
Fort. Talia reſpondit ſic obiurgatus Amyntas.
Facto homini deus inuidit.conceſſa uoluptas
Viſa bonum nimis excellens.& uota repreſſit
Legibus inuentis. ut equi ligat ora capiſtro
Ne quocunq; libet flectat ueſtigia/ſeſſor.
Quæ mea ſit me cogit amor/ſententia fari/
Liberaq; ora facit. qui non communicat uſum
Coniugis/inuidus eſt.liuorem excuſat honeſtas
Introducta uſu longi liuoris iniquo.
Nam dum quiſq; ſibi retinet ſua gaudia/nec uult
Publica/communis mos ac longæuus honeſtas
Factus. & hunc morem fecit dementia legem.
Inuida res amor eſt/res inuidioſa uoluptas.
Tunc ego non audens hominem contendere contra
Amplius/inſano rediens ab amante receſſi.
Fau. Cernis ut hic malus affectus ſic lumina mentis
Claudat/in errores ut ſponte feramur apertos?
Fort. Cernis ut a ſummo liuentia nubila baldo
Se agglomerent? oritur grando/ne forte uagantes

Tempeſtas deprehendat oues/diſcedere tempus.
FINIS.

Aegloga tertia quæ dicit Amynthas de iſani amoris exitu iſœlici Colloquutores Fauſtus & Fortunatus.

Fau. I LLa heſterna ruens baldi de uertice grãdo
Fortunate fuit nobis innoxia:diuis
Gratia noſtrarum quibus eſt cuſtodia frugũ
Sed ueluti ex illis ueniens ait harculus oris/
Veronenſem agrum pecudes & ouilia ſic eſt
Demolita/caſas & paſtoralia tecta
Sic euertit/ut agricolis ſpes nulla ſuperſit:
Agricolis etenim pecus eſt ſubſtantia & arua
His ſubiecta malis. grandi theſaurus in arca
Ciuibus eſt.quem nulla queat contundere grando/
Nulla pruina/gelu nullum/nullæ aeris iræ.
Fort. Neſcio quis uentos tempeſtateſq; gubernat.
Id ſcio/ſed neq; ſi ſcio/ſed tamen auſim
Dicere.quid?uitane ideo multabor in ipſa?
Numina ſi ut perhibent/orbem moderantur ab alto/
Extimo nil duros hominum curare labores.
Aſpice quo tenuem uictum ſudore paramus:
Quot mala pro grege/pro natis/pro coniuge paſtor
Fert miſer. infeſtis æſtate caloribus ardet.
Frigoribus riget hybernis. dormimus ad imbrem
Cotibus in duris/uel humi:contagia mille
Mille premunt morbi pecudes:diſcrimina mille
Sollicitant.latro inſidias intentat ouili/
Atq; lupus.mileſq; lupo furacior omni.
Vt manus aſſiduo detrita incalluit uſu/
Squalluit os/barba obriguit/cutis arruit æſtu/
Vna repentino rapit omnia turbine grando.
Hoc ſuperi faciunt/quibus inclinamur ad aras:
Et quibus offerimus faculas/& cærea uota.
Neſcio quæ pietas & quæ clementia tantis
Cladibus inuoluat paſtores omnium egenos.
Fau. Fortunate/ſcelus nobis hæc omnia noſtrum
Ingerit.ætherei ſententia iudicis æqua eſt.
Fort. Quod ſcelus?an fuimus chriſti uitæ inſidiati?
Fau. Iurgia/furta/iræ/uenus/& mendacia/rixæ.

Fortuna. Quid meruere boni? nec enim ſcelus obruit omnes.
Et tamen una omnes pariter peſſundat erinnys.
Fauſtus Heu neſcis male de ſuperis ſentire nefandum?
His igitur quæ ſcire nefas/ neſcire neceſſe eſt/
Poſthabitis/curas iterum repetamus amyntæ:
Quas ſumus experti/quas ignorare negatum eſt.
Res uulgaris amor/ſtudium commune iuuentæ.
Fortuna. Mœror & affectus alii de cardine mentem
Sæpe leuant.animo ſermo uenit æger ab ægro.
Fauſtus Intellecta licet pro re pro tempore fari.
Sic habitus coſmas ſapiens/incognita nunq̄.
Fortuna. Fauſte ſapis/notos igitur repetamus amores.
Reſtat amyntæos poſtrema in fata furores
Ducere:& in miſero lachrymas impendere caſu.
Præteriens illac paruo poſt tempore rurſum
Inſanire hominem uideo.& miſeratus amantem
O iterum dixi mens inconſulta/ueneno
Ebria fatali.populo iam fabula factus
Non reſipiſcis adhuc.& adhuc in amore ſepultus
Te ruis atq; tuos/pecus atq; mapalia tecum/
Vt quondam moriens rapuit ſecum omnia ſanſon.
Cum ſenio curuatus eris ſi forte ſenectam
Fata tibi dederint/quis ſuſtentabit inertem/
Somnolentum/inopem/cum tam defecerit omne
Robur/& ingenium/ſenſuſq; receſſerit omnis?
Hæc tibi cuncta feret/niſi mors præuenerit/ætas.
Eſto domi/uigila/obſerua. ſuper omnia ſemper
Proſpice quo tendas: & quo ueniſſe dolendum eſt/
Ire caue.diſcerne uias.hominemq; memento
Non ad delicias/non ad muliebria natum
Blandimenta/leui tam pernicioſa iuuentæ:
Ipſe ego cui pecudes/cui lac/cui caſeus/ægre
Vitam ago.tanta agros omnes inuaſit egeſtas
Tot duri rerum euentus/incommoda paſſim
Tanta/tot aduerſis totus conuoluitur orbis.
Accipe rem non auditam non tempore factam
Præterito/ſed quam lux hæc mihi protulit ipſi.
Vt mos/autumno pecudes creſcente totondi.
Mane foro expoſui lanæ uenalia pondo
Sexaginta hodie.grande æs conflare putabam.

Vix uitam gregis eduxi / uix pabula poſſum
Mercari hybernis niuibus. quo cætera pacto
Sit uictura domus / nondum mihi conſtat amynta.
Quiſquis amat / dominæ munuſcula mittat oportet.
Tu uero cui uix tectum fortuna reliquit /
Sub quo luce habitat ſub quo pernoctat egeſtas /
Quid poteris cupidæ gratum donare puellæ?
Mittere mala decem ſatis eſſe ſolebat amanti.
Purpurei flores / & raptus ab arbore nidus /
Gramen odoriferum / memini quo tempore magnæ
Credebantur opes. uentum eſt a gramine ad aurum
Regia res amor eſt hac tempeſtate. receſſit
Mos uetus / & quædam mala lex inoleuit amandi.
Talia ſuadenti toruo mihi retulit ore.
Si cupis optatam mihi fortunate ſalutem /
Da quod amo. noſtro hæc una eſt medicina dolori.
Cætera quæ memoras mihi ſunt tormenta: reuelli
Ex animo furor iſte nequit. mea pectora imago
Virginis obſedit. mecum eſt / mecum itq; / reditq;.
Excubat / & dormit mecum / caput / oſſa / medullas /
Cor complexa poteſt cum ſola excædere uita.
Ac ueluti quotiens aliena ex arbore ſecto
Surculus inſeritur trunco / natura duorum
Iungitur / & mixto coaleſcit corpore uirga.
Sic dominæ dilecta mihi ſe immerſit imago.
Et fecit duo corda unum. duo traxit in unum
Pectora: ſenſus ineſt nobis & ſpiritus idem.
O me felicem / ſi cum mea fata uocabunt /
In gremio / dulciq; ſinu / niueiſq; lacertis
Saltem anima caput hoc languens abeunte iaceret.
Illa ſua nobis morientia lumina dextra
Clauderet / & triſti fleret mea funera uoce
Siue ad felices uadam poſt funera campos /
Seu ferar ardentem rapidi phlegetontis ad undam /
Nec ſine te felix ero / nec tecum miſer umq̄.
O dryades / florumq; deæ nymphæq; decentes
O nemorum ſyluane pater / ſeruate precamur
Collibus in ueſtris gelidiſq; in uallibus omne
Syluarum ruriſq; decus. circundate ſaltus
Sepibus / & prohibete pecus / ne floribus obſit.

Iſta precor dominæ ſeruate in funera noſtræ.
Tunc omnis ſpargatur humus,redolentia ſerta
Texite,quæ circa tumulum ſupraq; iacentem
Componantur heram.triſtes ad buſta puellæ
Pierides aderunt:& lamentabile carmen
Ore canent madido.ſignataq; uerba relinquent
Iſta ſepulturæ relegenda nepotibus olim.
Hic tegitur uirgo:cui nil quin diua uocari
Debuerit,deerat,niſi dura fuiſſet amanti.
O uirgo ſi te tantus conſumeret ardor,
Per centum ſcyllas ad te,per mille charibdes
Tranarem laturus opem.tu ſæuior hydra
Me fugis.at culpæ nihil eſt in uirgine.nam me
Neſcit adhuc ſi ſciret enim ſuccurreret ultro.
Nec puto ſub miti tam ferrea pectora uultu.
Signa tamen uultus fallacia.ſub cute molli
Mens fera,ſub blanda ſunt corda immania fronte.
Alloquar.& faciam noſtros intelligat ignes.
Si tamen illa meos uultus auerterit:ibunt
In lachrymas oculi,triſte in ſuſpiria pectus.
Oderit illa licet ſemper,fugiatq; ſequentem,
Iſta tamen quocunq; ferar,me cura ſequetur.
Ite procul medicæ,non ſum ſanabilis,artes.
Ite procul magico qui (quod nec credere dignũ eſt)
Carmine pallentes animas reuocatis ab orco.
Ite procul uanis precibus qui flectere diuos
Creditis.aduerſum eſt,& inexorabile cœlum.
Me rapit impatiens furor,& iuuat ire per altos
Soliuagum montes,per luſtra ignota ferarum.
Talia iactantem uerbis conabar amicis
Flectere.ſed uulnus nihil inſanabile curat.
Illum per campos nox intempeſta ſilentes
Illum exorta dies inter dumeta uidebat
Inſomnem ſemper,raro ſylueſtria poma
Carpentem,& potu contentum ſimplicis undæ.
Poſt longos gemitus exhauſtaq; lumina fletu
Aſſiduo,poſt lamenta & conuulſa frequenti
Pectora ſingultu moriens finiuit amores.
Exanimum corpus tumuli ſine honore relictum
Nocturnæ abſumpſere feræ,uolucreſq; diurnæ,

Fau. Heu funeſta lues / fatalis machina paſſim
Corda uenenatis penetrans humana ſagittis/
Equiparans hominem pecudi. quæ pocula circe
Quæ peiora unq̃ potuit dare philtra calipſo?
Quæ ſtix/qs phlegetō grauior? quæ maior erinys?
O ſtulti quicunq; deum dixiſtis amorem.
Num natura nocens deus eſt? ubicunq; locorum
Sit deus/eſt homini clemens innoxius æquus.
Fort. Heu miſerande puer tenera ſublate iuuenta/
Quæ tibi naſcenti luxerunt ſydera? quæ tam
Noxia pars cœli eſt / ut te nil tale merentem
Leſerit? & primis infortunarit ab annis?
Nec tamen omnino cœlum tibi defuit. omne
Carmen. & argutis quicquid modulamur auenis
Doctus eras. niſi te mors immatura tulliſſet
Dignus eras ederis/dignus parnaſide lauro.
Nec melius cecinit pugnas ac triſtia bella
Hordea & agrorum cultus & paſcua noſter
Tityrus a magno tantum dilectus Alexi.
Nanq; tui præcox animi ſolertia nobis
Cognita iampridem magnam producere frugem
Cœperat / & ſpecimen tuleras uirtutis & artis
Non uulgare tuæ. poteras iam gloria dici
Ruris/& ætatis decus indelebile noſtræ.
Te padus & noſter lugubri mintius ore
Cum nymphis fleuere ſuis:ut thracius hebrus
Orphea. te triſtes ouium fleuere magiſtri/
Vt daphnim luxiſſe ferunt: te paſcua & agri
Vndiq;. & audita eſt totis querimonia campis.
Spargite paſtores tumulum redolentibus herbis/
Atq; ſacerdotum cantus ac thura quotannis
Ducite. & æternam requiem cantate poetæ.
Fau. Tu tamen arua tenes patriæ melioris/& altum
Incolis elyſium. nos hic te flemus amynta.
Fort. Flendum hodie nobis fuerat. nam triſtia nocte
Neſcio quæ mœſtis cernebam inſomnia formis.
Sed iam ueſper adeſt/& ſol ſe in nube recondens
Dum cadit agricolis uicinos nunciat imbres.
Cogere & ad caulas pecudes conuertere tempus.

FINIS.

Aegloga quarta quæ dicitur Alphus de natura mu
lierum Colloquutores Alphus & Iānus.

Alphus. Anne caper(uideo) macer ē tuus/eē ſolebat
i Acer/& elatis in cœlum cornibus ire.
Nūc deiect⁹ humi flaccis piger auribꝰ her-
Olfacit/& ſummis attingit gramina labris. (bā
Iānus. Languet/& ex iſto langore facetia ſurgit/
Quæ quotiens memini/riſum ciet:ædita nondū eſt.
Aedita cum fuerit/totus mirabitur orbis.
Alphus. Iāne ſoles narrare ſales lepidiſſime/& ore
Suauiloquo:dic ergo tuus cur langueat hircus.
Iānus. Res non ficta(deus teſtis) ſed facta recenter.
At dulce id facinus non eſt narrabile gratis.
Quid precii ſperare licet?quæ dona reporto?
Alphus. Ianne ubi congeſſit nidos philomena/docebo.
Iānus. Qui leuiter ſpondet promiſſo eludit inani.
Alphus. Qui non credit inops fidei:ſed pignore tutum
Te faciam.duo tela mea deprome pharetra.
Iānus. Incipiam. Nymphæ parnaſides ora mouete.
Et memorate mei dira infortunia capri.
Ac philomeneos alpho concedite nidos.
Conductus mercede puer præfectus ouili
Aſſidue paſcebat oues/caprum/atq; capellas.
Seruitium nobis pueri fuit utile/donec
Virgine conſpecta quæ tum huc ueniebat aquatū
Tabuit.ex illo uecors iam tempore factus
Frigidius curare gregem contemnere caulas
Coepit.& exhauſto ſubuertere cuncta cerebro.
Cum ſopitus erat/poterat uigil eſſe/uideri.
Nugabatur enim:quando uigilabat/inerti
Corporis officio/uoluebat ſomnia mente.
Hunc ergo in ſaltu ludens per cornua caprum
Viminibus ualidis inter dumeta ligarat/
Quarta dies hodie/tentans an uincula poſſit
Vincere ceruice ac præduræ robore frontis.
Quæſitum interea nidos nemus omne peterrat
Corda ſubit uirgo. dilecta recogitat ora/
Ora/ſinus/& quæ fari pudor:omnia uoluit:
Lux fugit interea,capri redit immemor.alta

Nocte/recordatus ſurgit/pauiduſq; per umbras
Dum graditur/ruit in foueam/quæ fronde ſaligna
Captandis obducta feris & ſtramine ſicco
Inſtar erat putei fundo irremeabilis alto.
Eſt caper in uinclis/puer eſt in carcere. paſtor
Nullus oues curat. iam tertia luxerat hora.
Miror/oues refero/ac numero:caprũq; requirens
Obſtupeo. puerum clamo / magalia luſtro.
Vera loquar magicis ne forte liquoribus unctus
Extimui aſcenſo migraſſet in aera capro.
Nanque ſtriges tali fama eſt ope/nocte uagantes
Ad quædam longinqua procul conuiuia ferri,
Attonitus tandem pecudes ad paſcua duco.
Dũq; pedum meditans ſubeo nemus/ecce ꝑ umbras
Ecce procul caper in dumis ſtrepit. atq; reluctans
Cornibus aduerſis contra ſua uincula pugnat.
Terruit incautum ſubito feralis imago /
Et nil tale ratum. firmato pectore tandem.
Noſco animal/ſubienſq; rubos ſeco uincula runca.
Sero domum rediens uideo per paſcua longe
Turbam exultantem riſu iuueniliter alto.
Vt prope conſtitimus /meq; agnouere/ſalutant.
Et tuus ecce aiunt puer hic o ianne luporum
Erutus e foueis / dum nocte perambulat agros
Incidit in caſſes. & ſic inuentus uterq;
Et caper & paſtor:caper hæc incommoda paſſus
Languet adhuc. puer imprudens inſanior hirco eſt.
Natura mulierũ Virgo ſuperbiuit mox ut ſe audiuit amari:
Et pueri ſimulans curam ignorare/pudorem
Fingit:ut ad formam faciat pudor:ora ſinumq;
Ornat / & in terram uerſis incædit ocellis
Callida. uulpina rem ſimplicitate gubernat.
Hæc ſtudia/hi caſſes. hæc ſunt mulieribus arma.
Ille ſua ſperans galathæa aliquando potiri
Contempta mercede ſuos ſectatur amores.
Propterea plauſtro ſtiua bobuſq; relictis
Ad paſtoris opus redeo:ſubiecta furori
Iſta iuuentutis leuitas rura omnia uexat.
Alphus. Quod nequit ingenium caſus facit. o ſtupor o fors
Ingenioſa / o res riſu celebranda bimeſtri.

Ianne fides ſeruanda: tibi philomena laborat.
Sed quod tam uafro memoras de uirginis aſtu
Rettulit in mentem/quæ pſallere ſæpe ſolebat
Carmina fœmineis olim de fraudibus umber.
Iãnus. Dic umbri dic ſi quid habes. meditare parumper
Et uerba & numeros. umbri eſt memorabile carmẽ.
Alphus. Eſt ut ais/ſed non gratis/memorabile carmen.
Quas referes grates? & quid mercedis habebo?
Iãnus. Accipe/promiſſis abſoluo/& ſpicula reddo.
Alphus. Dum uado ad uentrem poſt hæc carecta leuandum.
Ianne meum tu coge pecus/ne uitibus obſit.
Iãnus. O aries/aries/qui tortis cornibus atrum
Dæmona præſentas/ſemper uineta ſubintras.
Non ſapies donec foſſa tibi lumina fronte
Eruero. non ſunt porrecta in iugera centum
Paſcua ſat. niſi pampineos populeris & agros.
Alphus. Ianne recordatus redeo/ſed plurima forſan
Nondum nota tibi referam. cognouerat umber
Omnia/quæ fas eſt homini perdiſcere/cœlos
Sydera/tellurem/uentos/mare/flumina/fontes/
Viderat & rhodopen/atq; alta ceraunia/& oſſam
Gallica regna/ararim/rhodanum/tyberiq; padũq;
Attica Romanis referebat carmina uerbis
Ore utroq; potens/& lingua primus utraq;.
Hunc unum nobis inuidit græcia/& ipſi
Archades/& thracum ſaltus/& theſala tempe.
Si quid erit quod forte uelis tibi notius eſſe/
Candidus illius ſemper documenta ſequutus
Non procul hinc. hæc ille tenet. nos ille docebit.
Sed iam ſeptiforem flatu experiamur auenam.
Ante tamen nymphæ precor ut libetrides adſint.
Præſertim quæ plus meminiſſe polymnia fertur.
Fœmineum ſeruile genus crudele ſuperbum/
Lege/modo/ratione/caret. confinia recti
Negligit/extremis gaudet/facit omnia uoto
Præcipiti. uel lenta iacet/uel concita currit.
Fœmina. ſemper hyems atq; intractabile frigus
Aut canis ardentes contriſtat ſidere terras.
Temperiem nunq̃/nunq̃ mediocria curat.
Vel te ardenter amat/uel te capitaliter odit.

Si grauis eſt/mœret toruo nimis hernica uultu.
Si ſtudeat comis fieri grauitate remiſſa/
Fit leuis.erumpit blando laſciua riſu:
Et lepor in molli radiat meretricius ore.
Flet/ridet/ſapit/inſanit/formidat/& audet.
Vult/non uult/ſecumq; ſibi contraria pugnat.
Mobilis.inconſtans.uaga.garrula.uana.bilinguis.
Imperioſa.minax.indignabunda.cruenta.
Improba.auara.rapax.q̄rula.liuida.credula.mendax.
Impatiens.oneroſa.bibax temeraria.mordax.
Ambitioſa.leuis.maga.lena.ſuperſtitioſa.
Deſidioſa uoracx.ganeæ ſtudioſa. palatum.
Docta.ſalax.petulans.& dedita molliciei.
Dedita blanditiis curandæ dedita formæ.
Iræ odiiq; tenax.in idonea tempora difert.
Vlciſcendi animos.infida.ingrata.maligna.
Impetuoſa.audax.fera.litigioſa.rebellis.
Exprobat.excuſat tragica ſua crimina uoce.
Murmurat.accendit rixas/nil fœdera pendit/
Ridet amicicias:curat ſua commoda tantum.
Ludit/adulatur/defert.ſale mordet amaro.
Seminat in uulgus nugas. auditaq; lingua
Auget:& ex humili tumulo producet olympum.
Diſſimulat/ſimulat doctiſſima fingere cauſas.
Ordiriq; dolos: fraudiq; accommodat ora/
Ora omnes facili caſus imitantia motu.
Non potes inſidias euadere.non potes aſtum
Vincere. tantæ artes ſolertia tanta nocendi.
Et q̄q̄ uideas oculis præſentibus. audet
Excuſare nefas.potis eſt eludere ſenſus
Sedulitate animi.nihil eſt quod credere poſſis.
Et nihil eſt quod non.ſi uult.te credere cogat.
His facient exempla fidem.quæ crimina non ſunt
Fœminea tentata manu?dedit hoſtibus arcem
Decepta ornatu brachii tarpeia ſiniſtri.
Sæuit in natos manibus medea cruentis.
Tindaris egæas onerauit nauibus undas.
Scylla hoſtem ſequitur patri furata capillum.
Fratrem Biblis amat.ſubicit ſe myrra parenti.
Concubitus nati longæua ſemiramis ardet.

Natura mulierum

Cauſa necis uati coniunx fuit amphiarao.
Occidere uiros nocturnis bellides armis.
Orphea membratim cicones ſecuere poetam.
Cognita luxuriæ petulantia paſiphaææ
Phædra pudiciciam contra crudeliter auſa eſt.
Decepit iudea uirum rebeca / ſuamq;
Progeniem uellans hircino guttura tergo.
Porrigit alcidæ coniunx fatale uenenum.
Decipit hippodame patrem / lauinia troes
Implicat ancipiti bello. briſeis achillem
Depulit e caſtris. demens chryſeide factus
Fulminat atrides / & ſentit apollinis iras.
Eua genus noſtrum / felicibus expulit aruis.
Credite paſtores / per ruſtica numina iuro /
Paſcua ſi gregibus ueſtris innoxia uultis /
Si uobis ouium cura eſt / ſi deniq; uobis
Grata quies / pax / uita leues prohibete puellas.
Pellanturq; procul ueſtris ab ouilibus omnes /
Theſtylis / & phyllis / galathea / neæra liquoris.
Dicite quæ triſtem mulier deſcendit ad orcum
Et rediit? potuit ſi non male ſana fuiſſet
Euridice reuehi per quas deſcenderat umbras.
Rapta ſequi renuit feſſam proſerpina matrem.
At pius enæas rediit. remeauit & orpheus.
Maximus alcides & theſeus / & duo fratres
Vnus equis / alius pugnis bonus / atq; paleſtra.
Et noſter deus unde ſalus & uita reſurgit.
Hæc ſunt paſtores / hæc ſunt myſteria uobis
Aduertenda. animi fugiunt obſcoena uiriles:
Fœmineas loca delectant infamia mentes.
Vt ſemel in ſcopulos uento contortus & unda
Nauta, ſcit incautis monſtrare pericula nautis.
Sic ſenior longo factus prudentior uſu
Præteritos meminit caſus / aperitq; futuri
Temporis euentus / uitæq; pericula monſtrat.
Si fugiunt aquilam fulicæ / ſi retia cerui /
Si agna lupum / ſi dāma canem. muliebria cur non
Blandimenta fugis tantum tibi noxia paſtor?
Eſt in eis pietas crocodili / aſtutia hyenæ.
Cum flet & appellat te blandius / inſidiatur.

Fœmineos paſtor fugito (ſunt retia) uultus.
Non animis/non uirtuti/non uiribus ullis
Fidito: non clypeo/cuius munimine perſeus
Vidit ſaxificæ colubros impune meduſæ.
Monſtra peremerunt multi/domuere gigantes/
Euertere urbes/legem impoſuere marinis
Fluctibus: impetui fluuiorum/& montibus aſpris
Sacra coronarunt multos certamina. ſed qui
Cuncta ſubegerunt/ſunt a muliere ſubacti.
Rex qui paſtor erat funda/ſpolioq; leonis
Inclytus/& natus/qui templa ſionia fecit
Primus/& excellens inuicto robore ſanſon/
Fœmineum ſubiere iugum: minus officit ignis/
Saxa min9/rõphæa minus/min9 haſta/minus mors.
Nec formæ contenta ſuæ ſplendore decorem
Auget mille modis mulier/frontem ligat auro:
Purpurat arte genas/& collocat arte capillos.
Arte regit greſſus/& lumina temperat arte.
Currit ut in latebras ludens perducat amantem.
Vult dare/ſed cupiens ſimplex & honeſta uideri/
Denegat/& pugnat/ſed uult ſuper omnia uinci
Fœmina cæciaco (res mira) ſimillima uento eſt/
Qui trahit expellens mendaci nubila flatu.
Quiſquis es/expertus moneo/tentare recuſa
Dum licet/hic fragilis quot habet faſtidia ſexus.
Immundum natura animal. ſed quæritur arte
Mundicies.id luce opus eſt.ea ſomnia nocte.
Deglabrat/lauat/& pingit/ſtriat/ungit/& ornat.
Tota dolus/tota ars/tota hiſtrio/tota uenenum.
Conſilio ſpeculi gerit omnia.labra mouere
Diſcit/& inſpecto uultum componere uitro.
Diſcit blandiri/diſcit ridere/iocari.
Incedens humeros diſcit uibrare/nateſq;.
Quid ſibi uult nudum pectus? quid aperta ſuperne
Rimula/quæ bifidam deducit in ubera uallem?
Nempe nihil/niſi quo uirus penetrabile ſenſum
Plus premat/& ſtygiæ rapiant præcordia flammæ.
Hi iuuenum ſcopuli/ſyrtes/ſcyllæ/atq; charibdes.
Hæ immundæ phinei uolucres: quæ uentre ſoluto.
Proluuie fœda thalamos/cœnacula/menſas/

Cõpita/tẽpla/uias/agros/mare/flumina/montes/
Inceſtare ſolent.hæ ſunt phorcinides ore
Monſtrifico / extremis libyæ quæ in finibus olim
Aſpectu mutare homines in ſaxa ſolebant.
Carmina doctiloqui curſim recitauimus umbri.
Quæ ſi uiſa tibi nimium prolixa memento
Ipſius id rei uicium non carminis eſſe:
Non longũ eſt carmen/mulierum amentia longa eſt.
Iãnus. O memorande ſenex/quo ſe uetus umbria tantum
Iactat & ipſe tuæ tyberis conterminus urbi.
Martia non ab re tantum te roma uocabat.
Ipſa tuas artes/& non triuialia norat
Carmina. te uita functum fleuere latinæ
Naiades & graiæ.tua molliter oſſa quieſcant
Semper/& in ſummo mens aurea uiuat olympo?

FINIS.

Aegloga quinta quæ dicitur Candidus de conſue/
tudine diuitum erga poetas colloquutores Syluanus
& Candidus.

Syluan9 Andide nobiſcũ pecudes aliquãdo ſolebas
c Paſcere/& his gelidis calamos iflare ſub ũbris
Et miſcere ſales ſimul/& certare paleſtra.
Nunc autem quaſi paſtores & rura peroſus
Paſcua ſopito fugis/& trahis ocia cantu.
Candid9 Vos quibus eſt res ampla domi/quibus ubera uaccæ
Plena ferũt/quibus alba greges mulctralia complent
Cymbia lacte niuent/& pinguia prandia fumant/
Carmina laudatis. ſi quid concinius exit/
Plauditis / ac læti placidas extenditis aures.
Pro numeris uanas laudes / & inania uerba
Redditis. interea paſtor ſitit/eſurit/alget.
Syluan9 Nonne potes curare greges.& dicere uerſus
Cum uacat? & poſitis uitam traducere curis?
Candid9 Omnẽ operã gregibus paſtorem impendere oportet/
Ire redire / lupos arcere/mapalia ſepe
Cingere: mercari paleas/& pabula/uictum
Quærere/nil ſupereſt ocii:laudabile carmen
Omnem operam totumq; caput ſyluane requirit.
Grande utrunq; opus eſt/& noſtris uiribus impar

Cum cecini ſitio: ſitienti pocula nemo
Porrigit.irrident alii:tibi penula dicunt
Candide trita.genu nudum.riget hiſpida barba.
Iam ſylux implumes/& hyems in montibus albet.
Iraſcor/doleo/indignor.fert omnia uictus/
Lanicium/fœtuſq; mares.non uendimus agnas.
Sed quia lac paſcunt/premitur nihil.ubera ſiccant.
Pœniter ingenii ſi quid mihi.pœnitet artis:
Pœnitet & uitæ:poſtq̄ mihi nulla ſecundant
Ex tot ſyderibus quot ſunt in nocte ſerena.
Hactenus ut noſti/gratis cantauimus/ætas
Indiga paucorum merces fuit:altera longe
Conditio ſenii/quod nunc ſubit.omnium egenos
Reddit: & extinctis lucri ſpem uiribus aufert.
Mox erit utendum partis.modo quærere tempus.
En formica breuis/ſed prouida beſtia condit
In brummam noua farra cauis æſtate latebris.
Neue renaſcantur/fruges ſecat ore ſepultas.
Sylu. Scire genethliacos fatalia ſydera dicunt.
Hi ſub mercurio uates/& ſub ioue reges
Magnateſq; locant:iſtis dat iupiter aurum.
Atq; magiſtratus.dat maiæ filius illis
Ingenium/linguam/citharas/& carminis artem
Hæc tua ſors.quid quæris opes?deus oīa in omnes
Diuidit/ut melius nobis uidet eſſe futurum.
Sorte tua contentus abi.ſine cætera nobis.
Cád. Sunt tibi diuitiæ mihi carmina.quid petis ergo
Carmen?& inuadis partes Syluane alienas?
Sylu. Non tibi ſurripio carmen/nec apollinis arma:
Sed dare dulciſonis aures concentibus opto.
Cad. Si gaudere meis igitur concentibus optas/
Nos gaudere tuis opibus Syluane decorum eſt.
Sylu. Ille meis opibus gaudet qui diligit.odit
Inuidus: atq; animo bona fert aliena moleſto.
Cand. Sic quoq; tu noſtris abſens gaudere camœnis
Sat potes.hæc artis ſat ſint tibi gaudia noſtræ.
Carmina ſunt auris conuiuia/caſeus oris.
Si cupis auditu/fac nos gaudere palato.
Hoc amor/hoc pietas/hoc uult deus:omnia non dat
Omnibus/ut nemo ſibi ſit ſatis.indigeatq;

Alter ope alterius.quæ res coniungit in unum
Omne genus.gallos/mauros/italos/& iberos.
Sidera iungamus.facito mihi iupiter adſit:
Et tibi mercurius noſter dabit omnia faxo.
Pilleolum/uirgam/citharas.nodum herculis/alas.
Sylua. Vana ſuperuacuis inculcas plurima uerbis.
Candi. Vana inquis/quæ damna tuis inferre uidentur
Diuitiis.ſi uis noſtras audire camœnas/
Erue ſopitam de ſollicitudine mentem.
Vult hilares animos.tranquillaq; pectora carmen.
Torpeo/ut eſuriem patiens & frigora miluus.
Iam dudum ſquarroſa cutis/ſitus occupat ora.
Nec pecus in ſtabulis/nec in agro farra/nec aurum
In loculis/& uis poſitis me uiuere curis?
Non facit ad noſtros talis medicina dolores.
Fac alacrem:tege/paſce/graui ſuccurre ſenectæ.
Inuenies promptum uerſu/& cantare paratum.
Plena domus curas abigit.cellaria plena.
Plena penus.pleniq; cadi.plenæq; lagenæ.
Hordea plena.greges læti/grauis ære crumena.
Tunc iuuat hybernos noctu uigilare decembres
Ante focum:& cineri ludos inarare bacillo.
Torrere & tepidis toſtas operire fauillis
Caſtaneas:plenoq; ſitim reſtringere uitro.
Fabellaſq; inter nentes ridere puellas.
Tityrus ut fama eſt ſub mœcenate uetuſto
Rura/boues/& agros/& martia bella canebat
Altius:& magno pulſabat ſidera cantu.
Eloquium fortuna dabat.nos debile uulgus
Pannoſos macie affectos/farragine paſtos
Aoniæ fugiunt muſæ/contemnit apollo.
Sylua. Si ſperata mihi dederit fortuna quod opto/
Candide præſenti te ſollicitudine ſoluam.
Candi O utinam ſyluane foret tibi tanta uoluntas/
Quanta eſt hac etiam tibi tempeſtate facultas.
Non ego diuitias coſmi non ſerica poſco
Pallia/non tyrias chlamides/non prandia regum.
Non patinam eſopi fameo clypeumue mineruæ.
Nil opus eſt regis laribus/cui ferrea nomen
Tradidit/aut ſi mens non fallitur/ænea barba.

Hæc me iam pridem memini didiciſſe ſub umbro.
Poſtulo ueſtitum / peto uictum ſub lare paruo
Certior iſtud opis toti non defore uitæ.
Sint mihi pytagoræ menſæ codriq; ſupellex.
Sæpe alios qui ſpem dederint inuenimus ore
Magnificos / ſed re modicos. tibi fidimus uni.
Tu mihi ſi fueris mendax / præciditur omnis
Spes:ut ſolſticio fiam philomena reuerſo
Mutus/& elinguis.ſuſpendere poſtibus arma
Tempus erit/clauſoq; abigi ſpectacula circo.
Sylu. Candide uidiſti Romam / ſanctiq; ſenatus
Pontifices / ubi tot uates/ubi copia rerum
Tantarum?facile eſt illis diteſcere campis.
Cād. Deciperis me uelle putans dite ſcere. ueſci
Et lupus omne animal crudis exiſtimat eſcis.
Tuq; putas alios quo tu pede claudere paſſum.
Non ego ditari cupio:ſed uiuere paruo.
Fac habeam tenuem ſine ſollicitudine uictum.
Hoc contentus eam.Romana palatia uidi.
Sed quid Roma putas mihi proderit?o ſyluane
Occidit auguſtus nunq̄ rediturus ab orco.
Si quid Roma dabit/nugas dabit/accipit aurum
Verba dat. heu Romæ nunc ſola pecunia regnat.
Exilium uirtus patitur?ſperare iubemur
Vndiq;.& in toto uates ſpe paſcimur orbe.
Sylu. Dic pugnas/dic geſta uirum/dic prœlia regum.
Vertere ad hos/q ſceptra tenent / q regna gubernant.
Inuenies qui te de ſordibus eruat iſtis.
Cād. Inueniam qui me derideat : & ſubſannet.
Tempeſtate iſta reuerentia tanta poeſi/
Q uanta lupanari. quid me ſyluane laceſſis?
Sylu. Non decet obſcoenis uatem prorumpere uerbis.
Cad. Non poſſum non uera loqui:ſi uera taceri
Forte uelis / leuibus me parce laceſſere dictis.
Sylu. Vtile conſilium præſtare/laceſſere non eſt.
Cand. Conſilii locuples ego ſum pauperrimus auri.
Q ui pugnas/qui geſta uirum/qui prœlia regum
Dicet inops uates/cui nec quo fiſtula poſſit
Aptius incidi/fieriq; foramina/culter?
Aſpice ut excuſſis luxata manubria clauis/

Vt dentata acies/ueteriq; ſimillima ferræ.
Hoc leue.ſed menſæ graue & intolerabile damnũ.
Vtile conſilium firmat/ſed inutile mentem
Frangit:& extenuat uires/animumq; retundit.
Magnates dare parua pudet/dare magna recuſant.
Adde quod & noſtri curant ita carmina reges/
Vt frondes aquilo/mare libs/uineta pruinæ.
Ipſi ad delitias reges & ad ocia uerſi
Quod celebrant laudari optant.hinc carmina manãt
Perdita de ſtudio ueneris/de ſcurrilitate/
De ganea/de ſegnitie/de infamibus actis:
Quæ caſtum capitale nefas celebrare poetam.
At qui dura manu geſſerunt bella potenti
Fortiter utentes ferro/non molliter auro/
Dilexere graues muſas heroica facta
Qui faciunt reges heroica carmina laudant.
Vt ceſſere uiri fortes/& maſcula uirtus/
Dicendum altiloqui nihil inuenere poetæ.
Occidit ingenium uatum:ruit alta poeſis.
At ſi forte aliquis regum gerit aſpera bella.
Et decus armorum ſtudiis belloq; parauit.
Nil genus externum uenturaq; ſæcula curat.
Laude ſuæ gentis ſatur/& præſentibus annis.
Barbarus eſt:neq; carmen amat/uel auarus in auro
Mergitur:atq; midæ curis flagrantibus ardet.
Eſt & apud reges.rudis/inuida/ruſtica turba:
Mimmus/adulator/læno/aſſentator/adulter:
Hiſtrio/ſcurra:quibus uirtus odioſa.poetas
Mille modis abigunt:ut quando cadauera corui
Inuenere/fugant alias uolucreſq; feraſq;.
Sunt etiam uates quidam ſine lege petulci/
Qui ſine lege aliti ſine præceptoribus audent
Quicquid amant reges/& amant infamia ſolum
Scribere.nam uates etiam dementia uexat.
Hi ſe neſcio qua mentis leuitate poetas
Eſſe uolunt:poſtq̃ triuialibus ora cicutis
Applicuere.ſibi applaudunt:ſua carmina iactant
Inſulſi/illepidi/indociles/improuidi/inepti.
Qui ſolet his uacuas præbere ambagibus aures
Id uicium commune putat.doctiſq; reſiſtit

Vatibus a uero indoctus diſcernere falſum.

Sylu. Candide per ſuperos per olympica numina iuro
Me tibi (ſi uenti ueniant ad uela ſecundi)
Laturum auxilium meliora in tempora uiue.
Nec pauliſper adhuc mecum ſperare recuſa.

Cādi. Si mihi ſic optas,tibi ſit ſyluane quod optas.

Sylu. Opto equidem:dictumq; fides non ſera ſequetur.

Cādi. Vade malis auibus nunq̄ rediturus auare:
Et facias ſubito quicquid tractaueris aurum
More midæ:quando uirtus tibi uilior auro.

FINIS.

Aegloga Sexta quæ dicit Cornix de diſceptatione Ruſticoꝝ & Ciuiū Colloquutores Cornix & Fulica.

Cornix. Ingit hyems,mugit boreas,a culmine pēdet
n Stiria depoſitis bobus requieſcit arator,
Dormit humus:clauſo paſtor tūicatus ouili
Ceſſat iners.ſedet ante focum fumoſa neæra,
Atq; polenta coquit.prius intolerabilis æſtas
Nunc laudatur:hyems æſtu laudata moleſto
Diſplicet.optatum damnat præſentia frigus.

Fulica. Omne bonum præſens minus eſt. ſperata uidentur
Magna.uelut maius reddit diſtantia lumen.

Corn. Delitias habet omne ſuas,& gaudia tempus.
Aſpice ut impexi tritaq; in ueſte ligati
Cæde ſuum pueri exultant. inflatur in utrem
Immiſſis ueſſica fabis, ſonat & micat acta
Nunc pede,nūc cubito,ſtricto nunc obuia pugno.
Si cadit attollunt.curſu labor atq; recurſu
Brumam abigit.glaciale gelu pila ruſtica uincit.
Nos tamen hic melius tepido ſub ſtramine foti
Tranſigimus tempus dum lac cohit igne recoctum.

Fuli. Pauperiem declarat hyems. improuida certe
Turba ſumus iuuenes.ſecuri æſtate uagamur
Immemores hyemis:noſtrum æs tibicinis omne eſt.
Vt redit e ſcythia boreas, nidoſq; uolucrum
Frondibus oſtendit nudata cadentibus arbor,
Frigemus nudi ſcapulas,dorſum,ilia,plantas.
Stultitiam declarat hyems.ſapientius urbes
Congeriem nūmum accumulant.& ad ilia uulpes

Melotaſq; trahunt/maculoſaq; tergora lyncis.
Cor. Deſipiunt omnes/nec nos in crimine ſoli.
Immo ipſos uexat grauior dementia ciues
Verum illis mater/nobis fortuna nouerca
Nos premit. infelix ſors eſt dementia. fac ſim
Fortunatus/ero locuples: ero primus in urbe.
Audiar. aſſurgent omnes. me uertice nudo
Vulgus adorabit. me plæbs. me conſulet omnis
Turba: magiſtratus etiam/populuſq; patreſq;.
Fuli. O cornix cornix non eſt fortuna/ſed ipſe/
Quo ſapiunt homines animus: fortuna potentem
Non facit/immo deus: cauſam recitabat amyntas.
Cor. Eſt fortuna deus. ſed quid recitarit amyntas
Dic precor/in cauſis erat ingenioſus & acer.
Ante tamen paulum pecus & præſepia uiſe.
Vade/redi/calor eſt poſt frigora dulcior. ito.
Fuli. Attingit nix alta genu. uix tecta reſiſtunt
Tanto oneri. ſublimis apex in uertice furni
Pyramidem fecit metaq; aſſurgit acuta.
Cor. Da pecori cordum. ſtipuliſq; foramina claude/
Si paries hiat: & rediens lætamine muni
Limina: nulla gregi grauior q̄ frigora peſtis.
Iā ne ades? oh quænam hæc ſolito properātia maior?
Fuli. Sollicitum me reddit hyems in frigore & igni
Maxima ſtrenuitas: fœno recubare calenti/
Abſcondiq; cauo accubitu poſt frigora/dulce eſt.
Cor. Incipe: & enarra diſcrimina ruris & urbis.
Fuli. Hoc igitur tantum ruris diſcrimen & urbis.
Taliter exortum noſter recitabat Amyntas.
Principio rerum primaq; ab origine mundi
Cum muliere marem ſociali fœdere iungens
Cœli opifex (ſic nanq; deum appellabat amyntas)
Nomen adhuc teneo: natos producere iuſſit.
Atq; modum docuit fieri quo pignora poſſent.
Accinxere operi. mandata fideliter implent.
Sicq; utinam de pomi eſu ſeruata fuiſſent.
Fœmina fit mater. puerum parit atq; puellam.
Atq; puerperio ſimili fœcunda quotannis
Auxit in immenſum generis primordia noſtri.
Poſt tria luſtra deus rediit. dum pignora pectit

Fœmina proſpiciens uenientem a limine uidit.
Adam aberat ſecurus oues paſcebat.adulter
Nullus adhuc ſuſpectus erat.ſed multiplicans
Connubiis fraudata fides.ſine cornibus hirci
Facti:& Zelotypo coniunx ſuſpecta marito.
Nam quæ quiſq; facit/fieri ſibi furta ueretur.
Erubuit mater/nimiæq; libidinis ingens
Indicium rata tot natos/abſcondere quoſdam
Accelerat.fœno ſepelit/paleiſq; recondit.
Iamq; lares deus ingreſſus ſaluere penates
Iuſſit.& huc dixit mulier tua pignora profer:
Fœmina maiores natu procædere mandat.
His deus arriſit:uelut arridere ſolemus
Exiguis auium pullis/paruiſue catellis.
Et primo lætatus ait cape regia ſceptra/
Rex eris.at ferrum & belli dedit arma ſecundo:
Et dux inquit eris. faſces populiq; ſecures
Protulit/& uites.& pila inſignia Romæ.
Iamq; magiſtratus celebres partitus in omnem
Progeniem/humanos tacitus uoluebat honores.
Interea mater rebus gauiſa ſecundis
Euolat ad caulas/& quos abſconderat/ultro
Protulit/hæc/dicens noſtri quoq; pignora uentris:
Hos aliquo Pater omnipotens dignabere dono.
Settoſum albebat paleis caput hæſerat armis
Stramen/& antiquis quæ pendet aranea tectis.
Non arriſit eis/ſed triſti turbidus ore
Vos fœnum/terram/& ſtipulas deus inquit oletis:
Veſter erit ſtimulus/ueſter ligo/paſtina ueſtra.
Veſter erit uomer/iuga ueſtra/agreſtia ueſtra
Omnia:aratores eritis:pecorumq; magiſtri.
Fœniſecæ/ſoli/foſſores/ nautæ atq; bubulci.
Sed tamen ex uobis quoſdam donabimus urbe/
Qui ſint fartores/lanii/lixæ/artocopiq;.
Et genus hoc alii/ſoliti ſordeſcere ſemper.
Sudate/& toto ſeruite prioribus æuo.
Taliter omnipotens fatus repetiuit olympum.
Sic factum eſt ſeruile genus.ſic ruris & urbis
Inductum diſcrimen ait mantous Amyntas.
Corn. Mirabar/ſi quid recti dixiſſet Amyntas.

Ciuis erat. ſemper nobis urbana iuuentus
Cui nihil eſt præter ſtulta hæc commenta, negocii
Ludit: in agreſtes ſemper iaculantur: & urbis
Talia garrulitas & uaniloquentia fingit.
At neq; de ſuperis pudet has componere nugas.
Iſte iocus manifeſta gerit conuicia ſecum.
Sed tu tam rudis es, tam pleno inflatus omaſo,
Vt neq; perpendas iſto te ſcōmate carpi.
Nos quoq; pauliſper mentem extendamus ad urbis
Stulticiam, ne forte putes ſapientius illos
Viuere, qui ſplendent auro, qui murice fulgent.
His oculis uidi tunicis pleroſq; ſuperbis
Veſtiri, atq; foro regali incedere greſſu
Quos ſecreta fames p̄mit, atq; domeſtica egeſtas.
Stultius his certe nihil eſt, opulentia ficta
Paupertas & ſegnicies, & inertia uitæ
Vera, quid eſt aliud q̄ deſipientia uera?
Vidi etiam patres (o rem indignam atq; nefandam)
Dum ſegnes dormire uolunt, & uiuere laute,
Proſtituiſſe ſuas uulgo cum coniuge natas.
Quid peius? quid pfidius? quid ſtultius unquam?
Fuli. Quid ſi uitam alio nequeunt traducere pacto?
Cor. Cum totidem quot nos habeant animaſq;, manuſq;,
Dic cur uitam alio nequeant traducere pacto.
Eſt etiam cuius uecors induſtria uanas
Quærat opes, ubi nullus opes inuenit ab æuo.
Aes lauat herbarum ſuccis, & uertere in aurum
Aeſtimat: ac nigra ſemper fulligine pallet.
Eſt qui dum tellure latens deſyderat aurum
Dat magicis operam ſtudiis: & tempora perdit.
Quid leuius? quid futilius? quid inanius unq̄?
Omnia ne ueniant ad opus telluris & agri,
Omnia pertentant, ut agant nihil, omnia uerſant.
Semper agunt, nunq̄ peragunt. ex fœnore uictum
Infamem extorquent, ui, fraude, doliſq;, laborant.
Mille uiis opibus mille inſidiantur honori.
Nos capras & oues, armentaq; paſcimus, illi
Accipitres, catulos, & equos, & cercopythecos.
Ruſticus eſt ouium paſtor: uolucrumq; canumq;
Ciuis. utrum melius te iudice, nobiliuſq;

O fulica.utilitas unde atq; opulentia maior?
Fuli. Si uenit ex noſtris operis opulentia maior,
Ciuibus unde igitur tantarum copia rerum?
Cor. Ex ui,fraude,dolis,ui,fraude,doliſq; laborant.
Nonne uides inſane ut nos crudeliter urgent?
Quo capiunt aſtu: nos irretire loquendo
Sacrum offerre putant.& opus ſublime,piumq;.
Huc aures,oculoſq; adigunt: huc ora manuſq;.
Fuli. Vnde urbanarum tibi tanta peritia rerum?
Cor. Hæc didici.quondam ductis in mœnia capris
Cum lac uociferans ibam uenale per urbem.
Mãſi apud artocopum ſapiens,& ad omnia prõptus
Furta erat,& crudum ferro ſubradere panem.
Ipſe ut erat mores urbis doctiſſimus,iſta
Tradidit affirmans nihil eſſe nocentius urbe.
Se quoq; furari didiciſſe aiebat ab urbe.
Sunt etiam qui parta ab auis patrimonia fundunt
In meretricum uſus.Quid fœdius?improbiuſq;?
Dic ubi mechandi ars,homicidia,ſeditiones?
Nonne inter ciues,atq; intra mœnia regnant?
Quid reges qui regna hominũ per uulnera quærunt
In mortemq; ſuos adigunt?Quid pectora miles
Obiiciens telis, per mille pericula uadens?
Pro ſtipe dat uitam,nulla eſt inſania maior.
Gloria præfertur uitæ.Quid gloria?Quid laus?
Quid fama eſt?quid honor?uoces & opinio uulgi.
Omnia longa dies abolet, cum uiuere ceſſas,
Omnia ſic abeunt,ut lux cum ſole recedit.
Qui mare ſollicitant remis,cum uiuere poſſint
In patria,ſtulti.uenio qui credit & undis,
Stultus.diuitiæ cui ſunt,& negligit uti,
Stultus.qui ut natis cumulet patrimonia, partis
Abſtinet,& genium fraudat,ſtultiſſimus,& qui
Quæ facere ipſe poteſt,natis faciunda relinquit.
Qui numerant ſtellas,& ſe comprehendere fata
Poſſe putant,ſtulti.Verum dementior iſtis
Naturam quicunq; dei ſcrutatur:& audet,
Figere in immenſam lumen tam debile lucem.
Noſtra fides melior.ciuis ratione coactus
Difficile aſſentit,nudis nos omnia uerbis

Credimus.& plures faculas accendimus aris.
Ciuibus eſt infida fides:inquirere nunq̃
Mente ſinunt arcana dei.ſi numina ſcire
Eſſet opus:poterant nobis ſe oſtendere. uerum
Quando latere uolunt/quid ueſtigare neceſſe eſt:
Quæ nos ſcire negant ipſi qui cuncta gubernant?
Noſtra etiam pietas pietate potentior urbis/
Nanq; uiri qui ſacra canunt templiſq; miniſtrant
Quanta legunt ruri paucis alimenta diebus?
Vidi ego quæſitas ex rure in mœnia plenis
Puppibus inferri (pietas ea ruſtica) fruges.
Stultoꝝ eſt aliud genus immedicabile quoddam
Cauſidici latratores/rabulæq; forenſes
Nummorum aucupium docti/legumq; tyranni.
Aere patrocinium uendunt.producere cauſas
Et lites pendere diu/uindemia quædam eſt.
Sunt & equeſtre genus medici/qui tangere uenas
Nonnunq̃ illicitas audent:& ponere quædam
Non intellectis temeraria nomina morbis.
His & ſi tenebras palpant/eſt facta poteſtas
Excruciandi ægros/hominesq; impune necandi.
Qui uero in populis præſunt/hominesq; gubernant
Quo plus iuris habent/quantoq; licentia maior
Inſanire ſolent tanto amplius/o ubi ſancti
Rectores/& iuſticiæ/& pietatis amici
Quos patres ſero ante focum memorare ſolebant?
Omnia nunc abeunt peſſum.ſpoliata queruntur
Templa/gemũt inopes/uiduæ lachrymãtur:& huius
Quænam cauſa mali?quia ſtat pro lege libido.
Fuli. Iſta tua o cornix excandeſcentia fines
Tranſit honeſtatis. ſcelus omnibus obiicis omne.
Innocuos habitare homines & in urbe memento.
Cor. Non habitant colubri quædam balearibus arua
Proxima/ non memini nomen/neq; noctua cretam
Nec nemus ægeriæ ſonipes/nec uir bonus urbem.
Fuli. Vir bonus eſt animal rarum:paucaſq; per urbes
Et per rura locos habet/eſt/rariſſima uirtus.
Corn. Inſanis fulica inſanis.tot in urbibus hoſtes
Sunt tibi quot ciues.hi nos tondentq;/pilantque
Non habita noſtri capitis ratione:coartant

Nos ad furta ipſi/mox ad ſuſpendia mittunt.
Fas igitur ſi quid noſtris ſeſe unguibus offert
Radere.& inſidiis ac noſtra indagine captos
Deplumare leui tactu / ſenſim & pedepreſſim.
Si uidet/excuſa.ſi ſunt ſecreta / negato
Furta/quod occultum eſt / non eſt iniuria furtum.
Q uicqd habēt noſter labor eſt/induſtria noſtra eſt.

Fuli. Iam longe egrederis metam rationis & æqui.

Cor. O fulicā improbitas urbana coinquinat orbem.
Vnde tot in terras ueniunt æſtate procellæ/
Fulmina/uenti/amnes/grando?uidiſſe recordor
Tellurem tremere/ac poſtes/& tecta labare/
Solem obſcurari/noctu obtenebreſcere lunam:
Cur ſegeti lolium?meſſi dominantur auenæ?
Vua in capreolos tranſit?calligine uerni
Depereunt flores?mala parturit omnia nobis
Hæc ciuile nefas/pariet quoq; plura deinceps.
Vnde uenit furor armorum/belliq; tumultus
Q ui genus omne mali ſecū uehit?omnibus urbs eſt
Fons & origo malis/deſcendit ab urbe lycaon.
Deucalion Pyrrha cum coniuge ruſticus.ille
Intulit illuuiem terris. hic abſtulit. ille
Abſtulit humanum terris genus/intulit iſte.
Si terra/ut perhibent/flammis a bolebitur unq̄/
Iſtud grande nefas ulla deſcendet ab urbe.

Fuli. O cornix iam pone modum ſermonibus iſtis.
Audio iam dudum pueros de pulte loquentes.
Cætera / ſi quicq̄ ſupereſt poſt prandia dices.
Pulti indulgendum monet urbibus hora relictis.

FINIS.

Aegloga Septima que dicitur Pollux de cōuerſione iuuenū ad Religionē. Colloquutores Alphus / & Galbula cum iam autor ad religionem aſpiraret.

Alphus. Albula qd ſentis?Pollux doctiſſimus olim
g Fiſtulicen ſubito quodā q̄ſi numine tactus
Deſtituit calamos/tunicas/armēta/ſodales.
Bardocucullatus caput ut campeſtris alauda/
Q uattuor ante dies in relligioſa receſſit
Clauſtra.ferunt illum pecudes/dum ſolus in agris

Paſceret, effigiem quandam uidiſſe deorum.
Cætera non memini. ſed tu quid Galbula ſentis?
Galbula. Vt dixere patres iaciens primordia rerum
(Magna canā, nobis quæ quōdā tradidit umber)
Inſtituit deus agricolas pecoriſq; magiſtros.
Primus agri cultor, rudis, imanſuetus, & aſper,
Qualis humus ſegnis, lapidoſa, rebellis aratro.
Aſt, ouium primus paſtor, mitiſſima proles.
Inſtar ouis, quæ bile caret: quæ lacte redundat,
Mitis erat, nullis unq̄ paſtoribus aſper.
De grege ſæpe ſuo ſacrum ponebat ad aras.
Nunc oue nunc pingui uitulo faciebat, & agno
Sæpius. & magno diuos ambibat honore.
Sic profecit apud ſuperos, ſic numina flexit,
Vt fuerit primo mundi naſcentis ab ortu.
Tempus ad hoc cœlo pecoris gratiſſima cura.
Aſſyrios quoſdam (ſed neſcio nomina, curæ
Diminuunt animum) deus ex paſtoribus olim
Conſtituit reges: qui poſtea murice & auro
Conſpicui gentes bello domuere ſuperbas.
Cum paris iliaca tria numina uidit in ida,
Aut paris, aut alius. puerū qui obtruncat ad arā,
Paſtor erat. quando cœleſti exterritus igne
Venit ad oſtentum pedibus per paſcua nudis.
Paſtor erat moſes: moſes a flumine tractus.
Exul apud graios amphryſia paſtor apollo
Rura peragrauit poſito deitatis honore.
Cœleſtes animi chriſto ad præſepia nato
In caulis cecinere deum paſtoribus ortum.
Et noua diuini partus miracula docti
Paſtores primi natum uidere tonantem.
Et ſua paſtores infans regnator olympi
Ante magos, regeſq; dedit cunabula ſcire.
Se quoq; paſtorem deus appellauit, oueſque
Mitibus ingeniis homines, & mentibus æquis.
Et ne uana putes hæc ſomnia, nuper ab urbe
Rus ueniens, picto perlegi hæc omnia templo.
Sunt pecudes pictæ, parui ſub matribus agni
In tellure cubant. ingens equitatus ab alto
Monte uenit. radiant auro diadæmata diuum.

Et ſuſpenſa tenent uaga lumina prætereuntum.
Non igitur mirum noſter ſi numina pollux
Vidit:amant uillas/& oues/& ouilia diui.
Simplicibus præſens deus eſt / offenditur aſtu.
Alph. Vera refers. pectori ſic ſint innoxia noſtro
Paſcua.uidi aſinum/uidi præſepe / bouemq;.
Iam memini turbæ uenientis:& ora uidere
Indica.iam uideor regum ſua dona ferentum.
Vnum oro / quænam polluci occurrit imago
Galbula ſi noſti / ne ſit labor omnia fari.
Galbu. Et noui:& memorare libet.res digna relatu
Res digna auditu/pia ſancta/imitabile factum.
Durus & immitis pater atq; ſuperba nouerca
Pollucem grauiore iugo preſſere iuuentæ.
Tempore/cum dulces animos noua ſuggerit ætas.
Et cum iam inualidæ longo ſub pondere uires
Deficerent/nullaq; odium manſueſceret arte/
Conſtituit tentare fugam.res una uolentem
Ire diu tenuit nimis impatienter amabat.
Error enim communis amor iuuenilibus annis.
Res eſt fortis amor/uiolentia fortior:iuit.
Et tales abiens (mihi nanq; ſolebat amores
Enarrare ſuos) mœſto dedit ore querelas.
O uirgo lachrymæne tuis ſoluentur ocellis/
Cum te tam charo cernes ab amante relictam?
Vlla ne diſceſſu duces ſuſpiria noſtro?
Tu ne mei crudelis eris forte immemor unquam?
Vſq; adeo ne tuum poterit frigeſcere pectus?
Pectus/quod totiens/quod lumina fletibus implet.
Tu ne trahes crebros gemitus?& pallida fies?
Cerno oculos/cerno lachrymas/cerno anxia corda
Virginis.heu tantum qua diſſimulare dolorem
Fas erit arte?dolor duplex mea pectora torquet/
Illius atq; meus.ſed fas mihi flere:quod illi
Non licet.occultus longe magis æſtuat ignis.
Incolumen mihi uos diui ſeruabitis illam.
Vt quando exilio repetam mea rura peracto
Fiat amor felix ſaltem ſemel ante ſenectam.
Talia pergebat memorans.uoluitq; reuerti
Tantus amor iuuenem uis tanta furoris agebat/

Sed iam iacta fuga cunctis erat alea nota.
Fronde ſub herculea feſſus mœrore ſedebat.
Ecce puellari uirgo ſtipata corona
Ora/manus/oculos/habitūq; ſimillima nymphæ.
Et tali affata eſt puerum ſermone dolentem.
Chare puer quo tendis iter? ueſtigia uerte.
Neſcis heu neſcis quo te uia ducat:& audes
Ignotis errare locis/ nihil inſidiarum
Per campos ratus herboſos/nihil eſſe pericli.
Omnia tuta putas:& quod placet utile credis
More iuuentutis ſtolidæ collectus in orbem
Sæpe latet molli coluber ſub graminis umbra.
Eſt facile incautos offendere. paruulus infans
Innocuos rutilum digitos extendit in ignem:
Nec niſi iam læſus uires intelligit ignis.
Hæc regio intrantes aditu conſueuit amoeno
Fallere:delitias offert & gaudia.uerum
Ingreſſis cum triſte nihil ſupereſſe putatur/
Mille parat laqueos/& mille pericula profert.
Trames hic ut collem greſſu ſuperaueris illum/
Ducit in umbroſam ſyluam crudele ferarum
Hoſpitium/loca tetra/ſitu & calligine opaca.
Quiſquis eo deceptus abit/remeare uetatur.
Et piceis primum uelatur lumina uittis:
Deinde per omne nemus dumeta per aſpera tractus
Tranſit in effigiem monſtri/dum uoluere linguam
Atque loqui tentat/mugit.dum attollere ſeſe
Credit/humi graditur quadrupes:neq; ſuſpicit aſtra.
Ima tenebroſæ uallis lacus æquore nigro
Occupat:& nigris mons plurimus iminet undis.
Huc tracti in ſtygios latices altumq; baratrum
Præcipites dantur.rapidaq; uoragine merſi
In ſtyga & æternas erebi rapiuntur in umbras.
Heu quot paſtores iſtis ambagibus acti
Cum gregibus periere ſuis.ego ſedula ſemper
Monſtro iter.hic ad opem uigilo indefeſſa ferēdam.
Tolle moras igitur:mortis fuge blanda propinquæ
Atria.ſecreti tutam pete littoris oram/
Qua contra idalios fluctus mihi tollit in altum
Aera carmelus uiridi caput arbore cinctum.

Primus hic antiquis patribus ſpelæa domoſq;
Præbuit arboreas, intra nemus ilice denſum.
Ex hoc in ueſtros deducta cacumine montes
Religio uenit, ſicut de fonte perenni
Flumina, & ex uno multi genitore nepotes.
Illius in ſyluis abies ubi plurima ſurgit,
Pinguis ubi piceæ ſudat liber, & terebinti,
Innocuum poſtq̃ feliciter egeris æuum,
Mox tua mutatis ætas renouabitur annis.
In loca te tollam meliora, uirentia ſemper.
Immortalis eris diuum comes, ire per aſtra
Inter hamadriades & oreades atq; napæas
Flore coronatas caput, & redolentibus herbis
Fas erit. ac ſuper, & ſubter cognoſcere cœlos.
Sic effata leues uirgo diſceſſit in auras.
Tum ſua iurauit polux mutata repente
Pectora, & extemplo uictum expiraſſe furorem:
Non aliter q̃ flamma cadet, ſi ardentibus agris
Effluat, & totas præceps padus euomat undas.
Sic abiit crudelis amor, qui ſæpe pharetram
In iuuenem dum principiis obſtaret amandi,
Dum tepet, ac timide inſanit, conſumpſerat omnẽ.
Sic igitur polux in clauſtra ſilentia uenit.

Alphus. Sunt quibus aſpirent etiam nolentibus ultro,
Sunt quibus infenſi ſine cauſa & crimine dii ſint.

Galbu. Quod nos in pecudes, in nos id iuris habent dii.
Hoc rus ſcire ſat eſt, ſapiant ſublimius urbes.
Sic docuit rediens aliquando ex urbe ſacerdos
Ianus: & in magno dixit ſibi codice lectum.

Alph. Sol cadit, & baldi uix ſumma cacumina tangit.
Nos quoq; iam ſero cum ſole recedere tempus.
Galbula ſarcinulas ne ſit tibi ferre moleſtum.
Pæra leuis, leuis eſt & cantarus, omnia paruus
Ferre labor ſero: graue mane ſed utile pondus.
Ipſe pecus ducam, mihi pars erit iſta laboris.

FINIS.

Aegloga octaua quæ dicitur Religio de Ruſticorum Religione Colloquutores Cādidus & Alphus.

Cādidus. Orrida ſolſtitio tellus ſitit alphe reuerſo.
Ad ſolitos mōtes ubi ros ī gramine. & æſtas
Mitior/hæc armēta monet deducere tēpus.
Alphus. Aereos montes & ſumma cacumina longe
Proſpicio: quid ſint montes (tibi uera fatebor)
Neſcio. ſemper enim campeſtria rura lacuſq;
Incolui. montanus ager qua fruge redundat?
Candi. O rude & illepidū ingeniū. prope flumina ſemper
Verſatus lutræ in morem limoſa per arua
Hallat ubi cimex ſtygiæ excrementa lacunæ
Eſt/ubi ranarum pulicum culicum Fulicarum
Patria. per ſalices uluas uirideſq; papyros
Irridere audes & nauci pendere montes.
Vnde fluunt amnes? templis ubi tanta locandis
Marmora cæduntur? fulgens ubi naſcitur aurum?
Quæ parit antemnas tellus? medicamen ab herbis
Dic quibus eſt niſi montanis? de uertice baldi
Sæpe melampodion legi/medicina capellis
Nulla magis præſens. quondam ualſaſinus ægon
Tradidit hoc/dum uere ſues caſtraret & agnos.
Tradidit & dixit ſolus medicamen habeto.
Dic ubi caſtaneæ plures? ubi copia maior
Glandis? in excelſis fontes & paſcua uidi
Montibus. artocreas & pingue polenta comedi.
Sunt populi fortes illic/robuſta iuuentus
Lata pedes/calloſa humeros/neruoſa lacertos/
Hiſpida/dura manus/moli indefeſſa ferendæ
Vallibus ex illis onera ut naualia curet
Confluit huc. nullū eſt hominū genus aptius urbi
Siue uelis caſtrare pecus/ſeu ſcindere phagos/
Siue fimum ferri e ſtabulis/haurire cloacas/
Latrinas curare/uiamq; aperire coactis
Sordibus/& ſcalis puteos deſcendere in altos.
Ingenio callent/& duro robore pollent.
Sed quid opus multis? ſubeunt opus omne. popinis
Inſeruire/focos lignis cumulare/ueruq;
Artifici uerſare manu/dare libera fumo
Spiramenta. boum uentres ad flumina ferre/
Verrere humum īmundā ſcopis/doctiſſima gens eſt
Quodq; magis miror/ſemper ſub pondere currunt.

Cotibus in duris oriuntur / & ardua uiuunt.
Per iuga cum capreis. habitant ſpelæa ferarum.
Adde q in cœlum breuis eſt e montibus altis
Tranſitus.erectum caput uſq ad nubila tollunt.
Nubila tranſcendunt aliqui puto ſidera tangant.
Eſſe locum memorant ubi ſurgit ab æquore titan/
Qui niſi dedidici contingit uertice lunam:
Et uixiſſe illic hominem/ſed poſtea abactum
Improbitate gulæ/q ſcilicet omnia poma
Manderet/& magno ſeruaret nulla tonanti.
Hinc diui ſanctiq patres in montibus altis
Delegere domos tacitas.cartuſia teſtis /
Carmelus/garganus/athos/laureta/lauerna.
Et ſina/& ſoractis apex:umbroſaq uallis.
Et iuga nurſini fato ſenis inclyta/& altis
Abietibus turrita caput camaldula ſanctum.
Cætera prætereo:nec enim ſermonibus iſtis
Omnia complecti ſtatuo. montana frequentant
Culmina cœlicolæ/ſed anas/& mergus/& anſer/
Ibis/onocrotalus/milui/fulicæq paludes.
Alph. Inter montanæ tantos regionis honores
Cur de meſſe nihil.nihil eſt de palmite dictum?
Hæc tamen humanæ duo ſuſtentacula uitæ
Maxima:monticolæ ueniunt e rupibus ad nos
Hordea mercatum torui/fuligine tincti/
Setoſi/macie affecti/laceri/ac ſituoſi.
Indigenæ oſtendunt quæ ſit natura locorum.
Sed quod montanis de relligionibus inquis/
Rettulit in mentem quæ de polluce feruntur.
Quæ dea ſi noſti uiſa eſt.quæ candide nympha?
Dic age.nam cœptum certamen inutile nobis.
Vtilior ſermo de relligione tenendus.
Cādi. Galbula qui ſolitus pecudes in paſcua tecum
Ducere/te ſatis hoc potuit docuiſſe/quod optas.
Alph. Plura quidem polluce ſuper narrata. ſed ipſam.
Nec docuit nympham/nec me quæſiſſe recordor.
Nunc ſubiit mentem/cum relligionis oborta eſt
Mentio.& illarum uiſa eſt mihi maxima laudum.
Cādi. Non erat illa dryas/neq libetris/nec oræas.
Venerat e cœlo ſuperum regina / tonantis

Mater, anhellanti pacem latura iuuentæ.
Huic tethys, huic alma ceres famulantur. & ipſe
Aeolus æquoreis uentos qui frenat in antris.
Hanc deus aſtrorum flammas ſuper, atq; uolantes
Solis equos, ſupra fulgentem caſiopæam
Extulit: & ſacram biſſeno ſidere frontem
Cinxit: & adiecit ſubter ueſtigia lunam.
Alph. Candide mira canis nullis paſtoribus unq̃
Cognita. quid tethys? quid fulgens caſiopæa?
Aeolus æquoreis uentos quis frenat in antris?
Qui ſunt ſolis equi? magna atq; ignota recenſes.
Candi. Sidera ſunt partim, partim ſunt numina priſca.
Omnia quæ pollux mihi cum narraſſet in ædem
Duxit, & iſta ſacer paries ait omnia monſtrat.
Pictus erat paries ſignis & imagine multa.
Omnia non memini. mens eſt mihi debilis: iſta
Vix tenui: dum ſæpe animo uoluo atq; reuoluo.
Sæpe recordari medicamine fortius omni.
Iſta poteſt nigro depellere nubila cœlo.
Iſta poteſt ſiccis fluuios dare frugibus imbres
Cum uolet. iſta nouos duris emittere campis
Cum uolet, emiſſos poterit reſtringere fontes.
Qui modo ſunt ſteriles & nudi gramine campi,
Si uolet, in pingues poterit conuertere glebas.
Frigida ſaturni cum ſidera ſuſcipit atro
Scorpius hoſpitio, non auferet hordea grando,
Nec domus ardebit, nam tunc hæc omnia cœlum
Dicitur iratis in terram effundere ab aſtris.
Si uolet, hæc nobis cuſtodiet omnia uirgo.
Si fauet hæc nobis, complebunt horrea meſſes:
Adiicietq; gregi ſemper fœtura gemellos.
Si pecus infœlix erit & ſine uellere, ſolo
Ipſa poteſt nutu dare lac, dare uellera & agnos,
Et curare greges, omnemq; auertere morbum.
Nil opus eſt modo pana ſequi, neq; cætera ruris
Numina: quæ ueteres fruſtra coluiſſe feruntur.
Vidi ego circum aram nymphæ pendere capellas,
Plauſtra, boues, & oues, hic iãni uidimus hircum
Et memini inſcriptam uerſu hoc legiſſe tabellam.
Votum pro ſaluo iannus breue reddidit hirco.

Dumq; ea perlegerem: pollux hæc carmina ſupplex
Ante aram genibus poſitis in marmore dixit.
O dea quæ ſeruas urbes: & rura: precamur.
Ne padus exundet. ne ſtrix nocturna per umbras
Hauriat infantes: nec eant per compita laruæ.
Diua faue agricolis: talpas occide malignam
Aggeribus peſtem. gelidis ſata læta pruinis
Quando bruma uenit cōſpergere diua memento:
Ne tineæ erodant anno frumenta ſequenti.
A boreæ flatu pingues defende mariſcas.
A: gruis ore fabas: & ab anſere farra paluſtri.
A: ſerpente boues. a uulpe & fure cohortem
A: bruco erucas: a bruma & grandine uites.
A: ui & fraude lupi pecus: a rubigine fruges.
A: rabie catulos: a flamma & fulmine uillas.
A: murum inſidiis petaſonem: a milite pernas.
A: campe & pigris. pigris. heu cætera neſcit
Mens oblita ſequi: numerus me in uerba reduxit
Sæpius ad numerum rediens obliuia forſan
Mente abigam. retro gradior: numerumq; recurro.
A murum inſidiis petaſonem a milite pernas.
A campe: & pigris uirides limacibus hortos.
Alphe uiden quæ uis numeri: iam cætera cerno
A: tonitru reboante cados: a frigore fœtas.
A: grauibus uitulos œſtris: a gutture porcos
Anginoſo. operas pubes ne ruſtica perdat:
Adſis o dea: nec lædant examina fuci.
Neu milium furentur aues: neu uellera ſentes
Succida: neu lappas apprehendat lana ſequentes.
Diua gubernatrix hominum: cuſtodia uatum:
Diua laborantum requies: medicina dolentum
Et tutela gregum noſtris precor annue uotis.
Talibus orabat pollux. ego poſtibus hærens
In baculum pede porrecto recitata notabam
Altius: ac memori condebam ſingula mente.

Alph. Candide polluci pro ſollicitudine tanta:
Pro precis officio: pro relligione putaſne
Dandum aliquid nobis: pietate peculia creſcūt.

Cādi. Quid ni aliquid dandū eſt: opus eſt pſoluere cratres

Alph. Ruſticus es: crates etenim pro gratibus inquis.

Cādi. Crates & grates paruo diſcrimine diſtant.
Dandum aliquid.neu bis detur/ſine paſcha reuerti/
Quando ſacerdotes commiſſa piacula ſoluunt.
Alph. Quid dabimus:uituli grauis eſt iactura. uel agnum
Vel leporem.pietas etiam laudabilis anſer.
Cādi. Dona/docet tempus. lepores brumalia dona.
Quando niue byberna currendi erepta facultas.
Anſer ad autumni finem/nonaſq; calendas
Pertinet/æſtatis coryli/noua poma/racemi
Munera.lactentes ædi ſunt ueris/& agni.
Tunc ſi de cordis aliquem conſpexeris ægrum/
Ac tenuem/qui nec uendi nec uiuere poſſit/
(Munus erit ſolenne ſatis) donabimus agnum.
Ipſe mihi cum iam regredi poſt prandia uellem
Carmina de nymphæ ſolemnibus eruta faſtis
Tradidit/& dixit ſi quando grauabere curis/
Hæc cane:pro mentis medicamine carmen habeto.
Quando molorchæo titam deſcendit ab aſtro
Pronus/& aſtreæ iam limina uirginis intrat
Virgine lætetur pubes & cana ſenectus.
Tranſiit ad ſuperos:& olympica regna petiuit.
Ogdoas/ut toto iam tertia fluxerit orbe/
Feſta dies iterum. natalia uirginis aras
Ignibus illuſtrant.offert noua liba ſacerdos.
Libra redit noctes properans æquare diebus.
Exultat picenus ager.uehit adria puppes
Illyricas & chaonias.cum mercibus adſunt
Tuſci/umbri/ueneti/ſiculi.lauretica templa
Cum donis turmatim adeunt:uotiſq; ſolutis
In ſublime iugum læti ad commertia tendunt.
Et cum theſſalicas curſu breuiore ſagittas
Sol ſubit.& frigent urentibus arua pruinis.
Clauſa gynecæi ſacris penetralibus hauſit
Corde deum toto proprios oblita parentes.
Et cum ſemifert fugiens chironis ab arcu
Languet ad hyberni glacialia limina capri/
Induat ornatas/& mas & fœmina ueſtes:
Læticiaq; diem celebrent/quo ſemine ſacro
Coniugis annoſus grauidam pater imbuit aluum.
Illa dies etenim ſanctæ primordia nymphæ

Fecit/& in noſtras uetuit deſcendere ſordes.
Cum uolat imbrifera lampas phœbea ſub urna
Ad uernos reditura dies/iam proxima ueri/
Ite nurus omnes. ſacros altaribus ignes
Tura focis/faculas manibus date/ducite pompam.
Attulit in templum noua dona puerpera uirgo
Quando gregis princeps aurato uellere fulgens
Incipiet zephyris aperire tepentibus annum
Et dare maiores luci q̄ noctibus horas/
Aliger occultam redeat paranymphus in ædem.
Et noua miranti referat mandata puellæ.
Feſta dies tuſcis populos de collibus omnes
Cogit:& agricolas uocat ad florentia templa.
Tum quoq; ſed tenui uirgo prius interuallo
Nupſit & hæc teneris lux eſt celebranda puellis.
Quando ſub extrema cancri teſtudine phœbus
Voluitur/& reuehit uicina canicula morbos/
Ture piam celebrate diem. redit hoſpita mater
In proprios a matre lares altaria circum
Primicias cereris geminæ ſuſpendite matri.
Iſta dedit pollux/uigilans quæ in montibus olim
Fecerat ad pecudum caulas: dum nocte ſerena
Militiam cœli ſparſoſq; examinat ignes.
His quoq; plura dedit:ſed carmina plura referri
Non ſinit extremum deponens ueſpera ſolem.

FINIS.

Aegloga Nona quæ dicitur Falco de moribus curiæ Romanæ Colloquutores Fauſtulus & Cādidus. Poſt religionis ingreſſum.

Fauſt. Andide quo caſu patriis ꝑcul actus ab oris
c Hæc i rura uēis?hic paſcua nulla nec amnes
Nec liq̄di fontes/nec ouilia tuta/nec umbræ
Et tamen aſſiduos gregis hæc paſcuntur in uſus.
Cādi. Fauſtule me noſter corydon qui plurima quondā
His armenta locis habuit/magnamq; peculi
Congeriem fecit/pecori me credere adegit
Eſſe ſalutares iſtis in montibus herbas.
At/poſtq̄ ſegnes agros & inertia ſaxa
Vidimus/& ſiccis arentem fontibus undam

Pœnituit longæq; uiæ patriæq; relictæ
Fauſt. Poſtq̄ te incolumem ſaltus intrare latinos
Contigit/antiqui potes hæc mea tecta ſubire
Iure ſodalicii. ſunt hic mihi pauperis agri
Iugera pauca. meæ uix ſufficientia uitæ.
Quicquid id eſt/commune puta. tibi forſitan ulla
Proſpera fors aderit: fortuna ſimillima uento eſt.
Cariceæ ſuccede caſæ/dum præterit æſtus.
Dum grex in gelida procumbens ruminat umbra
Pone pedum. diſcumbe parum. recreabere potu.
Potu opus eſt. potu iſte grauis compeſcitur æſtus
Pocula præhende. fluet melius poſt pocula ſermo.
Cādi. Pocula quis tanta demens æſtate recuſet?
Fauſt. Vina ſitim minuunt/animiq; doloribus obſtant.
Vina ut amicicias uires ita corporis augent.
Cādi. Hæc parit ora bonos/ſi patria uina racemos.
Fauſt. Funde iterum. potare ſemel/guſtare. ſecundus
Colluit os potus. calefacta refrigerat ora
Tertius. arma ſiti bellumq; indicere quartus
Aggreditur. quintus pugnat. uictoria ſexti eſt.
Septimus (æenophili ſenis hæc doctrina) triumphat.
Cādi. Res eſt conſiliis ſecura fidelibus uti.
Vtile doctrinis præbere ſenilibus aures.
Victa ſitis. mens ægra manet: curæq; ſuperſunt.
Fauſt. Vt ſedata ſitis ſic mens ſedabitur ægra.
Funde merum bibe: cardiaco medicina dolori hæc.
Vtitur ad curas iſto medicamine Roma.
Cādi. Omne opus atq; labor uult interualla: quieſcat
Obba parum contra muſcas impone tabellam.
Non madet imbre dies/nec habet nox humida rorem
Creſcere nec duris poſſunt in cotibus herbæ
Importuna fames/labor improbus/aeris ardor
Confecere gregem macie. uix debile corpus
Spiritus æger agit/uacua cute porrigit oſſa
Clunis/& exilis caua contrahit ilia uenter.
Hic aries qui fronte lupos cornuq; petebat
Nunc oue debilior pauidoq; fugacior agno eſt.
Hæc mihi. ſed nimium me ardentia uota ferebant.
Omnia diuino prædixerat omine cornix.
Vix egreſſus eram limen/cum triſtia portans

Auguria a dextra uenit.tegetiſq; ſiniſtræ
Culmine conſedit / preſſoq; minaciter ore
Vociferans iter auſpicio prohibebat aperto.
Heu pecus infœlix quod lacte & prole ſolebas
Affluere/in noſtris licuit dum paſcere campis.
Grãmina dum quæris/ſucci plus perdis eundo
Q uam referas paſtu/ſimul hic tabeſcimus ambo
Tu tenui uictu/curis ego uictus amaris.
Fauſt. O noſtræ regionis opes / o florida prata/
O campi uirides/o paſcua læta/feraxq;
Et nunq̃ ſine fruge ſolum.currentia paſſim
Flumina per uillas/riui per rura per hortos.
Hinc pecus / hinc agri pingues.ſub ſidere cancri
Cum tritura ſonat paſſim/cum iulius ardet/
Arua uirent.textæ lento de uimine ſepes
Poma ferunt. redolent ipſis in uepribus herbæ
Cãdi. O nemorum dulces umbræ/molleſq; ſuſurri
Q uos tecum memini gelidis carpſiſſe ſub umbris
Turturis ad gemitus/ad hirundinis ac philomenæ
Carmina:cum primis reſonant arbuſta cicadis.
Arua ſtrepens foliis nemorum ueniebat ab euro.
Et baccata ſuper tendebat brachia cornus.
Ipſe ſolo recubans pecudes geſtire uidebam
Atq; alacres teneris luctari cornibus agnos.
Poſt ſomnos per gramen humi nunc ore ſupino
Aut flatu implebam calamos/aut uoce canebam.
Pectore nunc prono rutilantia fraga legebam.
Fauſt. Viuere tum felix poteras/diciq; beatus.
Sed bona q; nondum fueras expertus acerbam/
Vilis erat tibi / teq; ideo fortuna reliquit.
Q uando iterum ueniet/ueniet ſi forſitan unq̃/
Sicut capreolis ſurſum nitentibus hærent
Stipitibus uites/ſtringuntq; tenaciter ulmos/
Sic illam tu prende manu / neu deſere prenſam.
It/redit/effigiem mutat/nec imagine conſtat
Par lamiis quas nocte ferunt errare per umbras.
Mobilis ut facies / ita mens.deludere gaudens
Q uod dederat tollit.penſi nihil.omnia caſu.
Q ui nimium metuunt ſapiuntue/repellit/& odit.
Candi. Delicias patrii quotiens reminiſcimur agri/

Ferre tot ærumnas animo non poſſumus æquo.
Sed quo mente feror? caſu afflictatus acerbo
Vnde magis crucier/ fœlicia tempora uoluo.
Maius adeſt/ florent uites humileſq; geniſtæ:
Iam ſpicata ſeges/ malus iam punica multo
Flore rubet/ redolent ſæpes albente ſabuco
In patria/ per rura padi/ per paſcua minci.
Hic uero nec dum incipiunt pubeſcere montes.
Quod ſi uere ſolum torpet / quid frigora brumæ/
Solſtitiumq; feret/ gelidis cum terra pruinis
Albicat/ & rapido cum cœlum incanduit æſtu?
Sunt tamen hic armenta/ quibus cutis uuida/ ceruix
Non ſignata iugis/ gemino frons ardua cornu/
Luxurianſq; toris pectus. niſi pabula carpant/
Non erit hac tanta humectum pinguedine corpus.
Fauſt. Hæc armenta quibus caput a tellure leuatur
Altius/ & cui ſunt longa internodia crurum/
Cuncta uorant. herbas primum: mox ore ſupino
Arboreas frondes / ſummæq; cacumina ſyluæ.
Hoc imbelle pecus quod humi naſcentia tantum
Gramina decerpit/ uacuis ieiunat in aruis.
Cādi. Quid uerbis opus eſt? cunctis animantibus una eſt
Conditio. ſemper maiora minoribus obſunt.
Agna lupo/ mites aquilis ſunt præda columbæ.
Innocuos delphin uenatur in æquore piſces.
Vnde fit hoc? certe res prodigioſa uidetur:
Hæc loca ſi procul hinc uideas e rupibus altis/
Pingue ſolum/ & multo ueſtitum gramine dicas.
Quo magis appropias tanto magis omnia ſordent.
Fauſt. Hoc eſt Roma uiris auibus quod noctua. trunco
Inſidet. & tanq̄ uolucrum regina ſuperbis
Nutibus a longe plæbem uocat/ inſcia fraudis
Turba cohit. grandes oculos mirantur & aures/
Turpe caput/ roſtriq; minacis acumen aduncum.
Dumq; ſuper uirgulta agili leuitate feruntur
Nunc huc/ nunc illuc / aliis ueſtigia filum
Illaqueat. retinent alias lita uimina uiſco.
Prædaq; ſunt omnes ueribus torrenda ſalignis.
Cādi. O bellum hoc: poterit dici nihil aptius unq̄:
Sed procul en coluber tortos in puluere greſſus

Flectit,& exertis ſitiens ferit aera linguis.
Fauſt. Candide quæ moneo memori ſub pectore ſerua.
Quando inter ſyluas graderis defende galero
Lumina:nanq; rubi prætendunt ſpicula longis
Dentibus,& curuus deſcerpit pallia mucro.
Nec depone pedum. multaq; armare memento
Cote ſinum:ne te ſubito nouus opprimat hoſtis.
Et perone pedem tegito.ſpineta colubris
Plena hominum uitæ morſu inſidiantur amaro.
Et nunc longa dies æſtu facit acre uenenum.
Mille lupi totidem uulpes in uallibus iſtis
Luſtra tenent.& quod dirum ac mirabile dictu eſt
Ipſe homines (huius tanta eſt uiolentia cœli)
Sæpe lupi effigiem moreſq; aſſumere uidi:
Inq; ſuum ſæuire gregem: multaq; madere
Cæde ſui pecoris.factum uicinia ridet.
Nec ſcelus exhorret:nec talibus obuiat auſis.
Sæpe etiam miris apparent monſtra figuris,
Quæ tellus affecta malis influxibus ædit.
Sæpe canes tantam in rabiem uertuntur,ut ipſos
Vincant cæde lupos.& qui tutela fuerunt
Hoſtiles ineunt animos,& ouilia mactant.
Fama eſt egyptum coluiſſe animalia quædam:
Et pro numinibus multas habuiſſe ferarum.
Iſta ſuperſtitio minor eſt q̄ noſtra.ferarum
Hic aras habet omne genus. contraria certe
Naturæ res atq; deo. qui dicitur olim
Præpoſuiſſe hominem cunctis animantibus unum.
Sæpe etiam morboſa æſtas,& peſtifer annus
Ingruit,& paſſim languens pecus omne per arua
Sternitur: extinctæ dum ballat ad ubera matris
Agnus obit.moritur duro ſub pondere taurus.
Nec modus eſt morbo:non eſt medicina ueneno.
Sed uicina domus uicino a limine mortem
Haurit,& aſſiduæ ſumunt contagia uires.
Iſta feras raro peſtis rapit. utile ſemper
Fert pecus. extinctas caulas epulantur atroci
Dente lupi:noſtraq; feræ iactura opuliſcunt.
Cādi. Heu heu q̄ præceps miſerum me inſania traxit.
Credere fallaci grauis eſt dementia famæ.

Romuleos colles/tyberim / Romanaq; tecta
Audieram.& ſtudio mens eſt accenſa uidendi/
Ducendiq; bonis in tot præſtantibus æuum.
Acceſſi cum parte gregis.tentoria demens
Totum pene larem cum paſtoralibus armis
Trans iuga ſumma tuli/mulctralia/cymbia/ahena.
Et cacabos/& quo formatur caſeus orbem
Phagineũ.impẽſam atq; operas ammiſimus omnes.
Quid faciam? quo me uertam? ſperata negantur
Pabula/tot caſus/tot ubiq; pericula. cogor
In ueteres remeare caſas:& cœpta fateri
Conſiliis egreſſa malis.iterumq; per æſtus
Et montana pati longos per ſaxa labores.
Heu pecus infelix / o læuo ſidere paſtor
Huc auecte.fuit multo præſtantius iſtud
Ignoraſſe ſolum. patrioq; in limine tutos
Conſumpſiſſe dies.gelidis ſenuiſſe ſub antris:
Atq; padi circum ripas ateſiſue per agros/
Aut ubi per uirides campos & paſcua nota
Mintius it.uel qua uitreo natat abdua curſu
Conſediſſe/gregem pauiſſe ſalubribus herbis.
Fauſt. Te tua credulitas/& me mea fallit in horas.
Vidi ego ſupremæ qui proſperitatis habebant
Culmina/dum laudata petunt/cecidiſſe:nec unq̃
Emerſiſſe malis.facit experientia cautos.
Hi prius explorant: & non laudata ſequuntur
Omnia.laude carent quæ ſunt meliora. fuerunt
Non nego quæ famam retinent/ac nomina ſeruant
Cuncta ſuis pollent uicibus. luna/adria/troia/
Saluia/quas nobis memorabat ſæpius umber/
Nomine ſunt ſolo/deleuit cætera tempus.
Si minor eſt patriæ forſan modo gloria noſtræ/
Res tamen eſt melior/laudatæ gloria Romæ
Quanta ſit/in toto non eſt qui neſciat orbe.
Fama quidem manet:utilitas antiqua receſſit/
Illi priſca quibus maduerunt paſcua fontes
Nunc humore carent.uenis aqua defuit hauſtis.
Nulla pluit nubes. tyberis non irrigat agros.
Tempus aquæ ductus ueteres contriuit.& arcus/
Et caſtella ruunt.procul hinc/procul ite capellæ.

Hic ieiuna fames/& languida regnat egeſtas.
Hic tamen ut fama eſt/& nos quoq; uidimus ipſi
Paſtor adeſt quadam ducens ex alite nomen/
Lanigeri pecoris diues/ditiſſimus agri:
Carmine qui priſcos uates atq; orphea uincat:
Orphea qui traxit ſyluas & ſaxa canendo.
Hic alios omni tantum uirtute latinos
Exuperat/quantum tyberim padus. abdua macram.
Lenta ſalix iuncum.tribulos roſa.populus algam.
Credimus hunc illi ſimilem/cui tityrus olim
Biſſenos fumare dies altaria fecit.
Hic ouium cuſtos ipſo uigilantior argo.
Daphnide nec ſolum ſed eo qui dicitur olim
Admeti pauiſſe greges per theſſala rura/
Doctior. omne pecus ſolymi curare magiſtri
Dignus:& antiquo dignus ſuccedere patri/
Qui fuit aſſyrii pecoris poſt retia paſtor.
Iſte poteſt ſeruare gregem/depellere morbos.
Humectare ſolum/dare paſcua/ſoluere fontes:
Conciliare iouem/fures arcere/lupoſq;.
Si fauet iſte mane.q̄ ſi negat iſte fauorem/
Candide coge pecus.melioraq; paſcua quære.

FINIS.

Aegloga Decima:quæ dicitur Bembus de fratrum obſeruantium & non obſeruantium cõtrouerſia.Colloquutores.Candidus:Bembus. Batrachus:& Myrmix. Poſt religionis ingreſſum.

Cădidus. Maxima paſtores agitat diſcordia Bembe
Qui ſolymos colles gallilæaq; rura colebāt.
Batrachus hinc/Myrmix illic certare parati
Iudice te paucis ſi non audire recuſas/
Et niſi te reuocant maiora negocia/dicent
Tu pater es uatum.tu ſcis componere lites/
Iurgiaque & blandis conuicia tollere uerbis.
Te quoque pierios fama eſt potaſſe liquores/
Et uidiſſe deas/quibus eſt cuſtodia ſacri
Fontis/& eurotæ campos/ac phocidis arua.
Ipſe ubi fronde ſua tibi tempora cinxit apollo/
Dona dedit citharam/neruos & eburnea plectra.

Bembus. Dicite quandoquidem tepidos admouit ad ignes
Nos hyberna dies.dum non finit ire per agros
Brumma gregem:flatu boreas dum ſæuit acuto.
Dum riget omne ſolum:tectis dum plurima pēdet
Stiria.dum torpent ſub aquis glacialibus amnes:
Ocia damnantur:quæ nulla negocia tractant.
Myrmix Paſtores genus infœlix.æſtate uagamur
Pro grege ſolliciti.ſed cum nos frigidus imber
Continet in ſtabulis:lites & iurgia ſurgunt.
Batrach⁹. Qui ueteres audent ritus mutare:ſuoque
Arbitrio. & nullis ducunt ſub legibus æuum:
Hi ſunt o myrmix:qui bella domeſtica gignunt.
Bem. De ueteri ritu:de conſuetudine patrum
Rixa igitur uobis ſleges moreſq; parentum
Batrache dic.dic cur noſtrum ueniſtis in orbem
Ex phœnice ſolo.nos paſcua uidimus illa.
Vidimus herboſos fœlici ulligine campos.
Vertice carmeli uitreis uberrimus undis
Fons cadit.& rauco denſum nemus irrigat amne.
Vidimus & iordanis aquas: ubi maximus olim
Paſtor oues mergens ſcabiem reſecauit auitam.
Amnis hic a libano ueniens galilæa per arua
Tranſit:& ampla lacu conſurgit in æquora magno
Vnda cohit rurſum:rurſum mare fundit apertum
Vrbs ubi romani de nomine dicta tiberi.
Vnda cohit rurſum. tandem hiericonte relicta
Intrat in infames aſphalti gurgitis undas.
Hinc ſatis eſt nos oram.omnē uidiſſe probatum.
Dicite.& hinc tandem ueſtras demergite lites.
Myr Batrachus audaci ſemper ſeſe ingerit ore:
Et mihi ſe præfert magno temerarius auſu.
Bat. Non ego me ingeſſi:proceſſi a iudice iuſſus.
Bem. Pone pedum myrmix:& tu quoq; batrache: non eſt
Orandum armatis manibus: ſed mentibus æquis.
Batrache dic.myrmix animi compeſce furorem
Interea.ut uenias magis:ad reſponſa paratus.
Qui furit inſanit.qui uero inſanit amaro
Impatiens animo:nec corda:nec ora gubernat:
Quicquid ait uanum eſt:quicqd molitur: ineptum.
Bat. Bembe genus noſtrum:generiſq; exordia dicam

Venimũs aſſyriis ut candidus inquit / ab oris
Eſt pater helias nobis/qui ſuſtulit armis
Paſtorum genus omne malum:qui traxit olympo
Flãmigeros ignes/qui aſcendit in æthera curru.
Bem. Nobile & antiquum genus hoc/& clara propago.
Bat. Paſtores alii quotquot per rura uagantur
Omnia ſunt riui noſtris a fontibus orti.
Nos dedimus leges: paſcendi oſtendimus artem.
Quo magis hi peccant/qui cum ſint ordine primi
Primatum ammittunt ſtudia inconſulta ſequendo
Nos radix/alii rami.ſed nos quoq; rami
A ueteri radice patrum iam ætate caduci.
Tradidit helias certam paſtoribus artem
Qua curare greges/qua noxia pabula fas eſt
Diſcere & occultos imbres/uentoſq; latentes:
Quiue ſalutaris foret/& qui peſtifer annus/
Signa dedit.nil quod tangat magalia omiſit.
Sed fons ille fluens / carmeli e rupibus altis
Tam nitidus quondam/tam dulci lympidus unda
Tramite mutato (patet id) modo currit in auſtrum
Sed prius (extat adhuc uetus alueus) ibat ad ortum.
Hi curſus fecere nouos.liquere priores.
Quos dederat riuo ueterum prudentia patrum.
Myr. Quid tibi ſiue nouo currat/ſeu tramite priſco.
Dummodo fœcundis humectet paſcua lymphis?
Et quid de cœli quereris regione?per auſtrum
Solis iter.melior uitis / quæ reſpicit aurum.
Et melior legitur libycis de collibus uua.
Bat. Eſt melior taxus/boream quæ reſpicit. ergo
In boream melius poterat decurrere riuus.
Paſtor es/& cura pecoris maleſane relicta
Sermonem de uite facis.quaſi legibus hiſdem
Grex & uitis eant.nec quod diſcrimen in undis
Gramineq; & uentis noſti.& q̃ noxius auſter
Sit pecori.diſce a roma ſi noxius auſter.
Cur mutinenſis agri pecudes ſunt uellere fuſco?
Cur clitumnus habet niueas?cur mantua molli
Lanicio excellit?ueronaq; proxima manto?
Vnde hæc multiplici rerum uariantia forma?
Non aliunde niſi a cœlis a gramine & unda:

Bem. Candide utrūq; pedū procul hic (rogo) ꝓtinus aufer.
Inter eos hodie uideo bellum acre futurum.
Clam cape, & auferto. ſubter ſarmenta reconde.
Bat. Bembe mihi tecum ſermo eſt. dum uiximus una:
Dum cōmune pecus nobis fuit, hei mihi quantum
Dedecus, heu quot ſunt pecudes ĩcommoda paſſæ,
Nec merſate gregem fluuio, nec uellera certis
Temporibus, ſicut mos eſt, tondere licebat.
Nudabant ſpineta pecus. nudata ſecabant
Terga rubi. ſcabie cutis aſpera. tabidus humor
Peſtis, & in totum ſerpebant ulcera corpus.
Multum igitur refert pecudes quæ pabula carpant,
Flumina quæ potent, & qua regione morentur.
Dic mihi dic myrmix, priſcum cur lana colorem
Perdidit? hæc gregibus quidnam noua uellera fecit?
Cur pecus eſt nigrum, quod erat melioribus annis
Clarum? immutarunt mutati uellera mores.
Bembe ad te redeo. paucis abſoluere nitar.
Sed quo digna omni tua ſit ſententia laude,
Vera loquar, tu iura tenes, ego facta docebo.
Iudicium reddit uerum enarratio uera.
His animaduerſis ægre tot damna ferentes
Venimus ad fontem. riuumq; a uertice ſummo
Scrutari mihi cura fuit. tu prouide myrmix
Interea nidos auium, uel dorcada paruam
Venabare, tuæ quæ dona darentur amatæ.
Myr Bembe uides ut aperta in me conuicia torquet?
Auguror, iſta manu lis eſt non ore agitanda.
Mos mihi non lingua, maledicta refellere dextra.
Candi. Batrache ne uerum taceam, linguoſior æquo es.
Iurgia bilem acuunt conuicia pectus acerbant.
Non tibi cum puero res eſt: nec homuncio myrmix.
Res male tuta uiros lingua irritare proterua.
Batra. Da ueniam myrmix: amitam proferre uolenti
Neſcio quis mihi miſit in os malus error amatam.
Myr. Do ueniam. caue ne rurſum me uoce laceſſas.
Batra. Alueus excelſa ſaliens de rupe lacunam
Foderat: & clauſis ripas æquauerat undis.
Gurges erat textu ſyluarum umbroſus opaco,
Denſaq; ſepierant triſtem ſpineta lacunam.

Mille uenenorum ſpecies in gurgite uidi,
Mille ſecus ripas in opaco margine/mille
Per nemus ad lymphas ſinuoſo ſerpere greſſu.
Obſtupui.& rapido rediens ad ouilia curſu
Incipio paleas furca uerſare tricorni.
Ecce caput tollit coluber.linguaq; triſulca
Sibilat.inflantur fauces. nepa liuida tendit
Bracchia:uentroſus profert ueſtigia buffo.
Vipera per ſtipulam gradiens ſtrepit.o loca dixi
Non pecori tantum/uerum & paſtoribus ipſis
Noxia.mox grege diuiſo de ſedibus illis
Paſcua quæſitum triſtis meliora receſſi.
Perq; iter antiquum fontis noua flumina duxi
In campos/ubi prima ſuos aurora colores
Explicat/& crocecos phœbi redeuntis ad ortus.
Hic mihi fœcundæ pecudes/hic paſcua læta.
Et ſine labe liquor/dulces ſine crimine lymphæ.
Hæc loca primæui ſunt quæ coluere parentes.
Signa caſæ ſuperant/puteus/carioſaq; ligna
Fixa ſolo/ſeiuncta pedum diſcrimine ſeptem.
Et focus/& lacera quæ cingitur area ſepe.
Myr. Cura uiris leuibus rerum ſolet eſſe nouarum.
Propterea certe noua paſcua quæris: & amnes
Fingis inauditos:& uis nouus autor haberi.
Bat. Cura uiris grauibus rerum ſolet eſſe ſuarum.
Propterea myrmix nimis a grauitate recedis.
Hæc nouitas non eſt nouitas:ſed uera uetuſtas.
Relligio & pietas patrum inſtaurata reſurgit.
Quam tua corrupit leuitas/& nota tuorum
Segnicies. igitur ſi quis labentia tecta
Erigat/& ſterilem qui manſueſecerit agrum
Iudice te damnandus erit? non ponitur arbor
Altera/ſed ueteri inſeritur bona uirgula trunco.
Segne prius lignum noſtro fit fertile cultu.
Myr. Quanuis pingue tuo pecori ſit gramen & unda
Defecata/tamen multæ cum matribus agnæ
Interiere. lupi & paſtæ meminere uolucres.
Bat. Hæ fateor quæ dira tuæ contagia peſtis
Accœpere/etiam procul aſpicientibus obſunt.
Tantum uirus ineſt/ueſtri uis tanta ueneni.

Propterea magis atq; magis diſcedere ſemper
Eſt animus patitur pecus hæc īcōmoda noſtrum
Sola/q; in uaſtam nōdum/diſceſſit eremum.
Nec ſatis a uobis/procul in diſerta receſſit.
Myr Batrache de gregibus mētiris plurima noſtris.
Certe alienarꝝ tibi cura ſuperflua rerꝝ.
Et temere aſſumis partes cenſoris iniqui.
Cur mihi qui paſco/cuium pecus/iſta tueri
Non licuit? ſoliſne domus mea cognita uobis?
Bat. Aethiopes una quoniam nigredine ſordent:
Ille color nulli uicio datur.omnibus idem
Vultus.& alterius ſi quis reprēderet ora/
Et ſua dānaret.pecori pecoriſq; magiſtris
Fex eadē/ſcabies eadē/cutis & color idem.
Bem. Parcite iam ſatis eſt lis ītellecta:dieſq;
Inclinata cadit:iam poſt iuga ſumma ruit ſol.
Audite o magni generis lōgæua propago/
Lite ſuper ueſtra quæ ſit ſententia noſtra.
Myr. Batrache me audaci totiēs ſermone laceſſis.
Batra. Nō ego/ſed nō æqua magis te cauſa laceſſit.
Iudiciumq; timet ſibi mēs male cōſcia iuſtum.
Candi. Q uādo inimicicias tempus deponere/rurſum
Veſtra nouas lites uecordia ſuſciiat/ergo
Perpetuis hæc rixa odiis æterna manebit?
Q uæ uos debilitas capitis/quæ īſania uexat?
Nō pudet his uti tāto ſub iudice nugis?
Ergo animis audite æquis odiiſq; ſepultis
Vltima doctiloqui/quæ ſit ſentētia bembi.
Bem. Ferte per antiquos patrū ueſtigia greſſus:
Et ueteres ſeruate uias.reuocate uagātes
Per ualles & ſaxa greges/per luſtra ferarum.
Figite ī antiquis iterum magalia campis.

FINIS.·.

B.M.Theologi Car.Syluaꝝ ſuaꝝ dedicatio Ad Viꝝ Ill.Siſmũdũ Gõzagã Protonotariũ & Marchionẽ

p Ræſidium Siſmũde meum/ Pater ĩgenioꝝ.
Strips Gõzaga/ſacro caput ĩſignita galero.
Audi age:ſci ſne deos quanã ratiõe uetuſtas
Illa uolubilium ſæcloꝝ abſcõdita ĩ umbra
Fecerit?& certis homines aſcripſerit aſtris?
Egregium qui uitæ aliquid mortalis ad uſum
Protulit:atq; rudi quicq̃ dedit utile mundo
Terrigenæ dixere deum:ſic factus apollo
De ſuperis unus/medicam quia repperit artem/
Atq; lyram.cererem leges & adorea farra
Vina corymbiferum referunt in numina patrem:
Publica libertas & debellata tyrannis
Vndiq; ſaturnũ.colus & ſua tela mineruam:
Et quicquid topiatur acu.facundia & aſtus.
Mercurium.iouis alcides fortiſſima proles
Abſtulit e terris dira atq; immania monſtra.
Ergo aliis meritum bene de mortalibus eſſe/
Hoc eſt eſſe deum:ueteri ſi credimus æuo.
Id quoq; non multum noſtris diſcordat ab annis:
Nam deus ille manu magnum qui ſuſtinet orbem
Se prima pietate docet/mortale ſecunda
Amplecti debere genus:ſic ſidera poſſe
Expectare homines:& olympi aſcendere in arcem:
Legimus hac motum cauſa ceciniſſe maronem
Namq; erit ille mihi ſemper deus:illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Tanta erat ad grates antiquæ ætatis agendas
Strenuitas/uotis homines ut in aſtra referrent:
Optarentq; deos:atq; annua ſacra litarent.
Id recolens ſiſmunde tuis quæ digna referre
Dona queam meritis/qui me iam tempore longo
Febre laborantẽ ſtygioq; ardore peruſtum
Deuotumq; neci rurſum uitalibus auris
Reddis:& extincto renouas præcordia morbo/
Neſcio:& ambiguis titubat ſententia curis.
Non ſunt regna mibi/non eſt opulentia rerum.
Non etiam poma alcinoi:non tanta ſupellex
Quanta fuit codro.ſunt ſpiritualia quædam

Prædia ſunt fateor (ſic appellare uetuſtas
Inſtituit uatum ſubitaria carmina) ſyluæ
In campis/ubi produxit pede pegaſus undam.
Has tibi quo poſſis rapido diuertere ab æſtu
Curarum/& regni magnis anfractibus olim
Solus/& herboſa paulum requieſcere in umbra/
Tradimus exigui cape dona infirma poetæ.
Germanus qui bella gerit/mauortia bella
Accipiat:ſudetq; furens in puluere & armis
Sors tua pacis opus.thorax tuus/enſis/& haſta
Relligio & pietas/& quæ regit omnia uirtus.
Ad laudem non una uia eſt.laudata quirini
Martia facta.numæ tranquilla ſilentia & antra
Non laudata minus taciti ſq; oracula in umbris
Aegeriæ.& gregibus nullis adeundus equorum
Saltus aricini nemoris:ſpeculumq; dianæ.
Sæpe ergo in ſyluas & in ocia ſancta receptus
Effuge curarum fluctus/& concipe tota
Mente deum:pacato animo complectere olympum:
Contemplare polos:& duc in ſidera ſenſus.
Nec ſemper te terra premat. Q uo ſcandere mentem
Exutam membris olim mortalibus optas/
Affectu memor anteueni/cœlumq; require
In ſyluis ſiſmunde meis:non pana lupercum
Non ſatyros ueneremue leges: non menades ullas.
Non thyaſos:hic nullus amans ſua ſomnia luget.
Nulla canit ſiren:nulla mala pocula circe
Porrigit:eſt omnis (libuit quocunq; uagari)
Tuta uia:& paſſim uirtus/& honeſta uoluptas.
Hæc tibi ſocraticos oſtendet pagina mores.
Hæc curios fabioſq; dabit.ſentire loquentes
De pietate numas poteris/de marte philippos.
De muſis aut heſiodos/aut ore marones
Altiloquo:de mundi annis & origine moſem.
Atq; graues legum de maieſtate lycurgos.
His animum dictis ſurſum attollentibus ire
Ad decus immortale potes: tranſcendere patres:
Et tecum ad ſuperos animando excite nepotes.
Ergo alacri ſyluas animo cape dona mearum:
Et cole noſtrates genioſa per ocia lucos:

FINIS.·.

Bap.Mantuani Charmelitæ Theologi. Ad Iacobum clauarium urbinatem.

SSidue dici noſtris Iacobe camœnis
a Poſcis honoratā mōphelitria ſemina prolem
Id q̄q̄ nobis ēt ſuaderet apollo
Et phœbæa cohors cuſtos heliconidis undæ:
Me tamē īgenti rapit in diuerſa tumultu,
Maius & æthereo ſtudiū magis utile cœlo:
Nā mihi diuinis iuuenilia pectora rebus
Erudiēda dedit ſuperꝝ pater:omnia in iſto'
Tempora prætereūt ludo:lucemq; nefaſtam
Et faſtos hoc marte dies mea cōterit ætas.
Ingenuam doceo ſanctis aſſueſcere pubem
Moribus:& ſacras ueſtigia ferre per artes.
Nūc mihi per campos iter eſt:& lata maronis
Aequora mincigenæ:uia nūc ſublimis in altam
Ducit anhellantem ſophiæ paradiſidos arcem:
Et modo me ſtragyræ ſua per dumeta:ſuumq;
Nō facile acceſſu limen ſubuectat alumnus.
Cecropii interdum dulces inuiſere chartas
Et libare ſenis ſtudium delectat:& artem:
Sanctaq; nobiſcum longos achadæmia ſoles
Claudit:& eloquiis damus arpinatibus aurem
Q uid faciam? Nec.n.labor eſt mortalibus alter
Nobilior:nec cura uiro iucundior ulla.
Hanc mihi militiam deus:& lucentia mundi
Sidera dant:ſuperꝝ domino paremus:& aſtris.
Q uare age præſenti ſi non tibi munere factum
Eſt ſatis:urgentes animi cauſabere curas.
Et ueniam concede:labor uult ocia tantus.
Meoniis opus eſt fidibus:totoq; ſophocle.
Nam tuus eſt omni dicendus apolline princeps.
Differimus:tua uota/tamen non irrita fient.
Interea infirmas ad tanta negocia uires
Inſtaurare datur:ueniente ſua tempora regi
Danda tuo:cui te tantum debere fateris:
Cuius & æterna ueſtitis imagine pectus.

FINIS.·.

Bap. Mãtuani Carmelitæ Theologi. Ad Federicum Vrbinatiũ Ducem. Cũ Filiã nuptui traderet.

i Nclyte dux,q regna tenes in mõtibus ũbris,
Qua uet⁹ urbinũ domibꝫ iuga ueſtit apricis
Q ua dedit ãtiquæ nomen Sẽpronius urbi
Sunt quibus accenſi rutilantia ſidera martis
Audaces animos belliq; auidiſſima corda
Indiderint.hi ſemper equos meditantur & arma
Bellica.& ignauæ damnant longa ocia pacis
Talis erat telamone ſatus temerarius aiax.
Talis agenoridæ cadmi famoſa propago
Mutua damnatum uertens in uulnera ferrum.
Centauri lapitæq; truces,læuiq; gigantes,
Q ui cœlum aggreſſi manibus uiolare cruentis
Tentauere ſuo diuos expellere regno.
Talis in extremis mundi Sertorius oris
Arma mouens.talis romanæ conditor urbis
Romulus impatiens oci. Mariuſq; Iugurthæ
Victor.& æmathiã tollens ad ſidera gentem
Magnus Alexander mauro metuendus & indo.
Talis & æternas iras qui paruus & arma
In genus Auſonium patri iurauit ad atas
Hanibal. & Syllæ impietas & Cæſaris atrox.
Sunt qui pace magis gaudent:& bella peroſi
Extollunt ſuperum cultum. proniq; per aras
Diuorum reuerenter eunt.uel honeſta mineruæ
Ocia ſectari ſub opaca ſilentia ruris
Diffugiunt.taciti q; laris ſub fornice pallent
Sic Numa qui pacis ſtudium reuocauit,& arma
Reppulit,atq; ſolon,lacedæmoniuſq; lycurgus
Vixit.& imbelli Salomon qui regna quiete
Auxit,& æthereo poſuit noua templa tonanti.
Sunt quibus ingenium magis eſt cõmune: paratum
Tam pacem q̃ bella ſequi.ſudare ſub armis
Et patriam curare domi. ſic floruit ancus:
Cuntator ſenex fabius.ſic magnus:& ambo
Scipiade.rigiduſq; Cato.lucullus. & alto
Rex animo:qui poſt caulas & ouilia tandem
Regna ſubintrauit ſceptro iudea ſecundo.

Sic cicero.ſic æmathiæ cui gloria uictæ
Paulus.& auguſtus terræ dominator & undæ.
Vnus honor tantum primis & gloria ſimplex
Debita qui pacem ſolum coluere/uel arma.
Sed quibus eſt utrumq; decus/cinxere coronis
Tempora (tam fœlix fuit his fortuna) duabus.
Primatumq; tenent.humane altiſſimus iſte
Laudis apex:gens hæc ſuperis eſt proxima diuis.
Hi ſunt qui heroes & ſemidei appellantur.
Hæc tua ſors/montis proles generoſa feretri
Quod ſi forte ſuas innata modeſtia laudes
Horret/& ipſe tuum non fers patienter honorem
Da ueniam.me fama mouet.non umbria tantum
Te miratur.habes ultra maris æquora laudem.
Iam paſſim uulgata cano/quæ Rhenus & iſter
Quæ longinquus arar/quæ fons audiuit iberi.
Ipſa canit tua te uirtus tot bella gerentem
Quis neſcire poteſt?altis ſuſpenſa trophæis
Ipſa ſonant nobis tua facta ſilentibus arma.
Tu pacem tu bella regis.te iudice mauors
Surgit:& ingenti furor excitat arma tumultu.
Imperio Bellona tuo modo temperat iras
Aegide depoſita:ſumpta modo fulminat haſta
Arbitrio pax alma tuo ſua uela gubernans
Te ſuadente uenit:te diſſuadente recedit:
Et modo luctu imples/cum uis/modo mœnia riſu.
Armatum ſæuoq; diu te marte furentem
Flãminei ſenſere duces/& tuſca iuuentus:
Cum rubicon tua ſigna pauens uada concita uoluit
In mare.& adriaco trepidum caput abdidit alueo.
Et quando herculeos auſus tentare labores
Oppida cœpiſti ſublimibus ardua ſaxis
Littus ad etruſcum.tunc te miratus euntem
Montanũ per iter pelago allucentibus armis
Ad tua tyrrhenus reſpondit claſſica triton.
Te quoq; pacatum/populiſq; humana ferentem
Iura/camœnarũ magno chorus agmine cingit:
Et tua tecta pii tanq̃ ueneranda poetæ
Templa petunt.ſubeuntq; lares quaſi limina phœbo
Sacra tuos.tanq̃ delubra horrenda mineruæ.

In quibus & morum probitas & neſcia falſi
Relligio pietaſq; habitant. ubi totus olympi
Curſus/& aſtrorum leges/elementaq; mundi
Naturæq; arcana patent. ubi cernitur omnis
Quid diuina uelit/quid ſentiat æthica uirtus.
Nil tibi cum leuibus thiaſis. tu menades horres/
Tu ueneres/tu ambubaias. balatronibus aurem
Conſpectumq; negas. Tecum uerſatur Achilles/
Neſtor. Alexander: ſermo tuus/arma deorum
Cultus. & aſtrorum motus. & maſcula uirtus.
O fortunatas gentes/o dulcia ſæcla
Quæ ſancti ducis ora uident. quæ tuta ſub umbra
Tanti regis agunt ſine ſollicitudine uitam.
Vmbria numinibus (ſi uera eſt fama) fuiſti
Semper grata uetus cum terræ incumberet omni
Illuuies illa undantis famoſa profundi
Sola immunis eras. & ab æquore tuta colebas
Montanos apices/& libera fluctibus antra
Id munus ſalenne dei: ſed principis huius
Præſidium ſub quo tibi ſunt ſaturnia ſæcla
Non minus. o utinam ſimilis fortuna per omnem
Pullulet Italiam: nec nos lycaonia ſemper
Tempora conculcent: ætas ſemel aurea nobis
Omnibus & tali requies ſub principe ſurgat.
Tu uero quem totus ager montanus adorat:
Cui pater inclinat caput appœninus apricum
His breuibus claudi non dedignabere regnis.
Aequa tuis tibi ſi meritis data regna fuiſſent/
Pigra gelu tibi ſeruiret meotis/& atlas/
Nilus. & eoi gangetica littoris ora.
Sed deus anguſto terræ tua limite clauſit
Imperia/ut curis tua corda minoribus angat
Hic labor. ut cœli ſpaciis maioribus olim
Cum tibi fatales lacheſis concluſerit annos/
Præſideas: regnoq; illic meliore fruaris/
Regna ubi ſollicitent nullis tua pectora curis.
Interea claris rebus tua floreat ætas:
Et reliquum cœli meritis emetreſpicit actus
Iupiter humanos. Alto tuus æthere ſudor
Scribitur. & patriæ uigilans tua cura ſaluti

Sed ne feſta meæ tardent hymenea camœnæ
Flectat iter/ueniatq; uolans ad littora cymba.
Ite maritales thalamos iunone ſecunda
Ite auibus celebrare bonis concordia iungat
Vna duos animos/ſicut duo corpora iuno.
Sed tamen & ſanctum memores eſtote pudorem
Non abigi tedis. ſcelus eſt ſine lege uoluptas.
Et ſancta eſt cum lege uenus. ſi ſancta futura eſt
Poſteritas/ſanctos primum decet eſſe parentes.
Qui uiret in foliis uenit ab radicibus humor
Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

F I N I S.

De legatione Regis Hiſpaniæ ad Innocentium viii. & de aduentu. Inachi mẽdociæ comitis Tendiliæ regii oratoris.

d Vm ſuſpenſa diu gentem miratur iberam
Tot reges quot roma uiros ſibi cernerẽ uiſa ẽ
Vidit enim patria tinctas ferrugine ueſtes/
Et tyriis infecta cadis uelamina circum
Sublimes rutilare humeros ac fundere flammas
Vidit ab hirſuto pendere monilia collo
Aurea: & alterno blandiri ad pectora plauſu.
Vidit & accenſos radiis ardentibus aurum
Vincere & inter ſe flammis certare lapillos/
Quos miſit longinquus arabs/erithreaq; tellus.
Quos ganges quos indus alit: quos Perſia diues
Colligit undoſi per torrida littora ponti.
Vidit & aſſiduo martis durata labore
Brachia: & aſſuetas frontes ſudare ſub armis.
Talis erat miles: quo pella potentior orbe
Reddita/ab argenti ſcutis cognomina ducens.
Vel quo bellipotens ætnæi fulminis inſtar
Sæuiit aſſyrium totiens macabeus in hoſtem.
Aurea regali mirata eſt ſtragula luxu
Non ſolum præbere toris ſed uilibus uſum
Officiis: ſterniq; ſolo: & ueſtigia ferre.
Regis honor contemptus opum. Præſtantia tanti
Principis imperii fines qui mittit ab ipſis
Gadibus ad fluctus pelopis quos nominat io

Inachis hoc cultu non eſt æquata ſuperbo.
Maieſtate minor tam largi opulentia luxus.
Ipſe etiam patriis ueniens orator ab oris
Debuit hoc faſtu magnæ innoteſcere Romæ
Inachus argiuum nomen:quia gloria belli
Tanta uiro:quanta argiuis lacedemone natis.
Ipſa quoqꝫ imperium quondam telluris & undæ
Roma dei modo nacta uices hoc diuite cultu
Debuit hoc ſplendore peti. Cognoſcere uiſa eſt
In ſermone ſuos ciues:qui dicere leges
Qui regere imperio populos & regna ſolebant.
Manſit enim penes heſperios uetus illa quiritum
Lingua. ſonant priſcos patres ea uerba latinis
Aemula:quæ gentem docuit romanus iberam.
Ipſa licet cute iam criſpa iam cana ſenecta
Langueat antiquos gaudens reminiſcitur annos.
Sicut in aduentu natæ longeua tremenſqꝫ
Mater ouat.uultuqꝫ labans applaudere anili
Nititur.affectuqꝫ uigens ſe uincit amico.
Ipſa ſalutantum gentis de more latinæ
Agmina præmiſit ſacris ſolennia pompis.
Magnanimoſqꝫ amplexa uiros in amica recepit
Mœnia. Concurſu ruit ad ſpectacula magno
Vrbs omnis cum plæbe patres.cum pube ſenectus.
Et ſexus utriuſqꝫ cohors promiſcua fama
Mota peregrinæ tegit omnia compita gentis.
Sicut ubi æſonides prima cum naue ſubiuit
Littora colcorum confluxit ad æquora torus
Phaſis:& aduectam ſtupuit per cærula puppem.
Tunc alacres Medæa choros & ouantia duxit
Agmina ſolemnem grais latura triumphum.
Dumqꝫ ita Romuleam fauſto ſubit inachus urbem
Sidere dum totis agitantur gaudia rectis
Vidimus illius ſacris inſignia circum
Clauſa notis.& uerba quibus primordia ſumpſit
Noſtra ſalus:cum facta parens ſine ſemine uirgo eſt.
Tunc ego ſcire pii cauſas epigrammatis ardens
Conſului Paulum genus a Tacróre trahentem
Thraiciis clarum fidibus plectroqꝫ potentem
Mæonio:& multa præſtantem laude poetam.
Hic mihi rem geſtam paucis abſoluit.& iſtam

Rettulit hiſpanas famam uolitare per urbes.
Barbarus Almanſor ueniens a ſanguine crudo
Gentis iſaciparæ quæ uſurpat nomina Sarræ
Viribus exultans / & forti robore pluſq̄
Numinibus fidens longis ea uerba papyris
Scripſerat:& caudæ demens aptarat equinæ.
Multa ferox iaculans in iberam iurgia gentem
Ibat.& allophylo ſimilis quem uerbere fundæ
Deiecit pecudum cuſtos in bella uocabat
Hiſpanas acies multis cum millibus unus
Congreſſurus erat certe:ſi ingentia cernas
Corpora/& ardentes oculos/barbamq; comantem/
Supra hominem/ſiculiſq; parum ciclopibus impar:
Barbarus ex acie ſumpta temerarius haſta
Fraxinus haſta fuit deraſis aſpera ramis.
Multa minans criſtis & equo ſublimis in alto
Venerat:in púgnamq; aliquem poſcebat iberum.
Dum ſpectant utrinq; acies ex agmine ibero
Prodiit auratis iuuenis formoſus in armis
Mendocia de gente ſatus:tuus inache certe
Aut auus aut aliquis clara de ſtirpe tuorum.
Cominus enſe potens & longis eminus armis
Non minor æacida.campoq; animoſus aperto
Conſtitit:& dictis tremefecit talibus hoſtem.
Tanta quid increpitas?quo te temeraria traxit
Impietas ut magnam auſis contemnere matrem
Atq; in matre deum?dictis agarene ſuperbis
Nil opus eſt.nec enim tua te iactantia tanto
Faſtu inflata iuuat.gladio experiemur & haſta
An grauis hæc Mariæ ſuperos iniuria tangat.
Iam dudum Pluto illam animam:tua uiſcera dudum
Expectant lanianda feræ.Non fidimus haſtæ:
Diuorum ſperamus opem.tua debita cerno
Funera.nam iuſti comes eſt uictoria belli.
Sicut in æquoreum direxit tela draconem
Virginis expoſitæ ſortem miſeratus acerbam
Ora nec expauit molemue Georgius illam
Grandibus horrentem ſquammis ac tergore duro:
Sic ego te defenſa hodie pro uirgine uictum
Sanguinea tellure traham.caput enſe reuulſum
A ceruice haſtæ infigam;noſtrumq; per omnes

Circũlatum acies mariana ad limina ſiſtam.
Sic ait.& magna Chriſto ter uoce uocato
Vrget equum.preſſiſq; petit calcaribus hoſtem.
Concurrunt ſimiles tauris in bella duobus
Cornibus aduerſis & toto pondere frontis
Cum ſpectant utriq; greges. cum territa magno
Paſcua mugitu nimbo inuoluuntur arenæ.
Arma ſonãt.tremit omne ſolum.uolat haſta per aurã
Ecce ruens agarenus equo (traiecerat armos
Vulnus & ingenti thoraca reſoluerat ictu)
Voluitur in præceps concuſſa cadauere tanto
Terra gemit/uelut intonſo cum uertice campum
Verſerat armatis quercus percuſſa lacertis.
It cœlo clamor.Spoliis tum uictor opimis
Clarus/& occiſi trunco prius ore gigantis
Excipitus clangore tubæ plauſuq; ſuorum
Regia concurſu ſubiit tentoria magno.
Cedite torquati quibus hæc cognomina torquis
Cædite coruini quibus hæc cognomina coruus
Tradidit:hæc ueſtras ſuperant præconia laudes.
Sic tua gens olim uoris ad templa ſolutis
Inache ne tanti pereant monumenta triumphi
Virgineæ matri ſacrata uocabula ſanxit
Ad ſua perpetuo coniungi inſignia ritu.
Cerne decus quantum ſuperat tibi/gloria quanta
De uirtute patrum fluit in genus omne nepotum
Inache.Sic ſuperi faciant de ſtirpe tuorum
Quo tibi laus alio ſit conſumata triumpho
Dux aliquis/uel tu ipſe magis cui bellica uirtus
Iam longo firmata uſu/leuet arma potenti
In ſyriam libyamq; manu.gentemq; nefandam
Vel penitus tollat/ſcythicæ uel ad ultima terræ
Littora detrudat:boreas ubi frigidus omni
Fruge ſolum ſpolians duro tegit æquora tergo.
Viue.nec ante precor parcæ tibi ſtamina rumpant/
Det deus hæc ſaltem noſtris bona fata diebus/
Quam uideas maurorum urbes & magna ſuperbæ
Mœnia Granatæ ueri iuga ferre tonantis.
Et parere deo:qui magna incepta ſecundet
Regis:& arma regat fœlici bethyca marte.

FINIS:.

Baptiſtæ Mãtuani Carmelitæ theo.Ad Innocentium octauũ pont.max.& conuiuas pro die natali Lau/rentii Archiepiſcopi beneuentani carmen.

Vmme pater curis & ſollicitudine nunq̃
ſ Liber/& immenſi moles cui credita mundi.
Vos quoq; cõuiuæ/quorum ſi dicere laudes
Aggrediar/longo rauceſcent guttura cantu.
Splendida regali uobis conuiuia luxu
Hæc beneuentanæ paſtor Laurentius oræ
Reddit:& huic tanto longe meliora fatetur
Se debere choro/ſoluet quoq; forſitan olim
Si ſperata dabit curſus fortuna ſecundos.
Sed tamen auguſto fuerant hæc debita menſi
Feſta/ſub ardenti cum ſol premit arua leone/
Luce ſacra/cum riſit inops laurentius iram
Cæſaris/& uictis migrauit in æthera flammis.
Illa dies natale dedit. Lucina parenti
Affuit enixæ.pulchroq; puerpera partu
Læta puerperii cruciatum in gaudia ſoluit.
Mox noua progenies fœlicibus ædita fatis
Dicitur attollens caput arriſiſſe parenti.
Quod fœlix fauſtumq; putant.bonus exitus omen
Laudat/& euentu melior fortuna ſequenti.
Illa igitur celebranda dies.& habenda quotannis
Lætior:& faſtis eſt annumeranda diebus.
Idq; memor facturus erat.noua feria dulces
Excluſere iocos. & in hoc conuiuia tempus
Sunt tranſlata.illam rapuere negocia lucem.
Nanq; aberat miſſus Roma legatus ab urbe.
Atq; graues umbrorum iras/ſubitoſq; tumultus
Lenibat grauibus dictis/pacemq; docebat.
Poſtq̃ ſtrenuitas uigilans & prouida uirtus
Huic ſatis officio fecit/cum laude reuertens
Eximia ſtatuit celebres apponere menſas/
Nataliſq; diem ritu celebrare parentum:
Sic etiam ſummus qui proſpicit omnia paſtor
Inſtaurare uolens feſſas poſt feria mentes
Obſeruare ſuos morem hunc indulſit auitum.
Et gaudere die/qua quiſq; ſub æthera primum

Tranſiit:& ueſci cœpit uitalibus auris.
Et q̄q̄ gethicis contraria gentibus olim
Conſuetudo eſſet/lachrymis quæ triſtibus ortum
Natorum/& læto celebrabant funera cantu/
Noſtra tamen longe melior ſententia. mortem
Quæ pulchrum diſſoluit opus/quæ nititur omne
Quod uatura parit paucis abolere diebus:
Et nihil eſſe diu patitur/quæ pingitur ore
Terrifico/lugubri animo meminiſſe neceſſe eſt.
Principium uero uitæ qui dicitur ortus
Quo genus omne noua reparatur origine/ſecum
Gaudia mille uehit. Cum mens diuina recentem
Cuderet/& cœlo ſtellas affigeret/orbem/
Mirabantur opus ſuperi. noua machina mundi
Viſa uoluptatum pelagus:quod pectora diuum
Corripuit ſubita ſenſus dulcedine complens.
Iure igitur natale iocos/& gaudia poſcit
Natura ſuadente dies/qua uenit ad ortum
Progenies primæ capiens exordia uitæ.
Ob cauſam tamen haud aliam uetus ille reuerſus
Mos/niſi quo feſſas hominum poſt ſeria mentes
Sit fas inſtaurare iocis. & idonea rurſum
Reddere corda uirum rebus tali arte gerendis.
Nam labor aſſiduus mentes ut corpora frangit:
Attonitoſq; facit ſenſus. & inertia membra.
Ingenium nimio roburq; retunditur uſu.
Et caput obſcura captum uertigine clauum
Perdit:& incerto nauis ſecat æquora curſu.
Omnia quæ duro ſunt debilitata labore
Reſtituit ſecura quies:medicamina feſſis
Ocia ſunt. laſſas inſtaurant ocia uires:
Quas labor eneruat/quas longa negocia frangunt,
Ergo laborantes opus intermittere cœptum/
Et ceſſare iubet ueterum prudentia patrum.
Scipio littoreas & Lelius anxuris oras
Et caietani tractum maris urbe relicta
Sæpe peragrabant/& circum littora conchas
Fluctibus eiectas manibus legiſſe feruntur.
Maximus interpres legum luſiſſe lapillis
Scæuola narratur curaſq; fugaſſe fritillo

Socraticos etiam ludos pueriliaq; acta
Legimus:atq; ſenem ſtudiis iuuenilibus uſum.
Ergo uoluptatem cœnæ genialis honeſtam
Summe Pater lætiq; una celebrate Sodales.

FINIS:·

Eiuſdem de morte Ioannis Soreti Galli Carmelitarum Prioris generalis.

Ens mihi ſæpe fuit ꝑ te quoq; ſumerẽ plectrũ
m Atq; tuas noſtro complecti carmine laudes,
O niuei quondã paſtor gregis. O pater altæ
Rupis:& irrigui fontis:montiſq; beati,
Cuius inacceſſis uates habitaſſe ſub antris
Fertur:& euentus rerum ceciniſſe futuros.
Sed mea ſopito ſtupuerunt ſanguine corda,
Vt ſolet hyberno tellus cum frigore torpet,
Poſtq̃ fama tui mœſtiſſima nuncia fati
Triſtibus auſpiciis italas peruenit ad oras.
Omnia tunc gelido riguerunt membra timore:
Tunc lyra lapſa manu,digitis tum plectra remiſſis
Sunt colliſa ſolo:tremulo uox defuit ori.
Languida mœrentes ebetauit inertia ſenſus:
Et dolor ingenium uiuax ſopiuit,& artes.
Tunc mihi cum ægrotos uis morbi uinceret artus
Raraq; uix traheret feſſum ſuſpiria pectus,
Conſilium fuit inuiſa decedere uita,
Et tecum limen patriæ melioris adire,
Paſcit ubi tutas dulcis concordia mentes.
Feciſſemq; utinam:nam poſt tua funera nunquam
Vidimus optatos portus.nos ſpũmeus curis
Flantibus undarum tulit in contraria feruor.
Littora carmeli ſolymoſq; apprehendere campos
Dum cupimus,dum quiſq; ſuis annuitur armis,
Pellimur in ſyrtes:nauemq; ferentibus undis
Incertum per iter nulla ſuccurritur arte.
Tiphis abes,palinure iaces:iterata minantur
Fulmina in interitus conſpirant ſydera noſtros.
Nunc ruit in præceps,ſummas modo ſurgit inundas
Auulſo temone ratis.fracti ſumus ut ſi

Dum procul a ſtabulis errat pecus omne per agros
Nil hoſtile timens / caſu percuſſus iniquo
Occidat extemplo paſtor: ſaltuſq; patentes
Ora lupus ieiuna gerens intrarit: oueſq;
Incuſtoditas paſſim lanietq;: fugetq;.
Sic tua progenies quæ te duce nullius arma
Nullius inſidias timuit / ſed tuta per omnes
Ibat ouans caſus / poſtq̄ tua lumina preſſit
Improba conturbans triſti mors omnia luctu
Languit ammiſſo generoſæ frontis honore.
Palluit omne decus noſtrum: languentia cœpit
Pectora ſegnicies / & amor uirtutis obiuit.
Frigemus uelut extincto focus igne: receſſit
Tecum noſter honor: carmeli gloria tecum
Occidit: heu funeſta dies neq; digna diei
Nomine cenſeri: ſtygiis pallentior umbris /
Quæ tantum iubar extinxit: tot lumina miſit
In lachrymas: in tot ſuſpiria pectora ſoluit.
O nūquam laudandæ ſatis: licet omnia laudes
Ora tuas reſonent. Senior diſcrimina noſti
Quot ſubiit grex iſte tuus: quot bella: quot hoſtes
Venere: & ſortem populi miſeratus iniquam
Mouiſti aſſiduis precibus triſtem iouis iram:
Qui niſi forte tui curam geſſiſſet ouilis /
Ventus & unda ruens ſtabula & pecus omne tuliſſet.
Supplice te nobis fauit pater: ipſe pauentem
Attonitumq; gregem blande collegit in unum:
Vt mater criſtata ſolet / quo tempore miluus
Inſtruit inſidias: flectitq; per aera gyrum.
Illa dolum timet: & crocitans ſua pignora cogit:
Collectumq; gregem ſuſpenſis protegit alis.
Hactenus hoc noſter uexatus turbine lembus
Tardatuſq; uadis circum tua littora duci
Non potuit: ſed iam cœli frons læta ſereni
Panditur: undoſumq; minus iam murmurat æquor.
Humidus auſter abit: ſilet æther: atra recædunt
Nubila: purpureo ſol naſcitur aureus ortu.
Graminis aura tepens florumq; cacumina leni
Incuruans flexu gratos diffundit odores.
Atq; leui ſtrepitu fugiens ſe frondibus altis

Inſerit,& ſomnos molli blandita ſuſurro
Concitat,& uirides ludens circũuolat agros:
Iamq; procul nobis pulſa calligine tandem
Carmeli ſe monſtrat apex:uitreiq; redundant
Fontis aquæ ſuaues:quæ ſummo uertice lapſæ
Subiectos rimantur agros, & florida circum
Rura ſoporifero labuntur murmure,ſeq;
In uicina breui deuoluunt æquora curſu.
Iam me ſollicitæ parcunt incendere curæ.
Improba nec miſerum pectus depaſcitur ales,
Reſtituorq; mihi:iuuat ire,meamq; ſonoris
Inſtaurare lyram neruis:ſacrumq; uocare
Ex helicone chorum,atq; argutos ædere cantus.
Verum bella canant alii:populoſq; paternis
Sedibus,& patrio pulſos de littore graios.
Et ueteres odii cauſas:belloq; ſubactas
Conſtantine tuas arces: cœlumq; latinis
Infeſtum rebus:fideiq; pericula noſtræ:
Et purgata nouis troiana incendia bellis.
Semper ego effugi ſtudium mauortis,& arma.
Nec pectus thorace graui, nec tempora cinxi
Caſſide criſtata:fuit & mea dextra,meumq;
Semper inerme latus: mores ego pacis amaui.
Cædimus arma aliis:nobis tua maxima uirtus
Carmen erit:ſatis eſt iſto ſi puluere noſter
Sudet equus:metam hancq; meus circũuolet axis.
Ingrediar fragili ſpacioſa per æquora ligno:
Atq; tuas læti circũuectabimur oras.
Cuncta paleſtini montis ſpelæa reuiſum
Singula perluſtrans:aciem per ſingula uertens
Ne quid neglectum fluat,intactumue relinquam,
Vnde tuæ in lucem poſſint emergere laudes.
Conaborq; tua dignum uirtute trophæum
Erigere,& circum redolentes addere lauros
Atq; hederas,& palladia de fronde corollas:
Palmarumq; minus metuentes pondera ramos.
Grande opus:& ſub quo ſudaret olympifer Atlas.
Magna quidem fuit,atq; meis conatibus impar
Copia uirtutum paſtor uenerande tuarum.
Nec tibi Carmelus debet minus ac Remoaldo

Tuſca camaldulii pineta in uertice montis.
Lignipedicꝫ lauerna uiro:Cartuſia Vgoni.
Gallica Bernardo ciſtercia. Nurſica Mauro
Relligio. ſed plus longe. nec enim tibi ſancta
Ruſticitas, ſed ſancta magis doctrina ſuperbam
Perfidiam ſe attollentem myſteria contra
Sacroſancta potens conuellere fulmine linguæ.
Vnde fit ut dubitem rei ne pondere preſſus
Turpiter ĩ medio cogar deſiſtere curſu.
Menſcꝫ magis refugit, quando icarium reminiſcor
Interitum. puer ille leuis temerarius audax
Dum per inane audet cœlum mendacibus alis
Tendere iter uetitum, & uacuas ſe attollere in auras
Decidit: & fecit myconæo nomina ponto.
Me mouet & ſacros ignes furarier auſus
Atcꝫ putres audens glebas animare prometheus.
Et phaeton cupiens ſolis frenare quadrigam,
Cuius adhuc longæ lachrymant electra ſorores,
Succinacꝫ, ad fluuii ripas, quem celtica rupes
Mittit: & adriacis tandem abſorbetur ab undis.
Occurrunt animo ueteris certamina pugnæ:
Cum furor inuoluit ſuper altum pelion oſſam:
Aoniaſcꝫ auſæ cantu ſuperare ſorores.
Et quæ textilibus docta cum pallade formis
Dum certat ueterem mutauit Aranea formam:
Thrax Thamyras quem cœcum olim fecere puellæ
Theſpiades: dum ſe nimis, & ſua carmina iactat.
Et tu mentis inops nimiumcꝫ improuide quondam
Marſya qui muſas phœbumcꝫ laceſſere cantu
Dum properas, fluis in latices: & porrigis amnem,
Quem uehit ægæas phrygius Meander in undas.
Et qui labentem dextra temerarius arcam
Dum leuat a magni rectore necatur olympi.
Hæc mecum tacitus memori ſub pectore uoluens
Extimeo ne cœca meas audacia uires.
Fallat: & aſſumptum nequeant perferre laborem.
Supponam tamen hos humeros: molemcꝫ ſubibo
Debilis immenſam: dabitur fauor æthere ab alto
Occultumcꝫ meus diuini nectaris imbrem
Accipiet genius: ardoſcꝫ ad carmina ſenſus

Calliope melior/maiorq; mouebit Apollo.
Aureus ut quondam fului ſub imagine roris
Iuppiter in gremium danaes deſcendit amatæ
Sic noua de ſummis magnæ penetralibus aulæ
In mea labetur furtim præcordia uirtus:
Atq; ope cœleſti fretus certaminis huius
Sit modo uita comes/referam uictricia ſigna.
Efficiam ne liuor edax / ne longa uetuſtas
Neu ſors ulla tuæ pariant obliuia laudis
Sed uentura tuum nomen mirabitur ætas.
Et quæ te tulerint fœlicia ſæcula dicet
Poſteritas:debentq; tibi tua tempora multum.
Namq; tui tecum durabit gloria ſæcli.
Tu modo magne pater faueas:quem certa fatentur
Aetherios inter poſitum miracula ciues.
Muneris incerti quædam me pendula tardat
Spes opere a tanto : promiſſaq; carmina differt:
Et prohibet noſtræ uotis parere camœnæ.
Mox tamen abſoluar:nec in hiș mea ſyrtibus ultra
Cymba leget:ſteriles fruſtra uerſamus harenas.
Quid miſer in caſſum do ſemen inertibus agris?
Quid pictam propero Thamiræ mõſtrare tabellam?
Quid mutum reſponſa peto?Quid deniq; fruſtra
Non audituro modulor noua carmina ſurdo?
In nemus umbroſum:& concluſas undiq; ualles
Rupibus:& multa ueſtitos arbore colles
Imus:ubi ſecura quies:ubi dulcia uitæ
Tempora decurrant:ubi nulla negocia nobis
Detineant animum/ferri ad meliora uolentem.
Iſta mihi ſi te pater adiutore dabuntur
Ocia/ſcribendis & amica ſilentia rebus/
Mox ego purpureo textam de flore coronam
Quam neq; brumma rigens albis ueſtita pruinis
Nec borealis hyems uincat:quæ flumina uentis
Stringit:& aerias gelida niue conſpuit alpes:
Quam neq; deſiccet ſol/quom uicina pererrat
Noſtro ſigna polo:circum tua tempora ponam.
Tu meus Aenæas:tu pergama : tu mihi thebæ.
Tu labor & curſus ſero redeuntis Olyxi/
Et mora penelopes uotis inimica pudicæ.

Tu mihi cæſar eris:ſtudium tibi tradimus omne,
Tu tamen interea noſtro qui liber ab orbe
Viuis:& ingentes meritis facientibus alas
In regnum ſublime uolas ardentis olympi,
Quem deus æternis diuorum accumbere menſis
Iuſſit,& immenſo cœli dignatur honore,
Funde preces:pia uerba moue,feruentius ora
Magna dei noſtris faueant ut numina rebus.

FINIS:·

Baptiſte Mantuani Carmelitæ theo. Ad Ioãnem Petrum Ariuabenum epiſcopum Vrbinatenſem.

P Etre eliconiadum ſtudiis decorate ſororum
Cui dedit inſignẽ docta minerua locum.
Iſta racemiferis noſtri de uitibus horti
Accipe dircæi dulcia dona dei.
Hanc tibi præcoxit flauentem Iulius uuam
Sole molorcheas ingrediente faces.
Scilicet ut nimium rapido dum fulminat æſtu
Frigida morboſam temperet uua canem.
Nam canis ad plantas reſidens Orionis ardet.
Atq; graui noſtras uerberat igne domos.
Frigore nunc opus eſt.opus ut fuit ignibus ante,
Cum boreas tanto ſtringeret arua gelu.
Sic natura parens tempus muniuit utrumq;.
Caumata frigoribus temperat,igne gelu.
Ianus habet ſyluas,& aprici uina phalerni.
Creticaq; idæis trans mare uecta cadis.
His ſe armare poteſt:gelidamq; retundere brũmam.
Et melotæis terga fouere togis.
Aeſtus habet gelidos latices,& cærea pruna,
Pomaq; cognomen quæ ceraſuntis habent.
Iulius ardorem primis necat æſtifer uuis:
Hacq; ſalutari fruge miniſtrat opem.
Nec tibi grata minus fuerint mea munera,ſi quid
Et ſi quid uerſus ruſticitatis habent.
Ruſtica ciuili melior uindemia.ruri eſt
Ille ſacer uatum qui rigat ora liquor.
Hæc fateor leſbi non ſunt in collibus orta,

Nec de cretæis munera lecta iugis.
Non ea palmitibus cœli clementia noſtris
Non eſt flaminio gratia tanta ſolo.
Siueq̧ a phœbo magis elongamur & auſtro/
Et polus algenti nos aquilone premit.
Siue q̧ eſt illic aliis rationibus æther
Mitior eſt illis gloria tanta locis.
Forte q̧ ex illis tranſiuit in æthera campis
Quæ micat ex flammis facta corona nouem.
Proſpiciens oculis illas melioribus uuas
Vitifer infundit uina ſuperba deus.
Addeq̧ in Delo Bacchi germanus Apollo
Naſcitur: arbitrio qui regit arua ſuo.
Iuppiter idæis alitus rura illa ſub antris
Dicitur oleniæ lacte rigaſſe feræ.
Gnoſiacis ideo uis eſt en tanta racemis.
Inclyta tam dulci fertilitate Cydon.
Hæc igitur tibi dona damus meliora daturi/
Vberius ferret ſi meliora ſolum.
Muſa tibi uetuit ſine carmine munera mitti:
Quando magis quouis munere carmen amas
Carmen amat quiſquis tenero bene doctus ab æuo
Aoniam ſtudiis dulcibus hauſit aquam.
Hæc mea ſit animo ſint dulcia dona palato.
Et phœbi & bromii munera iūcta cape.

FINIS.

Baptiſte Mantuani Carmelitæ Ad Ioannem Sabadinū argenteū p̱ filii morte cõſolatio: Paramythia.

Bapti. q Væ uos iunocui uexat fortuna parentes?
Triſtia cur tantis fletibus ora madent?
Miti⁹ andromache tulit aſtyanacta pẽptū.
Mitius errantem penelopea uirum.
Mitius Halcynoe crudelia fata mariti.
Hippolytum phœbe: garrula mater Itym.
Fleuit Hylam minus Alcides: minus Iſis Oſyrim.
Et niobe natos/ & Phaetonta ſoror.
Quid ſibi uult tanto reſonans querimonia luctu?
Et gemitu longo ſollicitata domus?

Cur ſettoſa genis facies ſqualentibus horret?
  Cur macies turpi deiicit ora ſitu?
Quo fugere ſales? cur lætæ gratia frontis
  Decidit? obſcurum quæ tegit umbra caput?
Cur tua compreſſo facundia mutuit ore?
  Nec fluit in dulces lingua diſerta ſonos?
Dic age lugubri deformis imagine uultus
  In mea ſecretum pectora uulnus agit
Aſpera ſors ueros. & proſpera tangit amicos.
  Corporibus quia mens una duobus ineſt.
Ioãnes. Hei mihi. neſcio quod radiis graue ſidus niquis
  Miſit in infauſtos fulmiua tanta lares.
Et mihi perpetuus chara cum coniuge mœror
  Attulit a ſtygio longa uenẽna lacu.
Carolus eximiæ fulgens puer indole formæ
  Occubuit caſti uota ſecunda thori.
Et iam morigera ſuperos pietate colebat:
  Et docili ſupplex numina ſancta fide.
Iam matura nouis ætas lucebat in annis.
  In tenero grauitas ore ſenilis erat.
Talis erat nobis qualis roſa prima roſetis.
  Et qualis riguo lilia prima ſolo.
Læta uerecundos decorabat gratia uultus.
  Et grauis ornabat dulcia uerba lepor.
Ille meo triſtes tollebat pectore curas.
  Gaudia patris erat. gaudia matris erat.
Hunc igitur rapiens lex ferrea mortis auaræ
  Sub gelidam triſti funere merſit humum.
Luget mœſta domus. uidui ſine prole parentes
  In gemitu noctes ducimus atq; dies
Sicut ubi implũmes inuaſit uipera nidos
  Ingemiti: & querulo carmine plangit auis.
Soluitur in lachrymas gemituſq; miſerrima coniunx
  Et requiem nũq̃ debile pectus habet.
Cum gemit illa, mihi lachrymas ciet: ignea rorant
  Lumina: ſingultu guttura rauca ſonant.
Eſt mihi pro nato ſimul & pro coniuge mœror.
  Et duplex agitat ſaucia corda dolor.
Pœnitet ingratæ producere tempora uitæ.
  Et totiens mortis uulnera acerba pati.

Emorimur totiens obeunt quot pignora nobis.
 Et totiens ferrum corda paterna ſecat.
Bapti. Pelle graues animo curas argentea probes.
 Neu cruciet tantus pectora mœſta dolor.
Terra domus non eſt animis accõmoda noſtris.
 Altius it noſtræ condicionis honor.
Qui nimium terras amat,& mortalia tecta,
 Fallitur:eſt alio patria noſtra loco.
Hic ſumus extorres,alienaq; regna tenemus
 Sub grauis exilii ſeruitiiq; iugo.
Nunc animus curis coquitur,nunc corpora morbo.
 Et ſtimulos affert quælibet hora nouos.
Nunc fratrum ſubeunt obitus, modo fata nepotum.
 Tempus in obſequiis triſtibus omne fluit.
Crebrius auditur per templa per atria planctus,
 Quam faciles inter uox hymenæa choros.
Et modo noſtra uocant modo nos aliena ſepulchra.
 Funera ſunt noſtri continuata dies.
O fœlix quem res non implicuere caducæ.
 Quem nullus retinet poſteritatis amor.
Quem nec cura domus nec defficientis in horas
 Corporis,aut uitæ prætereuntis agit.
Poſtq̃ diuitiis fuerint & honore potiti
 Mors hominum triplici corpora fauce uorat.
Fœlices fruſtra nobis promittimus annos.
 Semper enim curæ triſtitiæq; premunt.
Fluctus ut inſequitur fluctum.ſic tempora uoluit
 Noſtra catenatis ſors inimica malis.
Mittimur ætherios per limina mortis in axes.
 Hæc patet in noſtros ianua ſola lares.
Eſt illic natale ſolum. noſtriq; penates:
 Regnat ubi in decimo maximus orbe pater.
Nos deus ex alto,nos magni gloria mundi,
 Omnia nos pronis uultibus aſtra uocant.
Cum nitet.& pictæ noctis fulgoribus ardet
 Oſtendit noſtras pulcher olympus opes.
Noſter enim polus eſt.ſunt ſidera noſtra:ſereno
 Ciuibus arridet lucifer orbe ſuis.
Eſt requies illic,illic æterna uolupias.
 Perpetuus ſplendor,gaudia,riſus,amor.

Carolus eſt illic.& candida lilia circum
Tempora uirginei ſigna pudoris habet.
Nos quoq; cum lacheſis noſtros euoluerit annos,
In loca fatalis tranſferet illa dies.
Quotquot erunt animas.& quot nos ante fuere
Accipient lato magna theatra ſinu.
Fas erit hic noſtræ uultus agnoſcere gentis.
Atq; dare alternis mutua uerba ſonis.
Hic cum fratre ſoror:nati cũ patribus ibunt.
Veſpera nec feſtos finiet ulla dies.
Quos modo miramur, regione uidebimus illa:
Et ueteres inter ſuſcipiemur auos.
Hic ſunt qui patrum ueſtigia ſancta ſequuti
Stigmata ſeruatæ relligionis habent.
Tunc tuus ille nepos iuuenem quem fata tulerunt,
Cognatam nitido porriget ore manum
Tunc tuus occurret tibi natus.& obuia circum
Brachia cum lachrymis colla paterna dabit.
Coge uagos animi fluctus argentea proles:
Cordaq; conceptus deſerat ægra dolor.
Comprime bacchantes uentes:& nubila pelle.
Cymbaq; tranquillo currat ut ante mari.
Ad noua cœpta redi.laudemq; laboribus auge:
Et breuis immenſa floreat arte liber.
Scribe quod æterno dignentur honore nepotes:
Et quod non ualeat perdere longa dies.
Vtq; minus rodant uigiles præcordia curæ,
Fertilis ingenii pinguia rura cole.
Interea celeri labentia tempora curſu
Exilii finem ſeruitiiq; dabunt.

FINIS BONONIAE DIE SECVNDA
FEBRVARII.MCCCCLXXXV.

BAPTISTAE Mantuani Carmelitæ Theologi ad Reuerendiſſimum.ac Illuſtriſſimũ Sigiſmundum Gonzagam protonatarium.Eligia cõtra amorem.

Onſuluit pietas ut te Siſmunde monerem
c Communem iuuenũ ne ſequerere uiam.
Omnis enim tenera puer ut lanugie uernat,
Perdere in inſano tempus amore ſolet.
Quo caueas igitur ſcelus hoc,animiq; uenenum,
Quid ſit amor paucis inſtituare modis.
Mentis amor uicium iuuenile,cupidine formæ
Viſu animi robur debilitante ſatum.
Hoc ubi corda premens humana tenacius hæſit,
Obligat impoſito colla ſubacta iugo.
Et trahit in facinus ueneri quodcunq; uidetur,
Nil ueritum leges imperiumq; dei.
Res horrenda,facit licitum ſcelus omne uideri,
Sic iacet affectu mens hebetata malo.
Vt notus æſtiuis obnubilat aera nimbis,
Ac tenet oppreſſum ſole latente diem,
Sic amor ante occulos animi uelamina tendit:
Et trahit in cœcum pectora noſtra chaos.
Hinc ſecurus amans per aperta pericula fertur
Quæ niſi mentis inops nullus adire uelit.
Hic poſitis noctu ſcalis ſuper alta domorum
Tecta ſalit,getico dum riget aura gelu.
Hic iacet in latebris:loculoq; reconditus arcto
Spem titubans inter fluctuat atq; metum.
Pugnat in ambiguo ſententia pectore duplex.
Vellet amore frui,uellet inire fugam.
Ille ſubit gladios,& pro muliere duellum.
Mox init egeſtam ſanguinolentus humum.
Fit pecus omnis amans dum pro ratione libido
Iudicium nutu temperat omne ſuo.
Quiſquis enim uiuit ſine lumine mentis & uſu,
Fert hominis uultus,ingeniumq; feræ.
Eſt pecus:& fallax hominem mentitur imago.
Teſtis opus melior,ueridicũq; magis.
Anſer aquis gaudet,ſyluis aper,aere falco,
Legibus humanum conſilioq; genus.

Sirenes ſatyri panes nymphæq; marinæ
Et lamiæ humani corporis ora ferunt.
Si uideas uultus, homines uidiſſe putabis.
Eſſe feras conſtat ſi intuearis opus.
Hinc igitur fati non ſunt mendacia uates,
Quando homini uultus impoſuere nouos.
Qui partim ſenſu partim ratione feruntur,
Nec uiuunt totos cum pietate dies,
Hi ſunt centauri minotauriq; biformes:
Monſtra: quibus duplex ambiguumq; genus.
Talia ſignificant animos in amore iacentes
Continue in mutum degenerare pecus.
Hinc bouis effigiem ſubit Inachis: æquora ſubter
Latrat & abſorptas ſcylla profundit aquas.
Nyctimene in noctis uolucrem conuerſa: Meduſæ
Tempora uipereæ complicuere comæ.
Vtq; ſcias quantum ualeat ſubuertere mentes,
Inferior nullis cladibus iſte furor,
Aſpice Leandrum ſpacioſa per æquora nantem
In ſe odium fati ſollicitare ſui.
Aſpice paſtorem phrygium ſpartana ferentem
Furta domus lachrymas excidiumq; ſuæ.
Suaſit amor ſcyllæ regno ſpoliare parentem:
Et dare gnoſiaco ſe patriamq; duci.
Tanta animo rabies, hoſtem præponere patri
Conſuluit ſæuo ſæuior angue puer.
Aſpice Theſeæ redeuntia uela carinæ
Ferre Iouis neptes furta ſuperba duas.
Crudeles caſus triſtemq; attende tapinam:
Nec ſeruaſſe datam fœdera uana fidem.
Quid referam cinyræ cohiiũ? quid Biblidis ignem?
Et ſcelera admiſſo paſiphaæa boue?
Phaſias hoſpitibus dedit aurea uelera grais:
Et ſecuit dura pignora parua manu.
Heu, facinus crudele parens in ſanguine nati
Tingitur in ſobolem carnificata ſuam.
Ira malum minus eſt: breuibus quia præterit horis.
Longa ueneno ſus tempora uiuit amor.
Viuit & aſſiduis hominem cruciatibus angit:
Et tenet ardenti corda ſepulta foco.

Cætera quæ noſtrum dicit mortalia uulgus
  Crimina ſunt longe perniciosa minus.
His etenim ſatis eſt uni nocuiſſe. Cupido
  Vult homines ſaltem præcipitare duos.
Semper enim tali febrit quicunq; cicuta
  Vult alium uicio cõmaculare pari.
Aſpice q̃ uariis erymanthida iuppiter urſam
  Cœpit:ut eſt uirgo ludificata modis.
Quot ſtuduit uerbis daphnem facundus Apollo
  Flectere:& ardori conciliare ſuo.
Te:cui magnanimo grandes in pectore curas
  Parturit antiquæ gloria longa domus:
Et cui maiorum laudes calcaria ſubdunt:
  Vt ſtudeas atauis non minor eſſe tuis:
Hanc decet ex animo penitus conuellere peſtem:
  Et ſepire omnes:ne feriare:uias.
Ac uitare locos:puer hic ubi retia tendit
  Atq; ubi in inſidiis ipſe latere ſolet.
Retia ſunt iuuenum uultus:& amabilis ætas:
  Quæ rapiunt ſenſus illaqueantq; nouos.
Corda retundit amor:generoſa negocia frangit.
  Nec niſi fœmineum mente uolutat opus.
Grandibus incœptis ſtudiiſq; uirilibus obſtat:
  Nec probat heroa fortiter acta manu.
Negligit inſignes quæ ſunt paritura triumphos.
  Et decora & titulos extimat aſſe minus.
Delicias:unguenta:iocos:& inertia laudat
  Ocia:& ad phrygios fila reducta modos.
Inuidus Enæam libycis tentauit in oris
  Siſtere:ne in latium proſequeretur iter.
Ne iacta imperii primordia poneret Alba:
  Vnde ſata eſt orbis Roma futura caput.
Aeſtuat ammiſſa Chryſeide magnus Achilles.
  Languet:& argolicis ferre recuſat opem.
Sic amor elatam ſtuduit ſubuertere mentem
  Vt uenerem graios poneret ante duces.
Vt iuuenis tantum decus obſcuraret:& arma
  Græca forent læſo debiliora duce.
Et quia nudus amor:ſtudet exhaurire ſequaces
  Eximias luxu dilapidante domos.

Hinc ubi quis lautis minuit patrimonia menſis
  Ambulat attrita triſtis inopſq; toga.
Et quas cura patrum multis ſudauerat annis
  Fœmina longæuas una triumphat opes.
Et quoniam puer eſt/leuium ſolatia rerum
  Q ualia blandiciæ/baſia/carmen / amat.
Et quia pennatus/cito mobilis.& quia cœcus
  Præcipiti fertur per ſcelus omne gradu.
Et quia fert arcus/mucronigeramq; pharetram/
  Atq; facem/mala mens/ingeniumq; ferox.
Incipit a riſu:curis coaleſcit amaris
  Deſinit in lachrymas improbus iſte furor.
Q uiſquis amas igitur/q̄q̄ fortuna ſecundet/
  Et facilem puppi det leuis aura uiam/
Sis memor euentus:uerſaq; relabere cymba:
  Peruia tranquillo dum ſinit unda freto.
Et caue ne ſubita maris inuoluare procella/
  Dum tonat ardenti fulminis ira polo.
Hæc habui ad præſens/tibi quæ memoranda putaui
  Dum cupio ad ſummum promoueare decus.

F I N I S :·

Ad Lodouicum Gonzagam ſedis Apoſtolicæ Pro/tonotarium Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Carmen ex tempore.

ſ Aepius ad ſacrum cupiens elicona reuerti
Munus ut excellens & tanto principe dignū
Caſtalio de fonte darem/mea garbaſa uētis
Explicui:& ſcalmos accincto remige preſſi.
Verum me uariis animi langoribus ægrum
In diuerſa ferunt a phocide littora fluctus.
Pellor ab Europa.ſego puppe propontida uerſa.
Et feror in phrygiâm tenedi iam littora cerno.
Iam patet Antandrus. iam culmina cernimûs idæ.
Aonides ſyluæ nobis & ſancta negantur
Flumina.dircei taciturna ſilentia ſaltus
Occluſere nouem prohibentq; accèdere nymphæ
Immiſere rati zephyros prohibemur arenis
Aulidis.aduerſis rado maris æquora fatis.

Quod ſi uela ſinat uento deus ire ſecundo
Pacificaſq; intrare domos:& corde timores
Pellere ſollicitos,tantoq; exire tumultu,
Curreret extemplo uelis mea cymba leuatis
Per laudes Lodouice tuas,per clara tuorum
Facta,per illuſtres atauos. regnataq; genti
Arua tuæ.canerem pugnas & martia facta
Et grauiter ſanteq; domi conſulta foriſq;.
Quanta ſit in ſuperos pietas & quanta parentum
Relligio. quantum patriæ ſtuduere quieti.
Cæderet his agris quicquid mare fluctibus ambit.
Egregii quicquid titan uidet æthere ab alto.
Mollia longinqui iactent ſua uelera ſeres.
Heſperidum ſua poma nemus.ſua tura ſabæi.
Ethiopes nigri ſua cinnama. Perſidis ora
Diuitibus gemmis fuluoq; ſuperbiat auro.
Prouentu maiore tuos pubeſcere campos
Dicere,& has illis præponere frugibus auſim.
Cæderet his agris trinacria.cæderet hortus
Alcinoi.& ueneris tellus pulcherrima cypros.
Cæderet his agris crete. Pelopiſq; laceni
Iuſula.ſit licet hæc ſparta ueteriq; corintho
Illa iouis cunis,atq; urbibus inclyta centum.
Cæderet omnis ager.nec ſeſe Mantua tantum
Virgilio,& ducibus lydis,& ſanguine magni
Tyreſiæ claram agnoſcet. magis inclyta quando
Gonzagæ ſplendore domus euaſit,& altis
Ingeniis animiſq; uirum,qui bella per omnem
Sæpius Italiam parto clauſere triumpho.
Hæc eſt illa domus:de qua,ſi temporis acti
Legeris annales,multos exiſſe Camillos,
Scipiades multos,Marios mirabere multos.
Nec reticenda forent nuruum ſuper æthera nota
Nomina:& integritas tranſlata in ſidera matrum.
Meoniis hæc ſunt neruis,& apolline toto
Digna.nec exili dicenda ex tempore cantu.
Nunc alio me cura trahit.peregrina uocamur
Per longas in regna uias per inhoſpita ſaxa.
Nec ſinor in patriis requiem decerpere campis.
Omnia tum melius referam,cum purpura frontem

Velabit Romana tuam. cum patribus alto
Adiungere throno/quibus eſt æterna poteſtas.
Carmina noſtra dies illos/& læta morantur
Tempora.tum ſacros poteris recludere fontes
Et uati aſpirare tuo:uotiſq; tuorum.

FINIS:

Baptiſtæ Mātuani Carmelitæ Theologi: Ad Magnificum Comitem Fregoſi/num Campefregoſum:Sapphicum Carmen.

Vlce Muſarū decus/& uoluptas/
d Patriæ ſplédor/lyguręq; priceps:
Qué fouet dulci gremio ſcœptū
Hoſpita Manto:
Impio poſtq̄ Genuæ tumultu
Miſſus ex alto phlegetontis amne
Iura ſubuertit/placidamq; pacem
Nuncius orci:
Te decet magnos animi dolores
Atq; Neptuni ſalientis æſtum
Ferre: & accenſo Ioue fulgurantem
Fortiter iram.
Rebus aduerſis agitata uirtus
Creſcit:& robur cruciata longo
Sumit attritu: meliuſq; terſo
Candicat ore.
Ocium clari fugiunt honores:
Nobiles ducit labor ad triumphos:
Sudor inſignes iter ad coronas
Monſtrat apertum.
Vnico uitrum ſuperatur ictu:
Spernit incudes adamas/& omnem
Malleum:uirtus animoſa caſum
Suſtinet omnem.
Debiles nautas/humilemq; cymbam
Aphricus pulſis uiolenter undis
Iactat:& uaſto fragilem carinam
Vortice ſordet.

Fronte ſublimi ratis alta proram
Tollit, & Chaurum Boreãq; ridet,
Atq; proſternit ualido ſonantem
Pectore Pontum.
Blanda fortunæ leuitas, in altum
Voluit:& facti cito pœnitentem
Dexterã uerſans male fida curuũ
Deprimit Orbem.
Fortium gaudens hominum Ruinis
Regna longinqui penetrare mũdi
Cogit Heroas:Patrioq; pulſos
Iactat ab orbe.
Egit Eneam Pelago uagantem
Flante per nigros aquilone fluctus
Atq; nimboſo reboante cœlo
Littus ad Aphrum.
Pulſus Antiquam Salamina Teucer
Liquit:Alciden odium Nouercæ
Miſit ad Gades,ubi cernit Altam
Iulia Calpem.
Faucis anguſtæ Mare uorticoſum
Exules quondam ſoror atq; frater
Heu nimis triſti ſecuere curſu
Phrixus & Helles.
Velleris fului ſpolio ſuperbus
Aequor euxinũ,gelidãq; Thetym
Theſſala primus rate nauigauit
Fortis Iaſon.
Magna non una regione uirtus
Clauditur:toto ſpaciatur Orbe,
Sicut imenſum radians olympum
Clarus Apollo.
Perfidam ſortem Generoſa uirtus
Spnit:& plauſum popularis auræ
Extimans ludi puerilis inſtar
Libera regnat.
Vate Dirceo Generata Manto
Vnde gens urbis ſata Mantuanæ
Iũcta Tyrrheno ſiculã charybdim
Vidit & æthnam.

Vidit & ripam reſonantis Arni:
Q ui per etruſcos ſinuoſus agros
Serpit/& cultis inimica campis
Flumina uoluit.
Inde per Montis iuga ſaltuoſi
Venit errantes ubi maior undas
Mintius ſpargit:Biſidoq; terram
Circuit Amne.
Tum ſolo nomen dedit Occupato:
Atq; Thebanos imitata muros
Cum ſua celſam Genitrice proles
Condidit Arcem.
Naue Phœnices Tyria colonos
Regnaq; fratris fugiens auari
Nobilem Dido Patriam coloſſi
Vidit in Vndis.
Vidit & Cyprum / Paphiamq; gẽtem/
Tranſiit Syrtes/Lilybea luſtrans
Aequora: & tandem libycæ ſubiuit
Littora Birſæ.
Spernit imbellem populum libido
Dira fortunæ:tumidoq; plæbem
Corde faſtidit: ſua tela frontes
Mittit in altas.
Ergo Priſcorum Memorata Virtus
Excitet fortes animi lacertos:
Et tuæ fiant tibi clara gentis
Stemata calcar.
Namq; te magno Genitore Natum/
Atq; uirtutis gremio educatum
Ad decus ſummũ uocat/& ſupremã
Gloria Laudem.
Ergo uiſurus Pyliam ſenectam
Viue:nec tantum Genuæ Potentis
Regna/ſed pinguem teneas etruſci
Littoris oram.
Aphricæ latis dominare campis/
Atq; ſardoi ſpacioſa ponti
Doris:& bello ſuperata cirne
Porrigat Arma.

Dum uenit fati melioris ætas/
Liberum curis animum ſolutis
Tranſfer ad Muſas:uiridiq; lauro
Tempora Cinge.
Et per herboſos ſpatiare tractus/
Q ua Padus ripas oneroſus altas
Cõplet:& mites ſalicum per umbras
Serpit in Aequor.
Læta Regali Sabiola tecto
Villa fœlici redimita cultu/
Te ſua tutum ſtatione longos
Seruet in annos.
Seruet & pro'em deus:atq; claræ
Cõiugis ſanctum caput:& nepotes:
Voſq; cœleſtem ferat in ſenatum
Longa ſenectus.

F I N I S :·

Baptiſte Mantuani Carmelitæ theologi in nouo ma/giſtratu Lodouici Sanpetri equitis ac Doctoris & patricii Bononienſis.Carmen.

h Actenus infeſto gemuit ſub ſidere tellus:
Nec pecoris nec cura boũ nec uomeris uſus
Profuit:in ſteriles ierant ſola píguia glebas.
Nudaq; ieiunis torpebant arua colonís.
Nec procul auecta peregrino a litore merce
Q uærebat mercator opes. ſine remigis uſu
Iſſe per æquoreos mœrebat nauita fluctus.
Nulla erat ingenio reuerentia.nulla mineruæ
Præmia.nulla pii carpebant ocia uates.
Motibus incœpit uerti melioribus æther
Mitior.& cædunt inimica fauentibus aſtra.
Proſpera ſunt urbi ſunt proſpera ſidera ruri.
Agricoliſq; ſuæ proſunt & ciuibus artes.
Vertũnum Pomona uehit bona numína regnant.
Iam uice mutata gratos cillenius ignes
Circuit.& niueo potitur Venus aurea tauto.
Hinc noua prorũpunt in lætos gaudia riſus.
Hinc noua proſperitas uiridi promittitur æuo/

Et phœbo ſtudiiſq; fauor.parnaſia laurus
Frondeat:aoniæ reparent ſua barbita nymphæ:
Et concinatis feriant noua carmina neruis.
Gratia purpurei redit & clementia ueris.
Aeſtati miſcetur hyems.cum frigore flamma
Bella gerit:pugnant ſiccis humentia.ſurgit
Litibus ex iſtis ex hoc certamine tanto
Temperies uernæ faciens exordia proli.
Et mundana nouis fauet indulgentia rebus.
Phœbus adeſt.phœboq; comes lucina reuerſo
Littore ad ethiopum pluuioq; receſſit ab auſtro.
Sedulaq; ad teneros uehit incunabula partus.
Hanc requiem terris deus hæc dedit ocia quondam
Prima recens quando ſumpſit primordia mundus.
Nec poterat frigus nec iniquum ferre calorem.
Hoſpes erat phrixi titam.ſoror hoſpita cancri.
Iam tyrii bouis ora calent: hyadeſq; recædunt:
Et uidet ardentem ueſper ſe attollere libram.
Fœcundam ruit in uenerem genus omne animantū.
Et pecus in pratis laſciuit:in æquore phocæ.
Percutit ante diem cœlo gauiſa tepenti
Inſomnem philomena lyram: dum ſcandit ab ortu
Vrna uomens undam:noctiſq; ſilentia rumpit:
Dum uaga parrhaſio uoluuntur ſidera plauſtro.
Per iuga ſylueſtres nemoroſaq; compita nymphæ
Exercere choros properant:leuibuſq; choræis
Ingeminant agiles ſaltus: & carmine læto
Omne ſonat nemus:alterno pede gramina ſignant.
Ridet ager:uiret omne ſolum:per odora Napeæ
Prata:& hamadriades nemora inter frondea ludunt.
Læta ſeges uincit ſulcos.in uertice culmi
Cortice ſub molli tenues generantur ariſtæ.
Triptolemi procædit opus.lætatur oſyris
Vomer:& exultant trito dentalia dorſo.
Extendi maiora ſinu monet horrea lato
Diuitias auido tellus paritura colono.
Floribus aſpirant zephyri: uiridemq; per herbam
Se inſinuant:tepidoq; mouent noua gramina flatu.
Palmite de longo lachrymis ſtillantibus imber
Liquitur:& guttæ uitreum glomerantur in orbem.

Clarior & ſolito longe clementior aer
Talia prædicit noſtris reditura diebus
Qualia ſaturnum uiderunt ſæcula regem.
Hic bonus atq; ferax noua gaudia nunciat annus.
Et natura noui lætatur conſulis ortu:
Sub quo nullus erit ſceleri locus alta per omnem
Pax popolum noua depulſis fert gaudia curis.
Vrbs ouat. exſurgens dulci concordia uultu
Sancta uirum placido coniungit pectora nexu
Qualis agænorides lycia rhadamantus in ora
Qualis oliuiferæ fuit in regione Mineruæ
Aequa Solon qui iura tulit. lacedæmone quales
Legum lator erat: uirides qui precipit annos
Ruri agere: ut bellum diſcat tolerare iuuentus:
Et robur firmare operis. tibi Felſina talis
Sampetrus Lodouicus erit: qui præditus omni
Dote animi patrum numerum ſanctiq; ſenatus
Intrat: & antiquo patris ſuccedit honori.
Namq; pii quondam mors accelerata parentis
Dum puer eſſet adhuc tantiſq; laboribus impar:
Cauſa magiſtratus fuit importuna relicti.
Iſta poteſtatis moles altiſſima tantæ
Non niſi maturis concædi debuit annis:
Et bene de patria meritis. Iam grandior æuo
Iam rerum aſſiduo multarum exercitus uſu:
Iam ſtudiis legum inſignis: iam clarus equeſtri
Militia decus hoc poſt interualla recoepit
Debita præcipiti nollens aſcendere ſaltu.
Si curanda ſalus populi: ſi cōmoda debent
Publica ſeruari: debet cordata ſenectus
Non ardens animis atq; inconſulta iuuentus:
Talibus addici officiis. hoc munere fungi.
Bella gerant iuuenes: urbana negocia patres.
Cum nautis longa remorum brachia mole
Feſſa labant: & membra fluens rigat hiſpida ſudor:
Si ſubito affuerit: leniq; fauonius aura
Lapſus ab oceano qua ſidera ſuſtinet atlas
Ingruet et puppi: flatu qui uela ſecundo
Curuet: & attritis uſu ferat ocia remis:
Conſurget plæbs omnis ouans: tractuq; rudentum

Pandet:& erecto ſuſpendet garbaſa malo.
Atq; operis palmam zephyris dabit. æquora ſulcans
Ibit:& obiectos ſcindet ratis obuia fluctus.
Prouidus in ſumma temonem puppe magiſter
Solus agit: ueliq; ſinus accõmodat auris.
Cætera præteritos cantu ſolata labores
Turba refert zephyris grates: peanaq; cantat
Te neptune uocans:te protheu te melicerta.
Quale feret nautis auræ fauor iſte leuamen
Tale nouus præſtare parat tibi Felſina conſul:
Quæ gemis ingenti grauium ſub faſce laborum.
Hactenus. Antiquam in requiem priſcũq; decorem
Transferet:& uiridi cinget tua tempora ſerto.
Ac iuuenile decus reddet tibi. ſorde iacentem
Tollet:& expulſis iterum renouabere canis.
Quicquid ab amne mali ſtygio fera miſit erinys
Quicquid ab infeſto cadit æthere:quicquid inique
Cogitat humanas leges & numina contra
Impia mens hominum patriæ non æqua ſaluti
Vertet in aduerſos hoſtes gentemq; nefandam.
Tu duce tuta pio. ſub quo dĩ ſcriminis expers
Iam dudum uicio contra nitente ruinam
Paſſa grauem uirtus ſeſe uſq; ad ſidera tollet.
Mirabar quidnam inſolitis ſplendoribus æther:
Quid phœbus tam claro oriens portenderet orbe:
Nam nõdum illius rutilans aurora diei
Occiderat:quando per roſida gramina ſolus
Errabam ſtellis iam decædentibus: euro
Per uirides ludente agros:roréq; ferente.
Et uidi radios altis in turribus urbis
Atq; procul ſolem ſummis in collibus ortum
Ante diem cœlo nigram depellere noctem.
Ipſa etiam nox illa ſuis effulſerat aſtris
Clarior:ornatu cupiens oſtendere toto
Læticiam. maiori etiam latonia uultu
Iuit:& in terras preſſo uicinior orbe
Signa dedit cœlum manifeſta. & numina & aſtra
Maxima flaminæ cecinerunt gaudia genti.
Felſinii proceres claris gens inclyta rebus
Quos facit audentes:& idonea pectora marti

Atq; animo fortes nemeæi bellua ſaltus/
Vos cœli gaudere monent.hortatur olympus
Luce ſua mœſtos animis arcere dolores
Et celebrare noui fœlicem conſulis ortum./
Iura. fori lites clamoſaq; iurgia ceſſent
Ceſſet opus/ceſſent operæ conuiuia menſæ
Lauta ferant nitidæ.nigris cum ueſtibus atræ
Difugiant curæ.bona fert bonus omnia princeps.
Sumite lutheolas ueſtes. ſplendete rubenti
Murice.cæſaries mento cadat.ore nitenti
Templa uiri turmatim adeant pleno organa cantu
Inter ſacra ſonent.bona fert bonus omnia princeps.
Ite nurus.ite infantes ſimul ite puellæ:
Communi lux iſta bono ſacrata relinquit
Triſte nihil:luxit niueo ſignanda lapillo
Et faſtis addenda dies:celebranda quotannis
A populo & patribus ſolemni in ſæcula ritu.
Virtuti modo nupſit honor ſtat pronuba circum
Nobilitas.communis amor paranymphus & auſpex.
Picta tegant aulæa domos. ſubcingite poſtes
Frondibus.& muros hilares ornate miniſtri.
Huc ederæ lauriq; uolent.date florea ſerta
Qua patet ingreſſus qua porticus atria duplex
Cingit/odor fluat aſſyrius.per compita paſſim
Spargite/perq; uias cumulos flauentis arenæ:
Circulus ante fores foliis contextus & auro
Pendeat.in medio rutilantis lamina ferræ/
Dedalei ſignum ingenii fœlicibus ortum.
Auſpiciis canis Europa cuſtodia ferram
Seruet:& his ſignis geminas ſuperaddite claues
Iſta magiſtratu domus eſt & conſule digna:
Quam noua non ſolum uirtus ſed auita ſuperbis
Laudibus illuſtrem facit:& monumenta ſuperſunt/
Nobilitas ubi ſe noſtro uetus explicat æuo.
Adde clientellas & tecta/& prædia nullis
Parta inopum ſpoliis neq; turpibus aucta rapinis
Diſcite.qui uultis decus hoc inſigne ſenatus/
Viuere primates decet obſeruantia legum.
Nil domus hæc prædæ nihil auſa tyrannidis unq̃
Nec trans iura manus aut plæbiſcita tetendit.

Talis apud priſcos gens emiliana quirites
Portia talis erat.talis domus appia,tale
Fabricii curiiq; genus.domus iſta mineruæ
Et martis ſtudioſa bonis caput artibus alte
Extulit, & patriam ſemper meditata ſalutem
Florida pace domi fuit, & foris inclyta bello.
Myrtilus ad pelopis currus,& Achillis ad axes
Mittitur automedon. gaudent iuga. lora tenentur
Solerti correpta manu. quadriga magiſtri
Sentit onus.melioraq; rotæ regit orbita curſum.
Tiphys habet clauum.reſidens palinurus in alta
Puppe regit. totas ſecura Bononia noctes
Iam dormire potes.bona fert bonus omnia conſul.
Ite ſacerdotes.cumulate altaria donis
Ferte preces.ne mors rapiat, ne liuida lædat
Lingua uirum. Videat canos:ſeramq; nepotum
Progeniem.uideat ciues in pace quietos
Perpetua,ſuperi faueant, fataliaq; aſtra.
Et longæua ferat uiuacem gloria famam.

.·F I N I S.·

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ theo. de contemnen-
da morte Carmen.

q
Vid mœres,fatumq; times oblita tui mens?
Stulta qd hoc tantũ debile corpus amas?
Dũ trepidas,tu⁹ iſte met⁹ mea uiſcera torqt.
Ex animo in corpus labitur iſte timor.
Aegra tuum pallet facies confeſſa dolorem.
Et confecta premit pectora frigus iners.
Deſine triſtari:non poſſidet omnia fatum.
Maxima pars rerum nil timet arma necis.
Nam deus imperium uitæ præſtantius eſſe,
Atq; breues mortem iuſſit habere manus.
Vnda ſolum ſubeunt mortem,ſubit ignis & aer.
Quæq; ſuo cohitu quattuor iſta ferunt.
At quia longe alio ſunt ædita ſemine ſemper
Frons eadem cœlo ſideribuſq; manet.
Ipſe tamen rerum pater omnia uertere poſſet
In chaos antiquum materiamq; rudem.

Sed diuina ſuis bonitas non inuida rebus
 Omnia quæ fecit / uiuere & eſſe ſinit.
Viuere & eſſe ſinit: propriis quoq; uiribus uti.
 Naturæq; datum robur ineſſe facit.
Quæ fecit manſura manent. & robore nullo
 Confecta æternos ſunt habitura dies.
Quæ manſura minus moritura q; condidit / æui
 Dentibus & morbo conficiente cadunt.
Quæ ſuperant ignes iuſſit conſiſtere ſemper.
 Orbe ſub extremo debile clauſit opus.
Sunt igitur uitæ latiſſima regna: ſub aſtris
 Imperat anguſtis mors inimica locis.
Omnia nec ſubter lunam ſunt debita morti
 Vita aliquid mortis de ditione rapit.
Namq; hominum cum ſint mortalia corpora mentes
 Semina diuinæ ſimplicitatis habent.
Simplicitas mortem prohibet: quia neſcia ſcindi
 Se nequit in partes diſſociare ſuas.
Principiis etiam non ſunt ex quattuor ortæ.
 Hoc deus ex nullo ſemine finxit opus.
Quid mœres? fatumq; times oblita tui mens?
 Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Debile corpus amas: cuius ſub pondere preſſa
 Volueris in turpi uilificata luto.
Nec potes ad patrios tua tollere lumina cœlos.
 Neſciaq; æterni cogeris eſſe boni.
Debile corpus amas: cuius cõſortia in omne
 Dedecus / in ſordes in ſcelus omne trahunt.
Mille per affectus ignominioſa malignos
 Duceris / ut duro preſſa iuuenca iugo.
Hac ſub mole iaces ſicut dixere gigantem
 Strata ſub etneo tendere membra ſolo.
Corporis illecebre / ſed non intelligis / hoſtes
 Sunt tibi: quæ incautam præcipitare ſolent.
Sic periit primus primi pater accola mundi
 Et factus guſtu eſt inſidiante miſer.
Aſpice quot curas & quot reminiſcere morbos
 Ingerat hæc nobis uilis & ægra caro:
Quam facile in ſaniem fluat. & dapis indiga ſemper
 Vrgeat ad dandam te ſibi ſemper opem.

Languida ſegnis iners & ſemper proxima morti
 Quod doleas ſemper quodue queraris habet:
Quid mœres? fatumq; times oblita tui mens?
 Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Te dominam fecit deus:& ſeruire parata es
 Putribus his membris tabificoq; oneri?
Excutere/atq; tuas pauliſper collige uires.
 Iuraq; naturæ cerne ſuperba tuæ.
Quis regit hos orbes? quis lucida ſidera torquet?
 Dic age quæ uires corpora tanta mouent?
Ver autumnus hyems & torrida ſolibus æſtas
 Cur redit? has uerſo quis facit orbe uices?
Corpora ſpiritibus ſunt ſubdita:corpora uitæ
 Ipſe agitant.cœlos mens regit atq; rotat.
Mens ſedet in nitido ſublimis uertice mundi
 Atq; ſuum uegetat cingit & implet opus.
Hæc ea quæ ſenis res eſt operata diebus
 Sola inter mentes ocia ſemper agens.
Ipſa ſuos alias mentes facit eſſe miniſtros.
 Atq; opus imperio temperat omne ſuo.
Orbibus adiunxit mentes animaſq; minores
 Et docuit tanti iura miniſterii.
Hæc facient inquit nebulas/hæc ſidera uentos
 Hic cohitus fruges afferet/ille famem.
Hæc/quæ bella mouent/hæc aſtra ferentia pacem.
 Illud egeſtatem ſeminat/illud opes.
Hæc ſunt quæ curas/hæc ſunt quæ gaudia mittunt.
 Iſta leuant homines altius/illa premunt.
Semina uirtutum radiis oriuntur ab iſtis.
 Turpis ab his uitæ nequicioſus amor.
Hæc eſt ſtella nocens dubiis hæc proſpera regnis.
 Hæc hominum uitas auferet/illa dabit.
Omnia mortalem uariant quæ ſidera mundum
 Aethereis fecit cognita ſpiritibus.
Sic dedit has animus leges artemq; mouendæ
 Molis.& his mundum legibus aſtra regunt.
Corpus in hoc animus miſſus quaſi conſul in urbem:
 Intrat:& hæc animæ machina parua ſubeſt.
Mentibus exilium dedit hoc deus ut iuga mundi
 Iuſticiæ officiis & pietatis emant.

Vita hæc hippodromus, uita hæc eſt grande theatrũ.
In quo cuiq; ſuus dat ſua iura labor.
Quiſq; ſibi ſudat. ſunt qui ſe in ſidera tollant.
Sunt qui ad plutonem præcipitantes eant.
Spiritibus maior datus ut maioribus orbis
Sic animus ſeruat membra minora minor.
Ipſe poteſt iras ganeam ueneremq; domare
Et calcare ſuo turpia uota iugo
Te deus his igitur membris præfecit, ut omni
Quod prohibent leges ſedulitate domes
Tu uires ne abſconde tuas, neu cæde labori,
Iſta eſt arbitrio cura relicta tuo.
Vt deus & cœli moles elementaq; maior
Sic quoq; nos mundus dicimur eſſe minor.
Nos inq̃ nam plura ſumus: quæ copula in unum
Cogit: & hic mundus dicitur eſſe minor.
Omnia quæ in mundo fieri maiore uidemus
In nobis ſimili cernimus eſſe modo.
Cor, iecur, atq; caput cœli: ſunt ſidera ſenſus.
Eſt animus nobis cum ratione deus
Cætera ſi uigili ſtudio quæſiueris, intra
Corporis humani membra uidebis agi.
Quattuor humores tibi ſiue elementa. quod exit
Quattuor & iſtis corpora mixta uoces.
In genera & ſpecies redigas. ſunt plurima uitæ
Indiga. & in nobis eſt animæ omne genus.
Sylua pili. genitale pecus. ſunt aeris imbres
Pituitæ e ſumma quas pluit arce caput.
Fulmen erit reſonans ardor qui naribus exit.
Et uentos ſtomachi uenter, & aluus habet.
Vtq; deo in mundo ſuperi maiore miniſtrant
Hic tibi ſpirituum copia ſemper adeſt.
Sunt & quos genuit iecur, & qui corde creantur,
Quiq; in ſublimi uerticis arce ſati.
Hæc tibi uirtutum ſunt inſtrumenta tuarum.
Et celeri quouis mobilitate uolant:
Tu deus ergo tui tu prima potentia mundi.
Atq; ita tu mundi lora minoris habes.
Sis uigil. atq; datis tibi legibus utere cœlos
Suſpice, ut immotis legibus aſtra meant.

Quid moeres/fatumq; times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Collige diſperſos bona per mortalia ſenſus
Et noli in falſis degenerare bonis.
Ad bona uera redi/quæ ſunt coeleſtia: nec te
Terreat intrandus pro pietate labor
Certandum eſt.nulli ueniunt ſine marte triumphi:
Et niſi certanti nulla corona datur.
Eſt deus eſt æther precium certaminis huius
Hæc faciant pugnam premia tanta leuem.
Vadis in æthereos alacris poſt funera campos/
Conuenit æternis mentibus ille locus.
Coeleſtes animæ ſociam te in lucida tollent
Atria/foelices es habitura domos.
A grauibus curis a ſollicitudine longa
In requiem uenis pacificoſq; lares.
Elyſiis inter ſuperos uerſabere campis:
Subiectuſq; tibi totus olympus erit.
Inter abundantes epulas & prandia lauta
Nectareos latices ambroſiamq; bibes.
Talia coeleſtis ſonat ad conuiuia cantus/
Et quod mota ferunt ſidera dulcæ melos.
Cum ſuperis uiues & cūregnabis olympo
Tanta futura tua eſt gloria/tantus honor.
Hic æterna quies/hic eſt æterna uoluptas.
Vitaq; perpetuis accumulata bonis.
Quid moeres?fatumq; times oblata tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Corporis interitum metuis/labor ultimus ægram
Sollicitat.mortis nomen inane times.
Certum eſt in cineres corpus mortale reuerti
Sed tamen æternus non erit ille ſopor.
Sunt iterum noſtræ rediture in corpora uitæ.
Membraq; iuncturis reſtituenda ſuis.
Et quid inepta times?non ſunt in morte dolores.
Si dolor in morte eſt/eſt timor ille dolor.
Fac timor abſtiterit fatum ſopor. atq; ſepultis
Corporis inualidi ſenſibus alta quies.
Terrificam mortem facit ignorantia rerum.
Quid timeat neſcit qui ſua fata timet.

Languida nanq; potens ubi uincere pectora langor
  Incipit/in toto corpore ſenſus habet.
Pugnaq; iam ceſſat/poſtq̄ natura ueneno
  Ceſſit/& hoſtulis abſtulit arma manus.
Victa iacet uirtus.ſine ui ſubit atria langor
  Frigidus: & uitæ depopulatur opes.
Mors ubi iam ſua ſigna uidet procul arce leuari/
  Ingreditur placido membra ſubacta pede.
Langor enim cautus necis armiger impia furtim
  Caſtra mouens hoſtes obſidione premit.
Non tuba non litui non ærea cornua clamant.
  Nec faciunt ullos ora nec arma ſonos.
Miles ut ad muros queat improuiſus adeſſe
  Ipſe deus plantas iuſſit habere leues.
Caſtra necis ſunt hæc. hoc milite bellat acerbus
  Langor:& obſcuram mittitur ante necem.
De fragili uelox animæ fuga corpore mors eſt
  Expectanda magis q̄ metuenda uiro.
Quid mœres fatūq; times oblita tui meas?
  Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Sceuola contempſit mortem/contempſit Achilles.
  Et clari ac fortes magnanimiq; duces.
Illi etiam quibus eſt uitæ ſpes nulla futuræ:
  Qui fidei noſtræ relligione carent.
At tu cui ſacro caput eſt in flumine lotum
  Et quæ clara nouæ lumina legis habes
Funera formidas. & ſcis de funere naſci
  Vitæ aliud præſtans eximiumq; genus.
Si tamen in fato dicas ſigna eſſe doloris/
  Quæ moueant fortes magnanimoſq; uiros/
Namq; oculos atq; ora modis ſe inflectere miris
  Mortis in horrendo uidimus introitu
Accipe rem ueram:falſis nec frangere formis
  Neu paueas inſtar deſipientis anus.
Si qua ferunt ægri uicinæ in limine mortis
  Non facit immanis talia ſigna dolor.
Occurrunt uariæ quaſi ſomnia uana figuræ
  Perturbantq; animos/incutiuntq; metum.
Propterea multos ſpeculis audiuimus altis
  Sæpius & ſummo deſiluiſſe loco.

Hoc facit illudens fallacis imaginis error:
Non ueniens morbi de grauitate dolor.
Et ſtipulas quando ſubeunt incendia torto
Stipite triſticiam ſignificare putes.
Q uid mœres fatumq; times oblita tua mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Q uare ita degeneras ut ames mortalia tantum?
Nec uideas ortus principiumq; tuum?
Ignea cum tibi ſit uis & cœleſtis origo
Q uid cupis hac lutea degere clauſa domo?
Q uid tibi cum ſaxis:quid cum tellure lutoq;?
Ipſa dei uultus effigiemq; geris.
Iſta relinque feris:tua ſunt cœleſtia tecta
Non patria eſt nobis terra ſed exilium.
Q uid precor exilium patriæ præponere maius?
Cœcaq; terreni carceris antra pati?
Dulce eſt ad ueterum cœtus migrare parentum
Tam celebri inſignes cernere laude uiros.
Q uæ iucunda magis cerni ſpectacula fas eſt
Q uam ſpectare uno ſæcula cunta loco?
Q uod ſi forte cauæ metuis tormenta gehennæ
Et ſtygis ardentes ne patiare lacus,
Scire deum debes nobis mortalibus hoſtem
Non fore: inhumanum non decet eſſe patrem,
Vt decet eſſe pium,ſic eſt pius eſſe putandus.
Q ui putat Imitem,non putat eſſe patrem.
Non putat eſſe deum.quis enim conſenſerit illum
Eſſe deum demens quem neget eſſe pium?
Eſt deus omne bonum.deus eſt quæcūq; putantur
Optima.ſed melius quid pietate dabis?
Q uid mœres,fatumq; times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Expectat te ſūmus apex.te regia cœli
Clamat,& æterni curia ſancta patris.
Dic age,iacturā quid amas?tua damna quid optas?
Nonne putas ſummo damna carere bono?
Dic age quid trepidas mea mens in amica uenire
Atria?quid pœnam ſuppliciumq; times?
Q uantumcūq; grauis fueris tibi conſcia culpæ,
Corde dole crimen diluit omne dolor.

Scimus enim quæ ſit noſtri clementia patris.
Q uam facili noſtras audiat aure preces.
Corda deo dabimus.lachrymiſq; litabimus illi.
Nulla accepta magis ſunt olocauſta deo.
Si luges,pater indulgens tua debita ſoluit.
Vult humiles animos uult pia uota deus.
Grata deo non ſunt fumātia tura,nec aræ
Nec ſacra,ſi cordis relligione uacent.
Virga recens zephyris,neruo curuabitur arcus.
Igne chalybs,Adamas ſanguine. corde deus.
Cædite terrenæ turpiſſima uincula curæ.
Cædite.nec mentes ſollicitate pias.
Fama,uoluptates,honor,atq; potentia,& omnes
Fortunæ & fato ſubiciuntur opes.
Hæc ſunt quæ incautas rapiunt in tartara mentes.
Iſta ſolent noſtros illaqueare pedes.
Hæc pereunt.Tu ſola manes. Tu nata tonantis
Mens mea.fronte hilari regna paterna pete.
In gremium patris atq; ſinus & in oſcula curre.
Surgit in amplexus regia tota tuos.
Serta parant capiti. radiis illuſtris & auro
Ibit ad extremos candida læna pedes.
Omnia in aduentu miraberis agmina diuum
Conuerſa in plauſum lætiaamq; tuo.
Talis enim ſanctos pax & concordia ciues
Iungit:ut in pelagus grande redundet amor.
Propria uirtutum uariant inſignia quoſdam.
Sed proprium charitas nil tamen eſſe ſinit
Vt cōmunis amor,ſic & cōmunia cuntis
Omnia,perfecto nil in amore ſuum.
Q uid mœres?fatumq; times oblita tui mens.
Stulta quid hoc tantum uile cadauer amas?
Ergo libens & ſponte pedem trans limina mortis
Porrige.nec fati nomen inane time.

∴F I N I S∴

Bap.Mant.in Andreā mātiniā pictorem.

ſIcut agenorei ſurgunt ubi cornua tauri
Præcipiti iam uere,ſolum pubeſcit,& arua
Luxuriant,ridentq; noui per gramina flores,

Sic ſtudiis hæc noſtra uiget florentibus ætas
Ingeniiſq; bonas torpere uetantibus artes.
Sed tuus in primis ut pleno cynthia cornu
Andrea ſplendeſcit honor. Tu cætera uincis
Sidera luce tua. Tantum illuſtrata labore
Eſt pictura tuo, quantum Romana poeſis
Virgilio, & graiæ Smynæo carmine muſæ.
Dedala monſtrauit tibi ſe natura: modumq;
Quo res ipſa facit. Tu uiua coloribus ora
Fingis: & umbrati fallunt mortalia uultus
Lumina. poſſe loqui credas animata putantur
Membra tepēs ſanguis uenas & ſpiritus implet,
Nec tabulis herere pedes, ſed uera uidentur
Figere, & alterno ueſtigia linquere greſſu.
Frons oculi uiuos ædunt & brachia geſtus
Sic uarios animi motus oſtendit imago,
Sic leuis affectus manus eſt imitata latentes
Et uerum mentita decus. ſimulata uerentur
Ora humana feræ. uolucres ad inania tecta
Vt uenere, nihil poſſint ubi ſidere nactæ
Præcipiti fraudem properant euadere lapſu.
Pictus aper ſetis horrens & lumine toruo
Dentibus in falcem ductis armatus & ira
Allatrare canes iuuenūq; audacia corda
Aſpectu frigere facit. fugere columbæ
Exanimes aquilam: pueri timuere colubrum
Ars tua tanta poteſt. tantas induſtria uires
Obtinet, ut uiuis æquare carentia uita
Poſſit, & humanos etiam deludere ſenſus.
O uetus O fœlix laudati temporis ætas
Deſine te iactare. ſuos extollere ludos
Græcia iam ceſſet certamina ponat olympus.
Poſteritas iam uincit auos. melioribus aſtris
Vtimur optati labuntur ab æthere fluxus.
Quid gnidiæ ueneris, quid te ſuſpendit apellis
Gratia? protogenis tabulas & zeuſidis uuas
Parrhaſii quid cernis aues. Quid ſigna myronis
Lyſippiq; uides? Quid te ſpirantia tardant
Marmora praxitelis, ſtatuæq; euphrāoris? omne
Phidiacum ſuperatur ebur. Polycletica uirtus

Sordet:& Andrææ perdit collata decorem.
Tu decus Italiæ, noſtri tu gloria ſæcli.
Tu patrui immortalis honos. concedere laudem
Patria poſt Liuium debet tibi grata ſecundam.
Ingenio lætata tuo tibi ſemper apertas
Oſtendit pictura fores.tibi porrigit omnes
Diuitias:penoriſq; ſui penetralia pandit.
Ergo ſuum recte uoluit te Mantua ciuem.
Largaq; magnanimus ſtatuit tibi premia princeps.
Nec dolet antenor te regna Bianoris olim
Præpoſuiſſe ſuis:quando grauiore ſenecta
Mantua & antiquæ præcellit origine gentis.
Artis apex ubi conſiſtis uetat altius ire:
Quid ſupereſt niſi picturis infundere uitam?
At Iouis hoc.hic ſiſte gradum. Sed in ocia ſolui
Cum nequeat uirtus/manus exercenda:nec artem
Iam/ſed magno operũ numero ſine creſcere laudem.
Tu potes æthereo deponere numina cœlo:
Atq; animas monſtrare oculis/mirabile/noſtris.
Quod natura nequit.Superos mortalibus ergo
Senſibus exponas:nobiſq; oſtende tonantem:
Phidiacumq; iouem confictaq; numina uero.
Vince deo.q; ſi meritis tua premia uirtus
Non habet æqua/nihil pendas:mortalia uirtus
Vera ſupergrediens ſua premia quærit in aſtris.
Longa igitur triplices ducant tibi ſtamina parcæ.
Neſtoreoſq; dies & Matuſalemia ſæcla
Aetherei donent animi/poſt funera cœlum.

.·.FINIS.·.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ theo.in Romam bel/
lis tumultuantem.

Roma qd ĩſanis totiẽs. qd ſanguine gaudes?
Quid geris imbelli ſpicula tãta manu?
Quo ueſana ruis?ſtudioq; armaris inani
Iam ſenio laſſas debilitante manus?
Tota tremis.gelidi uelant caua tempora cani.
Et cauat effœtam ruga inhonſta cutem.
Frons cadit in pectus.calligant lumina. uocem

Vix trahis:& balbo uerba caduca ſono.
Dentibus excuſſis malas oſtendis inermes/
Stillat ab immundis naribus hippomanes.
Nec potes antiquos belli neſcire tumultus.
Nec ſolitam rabiem longa ſenecta domat.
Ars tua finitimis indicere gentibus arma.
Bellaq; uocali ſollicitare tuba.
Si foris arma tacent tu bella domeſtica tentas.
Nec feritas requiem ferre ſuperba poteſt.
Tu ſimilis tauro/uentoſ qui cornibus altis
Verberat/& rauca uoce uomit tonitru.
Tu ſimilis colubro/ quotiens grauis ira uenenum
Suſcitat/& mota lumina bille rubent.
Aequiparas libycum furiis agitata leonem
Cum fera rugitu uox fremit æquoreo.
Nec magis ammiſſis bacchatur fœtibus urſa
Aut lupus heſternam cum premit ore famem.
Sic furis ut ſpūmis ex ore cadentibus atrox
Fulmineo quotiens dente minatur aper.
Ira ardes/ceu cum fixam leo ſaucius haſtam
Rodit:& effuſa cæde cruentat humum.
Sic fremis/ut frendens cūm ferrea uincula mandit
Cerberus:& ſtygias murmure turbat aquas.
Tu fratres in bella uocas:in pignora patres:
Et ſcelus omne audes:& paris omne nefas.
Dic quotiens uariis maculas dum cædibus enſes
Albula purpureis tincta cucurrit aquis.
Dic quotiens uiolas dominos telluris & undæ.
Dic quotiens gladiis regia colla petis.
Mitius eſt thracum genus & Cyclopea proles/
Et Naſamon libyci qui tenet arua freti.
Mitior eſt ſcythicis quæ poſſidet ultima campis
Littora concreto terra peruſta gelu.
Mitius eſt quodcūq; uidet crudele per orbem
Phœbus/& undoſo doris in oceano.
Mitior eſt duri gens implacabilis orci
Quam niger obſcuro Iuppiter igne domat.
Nunc quoq; ciuiles læuo gens omine pugnas.
Et ſtrepitus tota martius urbe ſonat.
Per iuga ianiculi/per colles æra latinos

Concutit,& ſtricto fulminat enſe furor
Vociferant diræ.ſparſi pro crinibus angues
Inflant peſtifero ſibila colla ſono.
Hinc litui clangunt,hinc triſti concita plauſu
Tympana confuſum uulgus ad arma uocant.
Hinc galeæ rutilant,& ahenea pectora fulgent.
Et rigido durum cingitur enſe latus.
Hinc gerit hirſutis eques inſpicata pharetris
Spicula crudeli proiicienda manu.
Hinnit equus pictoq; ferox ſub tergore frontem
Elleuat:& ſonitu quadrupedante uolat.
Mole ſub armorum crepitans ferus armiger hoſtem
Prouocat.& longam ſuſtinet ære ſudem.
Suſtinet ære ſudem.pronoq; in uulnera ferro
Sanguineam portat trabs abiegna necem.
Hinc niger efflato reſonat pilularius igne.
Et iacit ingenti plumbea ſaxa tono.
Hinc pedes haſtatis longo uenit ordine dextris
Tectaq; ficulno læua ſub orbe latet.
Verrit humum gladius.lucent fulgente metallo
Pectora.ſunt capiti concauus arma chalybs.
Hinc reſonant magno clamore erymāthida matrem,
Lucida inoccidui quæ tenet aſtra poli.
Herculeas alii clamant pleno ore columnas.
Diuidit hæc duplex teſſera Romulidas.
Saxea ſulfureis pila pulſa furoribus arces
Concutit.& celſas deſtruit igne domos.
In tua conuerſo graſſaris uiſcera ferro.
Atq; tuum proprio conficis enſe caput.
Templa gemunt,aræ lachrymant:ſuſpiria thybris
Ducit:& exhauſto languidus amne dolet.
Fas & iura negas. homines & numina fallis
Nec Iouis imperium nec phlegetonta times.
Singula texentem couicia deferet ætas
Tantum ac tale tuæ eſt improbitatis onus.
Romanis pater eſt mauors,lupa martia nutrix.
Hæc hominum mores ingeniumq; docent.
Viuere qui ſancte cupitis,diſcedite:Romæ
Omnia cum liceant,non licet eſſe bonum.

.:FINIS:.

BAPTISTAE Mantuani Carmelitæ theo. In Ro/bertum Sanſeuerinatem Panægyricum Carmen.

Emideum ueteres inſignia facta poetæ
ſ Meoniis uſi fidibus grandiq; cothurno
E tenebris claram in lucem traxere canendo.
Propterea magni tumulum miratus Achillis
Pellæo genitore ſatus dum mœnia Troiæ
Littore ſigæo laceramq; inuiſeret urbem/
O fortunatum iuuenem cui carmine dixit
Meonio dici tantoq; ad ſidera cantu
Contigit extolli:famaq; repellere mortem.
Sed tamen in ſacros ſors eſt minus æqua poetas.
Nam dum magna canunt heroum facta/putantur
Vana loqui:quia uulgus iners & languida corda
Dum ſublime nihil curant & ſegnia ducunt
Ocia/uirtutis duriſſima pectora nunq̃
Cominus & fortes contrectauere lacertos.
Noctua phœbæum uiſu non ſuſtinet orbem:
Hoc etiam iouis armigero putat eſſe negatum.
Sic gennus hoc ex ſangue ſuis quod uiribus impar
Autumat/herculeos excædere iudicat auſus.
Cædite degeneres animi:noctemq; ſubite
Tartaream ſtygiiq; lacus teterrima luſtra/
Lumine qui tremulo claros non cernitis ignes.
Nec quales habeat uirtus diſcernitis alas.
Quis lernæ Nemeæq; feram ſaltuſq; molorchi
Quis domuit ceruam æripedem?quis ſuſtulit ãgues
Vertice de lycii montis flammãq; chimæræ?
Et quis ſemiferis iuga dicitur hoſpita monſtris
Oppreſſiſſe?fuit labor & ſolertia tanti.
Ampla quis ex uno confecit marmore tecta.
Thraicio fundata ſolo:qua magna perinthus
Ante erat:ipſa æuo fuit heraclæa ſequenti.
Ardua pyramidum quis culmina nubibus æquat:
Quis tantis epheſum templis?quis turre Canopum
Lucifera?libycas olim quis preſſit harenas
Mole iouis tanti?quis uicit amazona fortem?
Quis lapitas:duroſq; truci læſtrigonas ore?
Alpinum quis ſtrauit iter?quis marmor aceto

Rupit & æternis canentia ſaxa pruinis?
Hæc facit aſſiduo ſudans in puluere uirtus.
Quattuor in magno rerum primordia mundo
Secretis abſtruſa locis ignotaq; regnant:
Scilicet hæc.fatum.uirtus.fortuna.deuſq;
Iura deo maiora manent.cui proxima uirtus/
Tertia ſors fato.cui ſe fortuna miniſtram
Exhibuit: flammis uirtus durata geluq;
Fortunam fatumq; domat.dare ſola triumphos
Et leuibus uectare rotis intexere lauros
Frontibus & uiridi raptum de ceſpite gramen
Ipſa poteſt.fuluo lucentes ære coronas
Signaq; partitur naualibus ardua roſtris.
Et faciles myrtos ex ſanguis præmia belli.
Hæc monſtrare uolens ſua quanta potentia/ſæclis
Plurima præteritis hominum ſublimia fecit
Pectora.ſed noſtro non uſa minoribus æuo
Viribus illuſtrem belli paciſq; Robertum
Protulit officiis:ſe ſeq; effudit in illum
Ipſe caput ſacrum totamq; ſimillimus illi
Corporis effigiem.Caſu ſi pingat apelles
Inſignem clarumq; ducem/ uoluiſſe Robertum
Fingere:& exemplar ductum credetur ab illo.
Cerne uirum uiden excelſæ quæ gloria fronti?
Quis capiti decor incano?quæ gratia ueſtit
Lumina?maturo quid maieſtatis in ore
Fulgeat?extantes humeros pectuſq; leuatum
Leniter & ſetoſa ioris porrectaq; cerne
Brachia neruorum ſolida compage ligari.
Præſcia uenturi iuſſuq; excita tonantis
Tale duci natura decus largita futuro eſt.
Quam bene criſtata recubant ſub caſſide crines/
Quam bene ſub torace ſedent mauortia corda.
Non ærata grauat uiridem lorica ſenectam.
Non ualidam grauis haſta manum: non ilia fulgens
Enſis:& horrificum ſpargens romphæa nitorem
Cum rutilare truces conos adamantaq; ſummo
Vertice uibrantes late diffundere flammas
Aduerſæ uidere acies trepidare uideres
Corda manuſq; uirum:tremulaq; in ſtapede plantas

Stare loco neſcire:ducis præſentia tanti eſt,
Sicut ubi libyæ per inhoſpita rura leonem
Iratum uidere feræ:ſi fidere curſu
Si tentare fugam nequeunt/ante illius ora
Depoſita ceruice iacent:regemq; fatentur.
Nec ſemel aut uno tantum fuit agnita uirtus
Iſta loco:procul europam diſcurrit in omnem.
Qua premit acrias gallis in finibus alpes
Hyberno Cynoſura gelu:qua murmurat æquor
Hadriacum:qua rura lygur ſaxoſa colonus
Exercet miteſq; legit de collibus uuas/
Thyrrheno ſiculoq; madent ubi littora fluctu
Facta ducis celebremq; ſonant ora omnia famam.
Quid referam uirides annos cum uenit in arma
Pene puer:patrui mores & Sfortia ſemper
Signa ſequens?teneras prima lanugine malas
Claudere fulgenti galea tum cœpit:& armos
Deliciis rigido poſitis circundare ferro.
Sicut Marmarici ſoboles primæua leonis
Iam pendente iuba curuis ubi fortior ætas
Vnguibus & ualidis armauit dentibus ora/
Stare nequit:curſuq; feras ſaltuq; fatigat.
Sic puer ut flagrans picena per oppida fulmen
Tranſiit:& celeri fregit tot mœnia marte.
Non maiora tulit uirtutis ſigna futuræ
Scypio:cum pauidis tranans pro ciuibus æquor
Attulit in libycam ſtrages & funera gentem.
Quid repetam uictis antiqua pericula boiis?
Scit Derdon Tanaruſq; furẽs/ Tanaroq; ꝑpinquans
Eridanus/nec non inſubris flumina lambri.
Quid cum uix ſecum rapuit ſua ſigna Iacobus
Aufugiens?erat ille tamen non ſegnis:& artem
Palladiam doctus:ſumptaq; acerrimus haſta.
Non marius Cimbrum maiori clade furentem
Nec marathon fudit maiori turbine perſas/
Milciades quando ſubitis congreſſibus hoſtem
Fregit:& ingentem ſepeliuit ſanguine campum.
Adde fluentinis pugnam pro ciuibus:adde
Flāminium (poterit meminiſſe Bononia) martem.
Ipſe quoq; a gallis magnos ſortitus honores

Militiam ſub rege diu tractauit & arma.
Quis canat aſſumptos olim pro rege labores
Quē modo fata p̄munt: quis parthenopæa per arua
Flagrantes referat pugnas: mille oppida mille
Terruit excelſis poſitas in montibus arces:
Poſtq̄ ſidereo moriens Alfonſus olympo
Claruit: & magno cœlum repetiuit honore:
Arnus & alphææ meminerunt martia Piſæ
Claſſica cum patrio miſſus de littore miles
Daunius in tuſcos magno ruit agmine campos.
Scit quibus immenſum traiecit pontibus amnem
Luca uetus: quanta ad pelagus tuba mugiit aura
Scit ueteris Lunæ tractus nymphæq; marinæ.
Cum ducis anguigeri ſtygio caput abdidit orco
Vltrici mors acta manu: cum plurima creuit
Seditio: fortuna grauem meditata Roberto
Perniciem uirtute nouos abigente tumultus
Et fraudes retegente deo deluſa retraxit
Lora dolens: gemuitq; dolos exire latentes.
Bis patriæ laturus opem: bis pulſus iniquo
Sidere: uirtuti ſaltem ſatis undiq; factum eſt.
Semper habet uētos placidum quibus excitet æquor
Aeolus: & nautis curſus fortuna ſecundos
Inuidet: & crebrum ferit alta ceraunia fulmen.
Sed magis excelſæ patuit ſolertia mentis
Cum ſeruile iugum Genuæ contriuit: & urbem
Egregiam lygurum terra pelagoq; potentem
In pacem antiquam libertatemq; reduxit:
Quam tamen ante graui patriæ ſubiecerat aſtu.
Hoc orbis miratur opus: ſuperare uidetur
Id facinus tam grande fidem: ſed uidimus ipſi:
Nec tantum liuor potis eſt abſcondere lumen.
Claſſica & armorum ſtrepitus & cornua rauco
Irritata ſono contortaq; ſulfure ſaxa
Audiuere procul Cyrnus Sardoaq; tellus.
Sicut ubi auguſtus celſa ſub Leucade uictor
Agmina diſiecit phario crepitantia ſiſtro.
Non animis tantum fabios ualuiſſe trecentos
Qui patriæ uallum ſe ſe fecere: ſuoq;
Corpore clauſerunt aditus hoſtilibus armis:

Crediderim:nec te combuſto Sceuola trunco.
Cum furor Auſoniam nuper mauortius omnem
Subuertiſſet:opes uenetæ feſſumq; lababat
Imperium:uires italæ : concordibus armis
In uenetum magnos ſimul exciuere tumultus.
Arma uiros fractaſq; padus ſub gurgite lato
Voluit adhuc claſſes:& adhuc tinnitibus aures
Ferrariæ tantis reſonant calcata paludum
Stagna:quibus uix ante fuit uia piſcibus :altos
Sub quibus irato nabat padus æquore pontes
Nec laudare ſatis poſſum:nec credere quẽq̃
Poſſe reor niſi qui tantis interfuit auſis.
Non melius rhenum cæſar Rhodanumq; ſonantem
Edomuit:rapidum non ſic auguſtus Araxem
Ferre iugum docuit:ripiſq; adiungere ripas.
Heu quantos luctus illis quot ſæua diebus
Funera ſollicitæ rapto pro pignore matres
Accepere.ferunt atheſim per rura cruentum
Iſſe diu ripis toto mœrentibus anno:
Ipſe etiam uitreis qui paſcua diuidit undis
Mintius accepta uariauit cæde colorem:
Sanguineumq; bibit mixto cum puluere rorem.
Solus martis onus tanti furiaſq; Robertus
Suſtinuit:ſolus tantos compeſcuit ignes.
Nec tantum Cocles nec tantum Curtius unq̃
Moliri potuit.ueteres ſua ſæcula laudant.
Noſtra ſuis etiam non ſunt fraudanda trophæis.
Hic quandoq; moras Fabii : quandoq; furorem
Cæſareum ſimulans uario ſtratagemate uictor
Italiæ ſeſe ingenti præfecit honore:
Communemq; hoſtes ipſi fecere magiſtrum
Militiæ. nec eos puduit diſcedere ab armis:
Et pacem petere:& palmam præbere Roberto.
Credimus officiis olim longæua daturos
Signa triumphalem uenetos ingentibus arcum:
Nam penes hos uiuit priſcæ uirtutis imago:
Et ueteres æquant regnis creſcentibus annos.
At nunc Romanas arces gentiſq; latinæ
Regna quibus quondam totus non obſtitit orbis:
Et uiolata ſacri deffendit iura ſenatus.

Vltorem hunc omnes aſſertoremq; ſalutis
Aſciuere ſuæ.populi quos Brucia tellus
Quos garganus alit Marſi forteſq; ſabini.
Et locri:quos ut fama eſt inuiſa tyrannis
Compulit indignam bellis auertere ſortem.
Et diomedei ciues/Dauniq; nepotes:
Lucani calabriq; omnes: atq; hernica ſaxa
Vno omnes clamore uocant:unoq; Robertum
Ore petunt.altis præruptæ collibus arces
Auxilium uento explicitis inſignibus orant.
Ipſe per hoſtiles latii modo fulminat agros
Parthenopem cumaſq; petens.Cataphratta ſequũtur
Agmina.iam Clanium magnus iam pulſat acerras
Clangor:& ingenti trepidat campania motu.
I.decus Italiæ tantoq; accinge labori:
Præteritiſq; nouam meritis hanc adiice laudem/
Quam delere ſequens annis labentibus ætas
Nulla queat:quæ cœlo ipſo ſcribatur & aſtris.
Parce tamen miſeris: nec te fortuna ſuperbum
Efficiat:caſu uirtus dominetur in omni.
Sed quibus antiquæ laudis te heroibus æquem
Auſoniæ cuſtos & ſæui gloria martis
Neſcio.nam paucos horum ſyncæra coronat
Fama/uel unicolor probitas:ſed crimine uirtus
Multotiens offenſa cadit: mutatq; colorem
Virgineum.ceu cum terrenam Cynthia nubem
Intrat:& ammiſſo perdit ſua lumina phœbo,
Cæſar ut edomito laudem fœliciter orbe
Sic meruit ſummum uiolata turpiter urbe
Dedecus:atq; fauis taxos iniecit amaras.
Adde q; e magni templo iouis impius aurum
Suſtulit:& patrio maculauit ſanguine dextram.
Tu uero patriam ſeruas: limenq; paternum
Exulibus reddis:quos non ſententia legum
Sed liuore furor tinctus fugat/herculis inſtar
Ad cõmune bonum genitus.Tu templa deumq;
Eximiis oneras donis.labentia multo
Reſtituis delubra ſitu.tua dextera nulla
Cæde madet.fuluumq; tibi non imperat aurum:
Hannibali uero clades præconia noſtræ

Magna ferunt.ſed fœmineis qui uicerat omnes
Vincitur illecebris:partoſq; offuſcat honores.
At tu blandiciis rigidum muliebribus enſem
Et celeres præponis equos:ignaua peroſus
Ocia continuis robur ſudoribus auges.
Sed neq; tu libycam miti ſub pectore claudis
Perfidiam:Tu namq; fidem,tu fœdera ſeruas.
Decolor emathii regis canit India nomen
Perpetuum:ſenſit celebrem terra ultima famam:
Terra iacens noctes ubi ſol facit igneus æquas.
Sed tamen ille graui quotiens erat excitus ira
Læta cruentabat turpi conuiuia cæde:
Atq; furens aliquem comitum mucrone petebat.
At tua tam grauibus non æſtuat ira procellis.
Nam ſubitos innata premit prudentia motus.
Et cito ſideream ſpargit clementia frontem.
Vnus adeſt cui te ſimilem tua lactea uirtus
Efficit:& nulli probitas obnoxia culpæ.
Scypio qui tanto fœlix cognomine nunq̄
Criminis illuſtres maculauit labe triumphos.
Fama facit uos una pares.uos unus honeſti
Iuſticiæ uos unus amor: par cura pudoris.
Vna gubernandi celebrat ſolertia martis.
Adde ꝙ ille mori pauper q̄ uiuere auarus
Maluit:abiectis opibus ſeruiuit honori:
Mancipium uirtutis erat: quæ ſumma putatur
Solaq; libertas:ſunt uincula ferrea mores
Indomiti:menteſq; iugo ſcelus arcet iniquo.
Te quoq; Pompeio patriæ pietatis & æqui
Suadet honor conferre:uetat graue funeris omen.
Si te militia plures & rebus agendis
Aequiperant priſci lectis annalibus æui,
Religione parem tibi non offendimus ullum.
Tu mare tu ſiculos fluctus & limen Aceſtæ
Alcinoiq; domos regnum phæacis Olyſſi,
Pœbeam tu naue Rhodon petis atq; Cythera
Carpathio prætenta mari perſæaq; ſaxa,
Triſtis ubi Andromade mōſtris obiecta marinis
Fleuit:& æquoreo Chriſti preſæpia curſu
Quæris,ut horrendi uideas caua ſaxa ſepulchri.

Nec contentus eo Nilum & memphitica regna
Viſis: & immites arabum progreſſus ad oras
In iuga ueniſti longo panchæa labore.
Cinnama per campos illic & tura leguntur:
Illa niger Nabatheus aras fœlicia rura:
Et legit ex multa ſpirantes arbore ſucos:
Mox iter ad ſancti prærupta cacumina montis
Vertis, ubi duro ſtillantes marmore guttæ
Diuinum teſtantur opus: quia languida morbos
Membra fugant attacta graues. hinc uirginis ingens
Gloria nili genæ totum uulgatur in orbem.
Te maris & terræ fecere pericula ſacrum.
Hoc iter iſte labor ſummo te aſcripſit olympo:
Nec ſinit hoſtiles in te ſæuire cateruas.
Quare age romuleos dux fortunate penates
Et latias tutare domos: ſuccurre tuorum
Caſibus: & miſeros ſiculis a finibus audi.
Vt poſtq̃ domito florens uictoria regno
Te reducem nobis dederit, cum laude triumphum
Accipiens curru uenias inuectus & auro
Splendidus. & niueos uideas ſudare iugales
Axe ſub aurato ſparſis candentibus alta
Circum colla iubis greſſuſq; audere ſuperbos,
Sed frenis parere tamen, legemq; magiſtri
Compoſito ſeruare gradu. Deſcendet ab alto
Limine ſolemni pompa plæbiſq; patrumq;
Cinctus & albenti gradiens in ueſte ſacerdos
Maximus immenſo magnum decus addet honori.
Nec tarpea tibi rupes, ſed ſumma petentur
Limina ſidereo poſuit quæ Roma tonanti,
Clauigeroq; patri: uentis ubi cymba ſecundis
Nauigat in tutos ſpumoſa per æquora portus.
Roma coronatos paſſim per compita funes
Ducet, & extenſo claudet uelamine cœlum.
Per celebres aulæa uias ſuſpendet: & omnis
Vicus odorato late ſpirabit amomo.
Tum tuba pacificos cantus alternaq; reddet
Carmina partitis uicibus, tunc tibia dulces
Ad numeros inflabit ebur: totoq; ſonabunt
Aethere plaudentes populi ſonus omnibus idem

Læticiæ confuſus erit:ruet undiq; magnum
Multiſonæ pelagus turbæ.tibi geſtiet omne
Limen:& ex alto ſpectabunt culmine matres.
In uultus conuerſa tuos ſuſpenſa manebit
Roma diu.talem priſci uidere triumphum
Paulus ubi antiquos macedum populatus honores
Alta catenatum tulit in capitolia regem.
Sic precor has olim liceat mihi cernere pompas
Et cantare tuas maiori carmine laudes.
Nos tibi uiuenti tantos debemus honores!
Sed uitæ maiora manent te dona futuræ.
Quæ dum flagranti cuperem cognoſcere uoto
Oraſſemq; diu ſuperos:tariſq; dediſſem
Candida cum gemitu lucentibus orgia flammis:
Ipſa nec ambiguis tandem monſtrata figuris
Et miro ſunt uiſa modo.dum palladis humor
Paſceret ardentem lychnum:ſuſpenſa tenebam
In multam uigilans noctem uix lumina ſomno.
Aſpergente graues lætheo flumine ſenſus.
Siue ſopor ſeu mens exceſſu capta profundo
Egerit hoc:tolli in magnam ſum uiſus olympi
Sublimemq; dei patriam:quo nubila noſtram
Nulla ferunt noctem. cœleſti lumine uirgo
Circumfuſa caput ſacrum:frontemq; ſerenam
Cui fulgens inſigne rotæ:cui lucida nubes
Ex humeris prolapſa pedes currebat in imos:
Multimodiſq; fluens ſinibus criſpabat amictum:
Qualem nulla poteſt hominum ſolertia filo
Texere:nec uiuos imitans pictura colores
Fingere.dux erat iſta mihi:duxitq; per orbes.
Aethereos magni monſtrans miracula mundi.
Dum procul a terris quantum ſe tollit in altum
Pelion aut magni uertex ſublimis olympi:
Per tenebras noctis mediumq; per aera nobis
Eſſet iter:quædam pallenti corpore formæ
Ora quibus ſuccenſa:leues in tergore pennæ.
Vnguibus harpyis ſimiles ſine uoce leuarunt.
Ingentes alas:rapidoq; abiere uolatu.
Sicut cum magno paſcentes agmine corui
Si ſubito uenator adeſt:nigrantia tollunt

Brachia:& extento fugiunt per inania collo.
Territus heu quænam uirgo teterrima dixi
Turmatim uolitant tenues ſimulacra per auras.
Hæc referens ibam lateri conſertus & armo
Virginis ut pauidi latitant ſub matribus agni
Cum truculenta feri uidere lycaonis ora.
Tum uirgo duce me nulla formidine pectus
Frigeat. hæc noſtro fugiunt exterrita uultu
Agmina. Sunt animi triſtes quos expulit olym
Sedicio primæua:tenent hanc aeris oram
Perpetuo damnata gelu tenebroſaq; regna.
Hæc loca ſunt ubi Vulcani longæua uetuſtas
Credidit arma ioui trifidũq; excudere fulmen.
Hic notus hic boreas habitant:hic horrida grando
Hic ſonat horrendum tonitru. nubeſq; per atras
Fluctuat:hinc imbres : hinc nix hyberna per alpes
Expuitur, gelidoq; ſolum circundat amictu.
Pars terræ uicina magis canente pruina
Et lachrymis uitrei roris ſtillantibus humet.
Altior hic per quem ferimus ueſtigia tractus
Aeris ætheereæ ſentit contagia flammæ:
Ardeſcitq; magis. ſtellis ſorbentibus iſtuc
Ex ima tellure uapor ſublatus ab igni
Corripitur. narioſq; facit ſplendere Cometas.
Hic bolides:longæq; trabes:Xiphiæq;:Dociq;
Hic pogon crineſq; micant:& acontius ardor:
Atq; alii ſicut diuerſi uultibus ignes.
Sic quoq; diuerſa ſortiti nomina uoce.
His deus ingentes rerum prædicere motus
Venturoſq; ſolet terris portendere caſus.
Sicut præterito chalabros cum terruit anno
Fulgor:& ignitis ardens mucronibus aſtrum.
Mox proferre caput tanti cœpere tumultus.
Et teretes animare tubas:bellumq; per omnem
Auſoniam:& latium Thibris potare cruorem.
Tunc ego per rapidos uirgo mihi tranſitus ignes
Eſſe poteſt impune:leues ſi corpora flammæ
Sic terrena cremant: uirgo rariſſima dixit.
Flamma nec exurit nec diſſipat ore tenebras:
Ni congeſta uoret terrenæ pabula molis.

Aſt ubi ſiccato uires in corpore traxit
Vrit:& illuſtrem ueſtitur lumine uultum.
Hæc ait:& celeri flammam tranare meatu
Cœpimus.at poſtꝗ raros ſuperauimus ignes,
Conſtitit.& ſummo terras monſtrauit ab axe
Sic memorans. Campos humiles pontūq; liquētem
Deſpice conuerſo regna ad mortalia uultu.
Aſpice ꝗ breuibus ſpaciis humana coegit
Tecta deus.terram pelagus pene occupat omnem
Aequorei ſpacioſa greges maioraq; longe
Regna tenent.in clauſtra homines anguſta redacti
Tam magnos agitant tam paruo in pectore fluctus.
Illic tota iacet quam ſi quis ſanguine fuſo
Sortitur bene credit emi peritura diebus
Gloria uenturis. Romæ quam totus honorat
Orbis ad extremos nomen non tranſmeat ortus.
Illis tot cædes hominum tot funera campis
Tot lachrymæ tot uoce ſonant ſuſpiria triſti.
Si genus humanum ſaperet : nec inertia tantum
Illecebris captum uitæq; fugacibus annis
Corpora curaret.labentia regna lutumq;
Caſuraſq; habitare domos & uile puderet
Hoſpitium:quod cuncta ſinu cœliq; mariſq;
Purgamenta legit : triſtes ubi ſidera caſus
Aſſiduaſq; pluunt infeſto lumine mortes.
Cerne ait:& raras intercurrentibus undis
Monſtrabat terræ maculas : & euntia circum
Aequora:quæ multis ſupereminet undiq; tellus
Orbibus:in plures populos diuiſa:genuſq;
Multimodum : ſtygiis etiam ſub manibus inquit
Eſſe domos : quæ cum nos aere ſomnus opaco
Sopit:habent phœbi radios : paſſimq; per urbes
Exercent operas ciues,per rura coloni.
Nos illis homines tantum quæ uidimus ipſi
Credimus eſſe locis. ſed & hi qui tartara ſubter
Arua colunt ueſtras inquit ſub fluctibus altis
Nare putant terras:illis contraria certe
Sed non alta magis ſemper ueſtigia fertis:
Nam neq; uos illis illos neu credite uobis
Eſſe ſuperpoſitos:Spaciis æqualibus æther

Vndiq; circũfert immotis axibus aſtra.
Nec pars una iacens infra pars altera ſupra.
Vndiq; terra ſubeſt cœlo: cœlum undiq; ſurſum.
Aſpice.iam curuum triuiæ ſuperauimus orbem.
Ipſa ſub humenti modo fert ueſtigia cancro:
Iam terras rorabit aquis:iam nubila coget.
Vix ea finierat.ſubito conſpeximus atram
E pelago nubem tolli:mox frigidus aer
Intonuit uentis & tempeſtate ſonora.
Viſa prius cœca latuit calligine tellus.
Altius apprehenſo me præuia traxit amictu.
Hic ſonus:hic ingens moto concentus olympo,
Et procul auditæ mira dulcedine uoces,
Lætaq; ſuſpenſam rapuerunt carmina mentem.
Tum mihi dux tolle arrectis os auribus:iſto
Perpetuum pæana deo modulamine cœlum
Reddit:& æterna concordant ſidera laude.
Nullus ibi fato locus eſt triſtiue ſenectæ
Hoc melos elabi prohibens cum tempore uitam
Effugat exſangues rugas:hæc tanta uoluptas
Non ſubiit mentes hominum,non impulit aures.
Hi ſunt ætherex campi regionis: ad ortum
Verte acies:claroſq; uide terræ immemor orbes.
Aſpice quam claro graditur Cyllenius ore
Qui minor apparet uobis:iam ſurgit: & ipſum
Iam feres indiq; uident.quis lucidus inq̃
Ille nitor:cui ſe croceis aurora capillis
Copulat.& tenui luſtrat iam lumine terras?
Quam læto ſplendore micat:q̃ grata uenuſtas
Ore ſedet. tremulam dum ſpargit in æquora lucem
Emicat,& pulchro gaudet ſub ſidere pontus.
Hæc uenus eſt inquit mea dux hæc flãma benignum
Porrigit in terras clementi luce fauorem.
Et nunc herbiferis rorem diſſeminat agris:
Nunc aperit flores depaſtaq; gramina campis
Reſtituit:tenueſq; pluit per paſcua nimbos.
Cur fugit in calpen dixi cur fluctibus altis
Fertur ad occaſum pelagus: nec pellitur euro?
Luna uehit ſecum pelagus reſpondit & orbe
Iam cadit ex alto:latiis iam iam occidet oris.

Et remeare fretum:retroq; impellere magnam
Cum ſonitu molem undarum ſpumamq; uidebis
Vorticibus ferri rapidis & currere in ortum.
Rarus enim pulſis claret iam nubibus aer.
Lunaq; per claram diffundit lumina noctem.
Terminus hic tenebris:ſterilem non altius umbram
Terra leuat:nigros circũfert pallida uultus
Oraq; perpetuo refugit titania gyro.
Et modo ſub pedibus ſuprema cacumina noſtris
Erigit:& medio terras nox humida curſu
Iam tenet:eoos ſurgens aurora colonos
Excitat:& lucem cantu prænunciat ales.
Heſperii cœnas ineunt:ipſiq; britanni
Pinguibus incipiunt hilares accumbere menſis.
Aſpice q̃ lato ſol circumplectitur ore
Oceanum terræq; ſolum:fugit undiq; lato
Margine:ſed primos iam latior exit ad ortus.
Qui mundi neſciret opus ſuccenſa putaret
Aequora/& ingenti Neptunum ardere camino.
Lumen ab occaſu ſenſim ſubmittit in ortum
Auroram ueneremq; ſequens. Quæ incendia dixi
Tanta procul uideo flammis ardere cruentis?
Ille inquit Mars eſt aſtrum crudele nocenſq;/
Terrigenis ſemper morbos & bella minatur.
Iſte per auſoniam bellis ardentibus omnem
Sæuit:& indomito ciet undiq; bella furore.
Quod niſi nos diui quibus hæc mortalia credit
Regna pater ferremus opem:dudum itala tellus
Heu.miſeræ cedis grandes ploraret aceruos.
Sed mihi magna mei cura eſt ſtudiumq; Roberti.
Quottidie bellis illi comes omnibus adſum:
Et cui non poſſum uulnus prohibere/ſalutem
Reſtituo:deus iſta meæ dat munera curæ.
Et modo mortali furioſa per agmina uultu
Nunc nebulis incluſa feror:duco atq; reduco
Incolumem. Nuper ſtygii de faucibus orci
Illius egregiam ſobolem:cui martius ardor
Igniferæ glandis malas traiecit & ora/
Eripui:medicaſq; manus & pinguis oliui
Pharmacon applicui qđ adhuc mea marmora ſudãt.

Iam ſua ligna Charon gaudens ex æquore nigro
Appulerat ripæ: contoq; innixus acerno
Expectabat hians miſeram triſtemq; rapinam.
Suſpice pacificos ignes placidumq; nitorem
Iupiter eſt depone metus. affabile ſidus
Et ſacrum uenerare iubar. fulmenq; triſulcum
Neu metuas: alios clemens hic mitigat ignes.
Quāuis tantus eat: tantoq; effulgeat ore,
Si tamen accedas placidis te colliget ulnis.
Sed caue uulnificam falcem ſidusq; malignum
Quod pallere uides triſtiq; albeſcere plumbo.
Hac uia ſit: mœſtiq; ſenis ne ſidera tangas.
Venimus in campos flammis ubi millibus æther
Ardet & obliquo fulgent animalia circo
In boream conuerſa caput. Quot ſidera dixi
Clara micant? quis tot cœlum fulgoribus implet?
Dantne uel accipiunt ignes aliunde coruſcos?
Dixit ad hæc uirgo. cœlis eſſentia ſimplex
Denſior eſt ignis: flamma quoq; denſior aer,
Aere neptunus. cœco iacet infima fundo
Terra humiles ſortita locos: ubi denſior orbis
Sole repercuſſo ſplendor uibratur: & aſtrum
Dicitur. at rari penetrantur lumine tractus:
Non abeunt retro radii. Qua plurima iunctis
Limitibus coeunt in eodem ſidera limbo
Lacteus efficitur circus: qua lactea fingunt
Vbera iunonis tortos fluxiſſe per arcus.
Proſpice. iam toto pontum ſol deſerit orbe
Et cum ſole caper recto ſe tramite tollens
Surgit: & ex undis cornu procul erigit altum.
Auſoniæ iam prima dies: iam ſumma relucent
Culmina gargani: iam lux diſcriminat agros.
Vis mouet hos orbes uirgo: quis temperat inq̄
Tantæ molis iter? campis ego ſemper ab imis
Suſpiciens tanti motus cognoſcere cauſas
Iam pridem uolui. tales dedit illa loquelas.
Aethereæ mentes quæ corpora nulla nec artus
Accipiunt magni iuſſu ſubiere tonantis
Munus id: a prima cum fluxit origine mundus.
Nec labor eſt illis labor hic: ſed ſumma uoluptas.

Cernis ubi phœbus ſummum iam porrigit orbem?
Perpetuæ ſedes animis motricibus illic.
Sed propera. niuei uiden aurea cornua tauri
Præcipiti ſub fronte hyades/a clune coruſcant
Pleiades uernæ. Nobis iam circulus alter
Scanditur.hunc alius curuato limite cingit
Signifer:at nullæ pingunt animalia formæ:
Nec uarios uſq̄ ſtellarum ſuſcipit ignes.
Lucet enim glaciemq; refert uitrumq; colore:
Cryſtalliq; tenet nitidos cum nomine uultus.
Hinc ſua cœleſtes ſumunt exordia motus:
Hic alios ſecum magno molimine uoluens
Raptat:& in boream lentis declinat ab auſtro
Paſſibus:& retro ſua per ueſtigia fertur.
Vltima iam nobis regio flammantis olympi
Panditur.& ſummi monſtrat ſe regia cœli.
Suſpice non ſolis radios non ſideris ignes
Sed totum flammis circũlambentibus orbem
Surgere in immenſam tam uaſta incendia lucem.
Obſtupui: ſanguis uenas & anhelitus ora
Deſeruit.ſi tot quot ſunt modo ſidera cœlo
Conueniant ſoles/magno par lumen olympo
Non parient:tantum mortalia lumina contra
Non potuere iubar tolli:Contagia uirgo
Corporeæ molis dixit tua pectora tardant
Et fragiles ebetant ſenſus:ubi liqueris artus
Non feret hæc ingens ullum tibi flamma pauorem:
Pone metus:aude tantos te inferre per ignes
Fide mihi.illæſum ſummo te culmine ſiſtam.
Hæc ait:& celſam ſubito me traxit in arcem.
Hic pater immenſis regio latiſſima campis
Pluſq̄ noſter eat uiſus.ſi dicere fas eſt
Fine caret.tellus ipſi collata ſepulchrũ eſt?
Et cæco ſpelunca ſinu:quam lubricus humor
Et cœnoſa palus diro contriſtet odore.
Nil maius natura poteſt:dum conderet orbem
Hic regni caput hic mundi deus eſſe cacumen
Inſtituit:ſpacium fulgor per inane uagatur
Q uãtum non oculis q̄tum nec mente uidemus.
Dux oculos defixa ſolo paulumq; morata

Cerne ait: agnoſco magni ueſtigia Pauli.
Hoc olim ſtetit ille loco:cum lumine captus
Depoſuit ſæuum uirus: ſquammamq; draconis
Exuit:hac iter eſt ad noſtri limina regis.
Accelera.latis illos procul aſpice campis
Innumeros hominum cœtus per florea prata
Ferre coronatas uario diademate frontes.
Et fulgere togas auro,gemmiſq; coruſcas
Scintillare manus. hilariq; incædere uultu?
Hi ſunt purpurei reges qui ſacra deumq;
Præpoſuere opibus:quos deteſtanda libido
Imperii non crudeles non fecit auaros.
Si tamen aut turpes maculas poſt fata tulere
Aut iniucundum terrenæ fecis odorem,
Sub ſtygiis lauere uadis: nam flumina quinq;
Has ſcelerum labes & regna chatartica ſoluunt.
Ille ferens mitem toto prior agmine uultum
Imperii quondam partem Romanaq; regna
Viuus adhuc ceſſit Chriſto: generiq; futuro.
Propterea deus hæc illi latiſſima regna
Et toto maiora ſolo conceſſit. & ipſum
Regibus his præfecit:eunt ſpacioſa per arua
Maxima cum dulci miſcentes gaudia riſu.
Ecce gradus in nos omnes & lumina uertunt.
Accelerant:Tantos unq̃ non uidit honores
Roma potens:Viden ad læuam qui lumine claro
Regales præfert animos. hic parthenopeus
Nuper tenario ueniens Alfonſus ab orco.
Magnanimæ ſaluete animæ:ſaluete magiſtri
Bellorum quondam:quos & terrenus honorat
Orbis adhuc:tantæ ne meo præſtare coronæ
Obſequio quicq̃ potero? ſermonibus iſtis
Compellauit eos uirgo: Tum parthenopeus
Curuato cum fronte genu ſic ora reſoluit.
Aetherei ſplendor rutilans & magna ſenatus
Gloria:cœleſtis patriæ quæ limen emiſti
Sanguine: cui digitos deus & caput obligat auro.
Cui uiuens addictus eram. parere parati
Venimus:ut dignos meritis reddamus honores.
Sed tamen hic noſtros quiſnã nouus aduena campos

Tecum adiit ?uiuis ne patent empyrea regna?
Tum ſic orſa loqui uirgo. Rex maxime quondam
Magnanimiq; ſator regis: niſi noxia primus
Mala parens fregiſſet erant hæc peruia uiuis
Regna. ſed infœlix legem ſcelus attulit iſtam.
Attamen omnipotens cui uult pater atria pandit:
Nec leges aditus omnis clauſere: nec ipſum
Latorem uincire queunt. De limine pulchræ
Venimus italiæ: magnos ubi ſæua tumultus
Arma parant. uexatq; tuos ſors dura nepotes.
Namq; tui proceres regni communibus armis
Dum mutare iugum longoq; exire laborant
Seruitio. bello illuſtrem duxere Robertum
Littore de ueneto. Sors eſt incerta futuri.
Sic mea dux: heros animo non pertulit ægro
Sed placido ſic ore ſonat. Nos æquora quondam
Vertimus & miſeras nimium uexauimus urbes.
Pœnituit: pœnaſq; dedi. Phlegetonte ſub alto
Arſimus: & longos ignem portauimus annos.
Scit qui uinctus erat lateri Franciſcus eodem
Sforcia ſupplicio quotiens plorauimus una
Blandimenta. dolos. furias & plurima uitæ
Crimina præteritæ. ſed nos clementia patris
Atq; tuæ iuuere preces: me nulla cupido
Sollicitat regni: tales cum corpore curas
Exuimus. certent ipſi uideantq; nepotes
Quid leges & iura uelint. ardentia manes
Expectant quos præcipites in tartara mittant:
Quos in uincla ferant: cui ferrea uerbera poſſint
Intentare truci inſtantes crudeliter ore.
Viderit hæc cui flamma poteſt ea ſæua nocere.
O utinam q̄tas regni mea pignora curas
Iuſticiæ tantas habeant: tum firma manerent
Sceptra: nec infeſto reſonarent claſſica cantu.
Sed regni iactura minor. pietatis & æqui
Maxima. diuitias aufert & regna uetuſtas:
At uirtus æterna manet: ſequiturq; ſepultos.
Bella gerant ipſi: uincant quibus ætheris alti
Fauerit imperium. generi meliora rogabo
Fata meo: ſortemq; ferant patientius omnem.

Sic ait:& comites nutu aſſenſere loquenti.
Tum mea cæſaream uertens in lumina frontem
Sfortia progenies pacem Franciſcus & arma
Doctus:& illuſtres inter uirtutis alumnos
Inferior nulli dixit. Cum ueneris illuc
Quiſquis es ad noſtrum qui tam fœliciter orbem
Raptus es inſignem iubeas ſaluere Robertum:
Ille mei ſplendor generis:tantoq; nepote
Lætor adhuc. uidi caſus uidi illius omnem
Fortunam miſerans: ſortem iam uicit acerbam
Et potuit grauibus fatis obſiſtere uirtus.
Ille meos priſcum non aſpernatus amorem
Seruet ut ante meis gereret cum ſtrenuus arma
Auſpiciis:dulces mecum dum uiueret annos.
Viuat:& huc animi curas iam porrigat omnes.
Sic ait:& uerſis ibat iam paſſibus agmen.
Cumq; recædentem coniecto lumine turbam
Proſequor admirans/uiden hunc cui plurima mento
Canicies dixit Virgo ?bizantia ſceptra
Geſſit/& immenſas tulit in compendia leges:
Iuſtini genus egregium:Theodoſius illi
Iungitur: & dextro leuum latus applicat armo
Qui ſequitur traianus erat:quem traxit ab undis
Tartareis magni deus ad ſuſpiria uerſus
Gregorii. tantum pietas ſeruataq; ſemper
Iura ualent.hi quos hederis lauroq; uirentes
Cernis idumæa ſignari pectora fronde/
Godfridus Caliphæ domitor/qui regna recæpit
Vſurpata diu:ſolymaſq; aſcendit in arces
Turbine cum magno.Veneti ducis inclyta proles
Et ſacer in tanto primos Adamurus honores
Agmine ſortitus.nitidis Boemundus in armis
Clarus adhuc.Vgo magnus.geminiq; Roberti.
Hi ſimul adiunctis coiere in prælia caſtris
Per Nicomedis agros opulentaq; regna Niceæ.
Perq; lycaonios adierunt Reblata campos.
Reblata quæ primos Petro conceſſit honores/
Anthiochi cum iam muros & nomen haberet
Cappadoces.Tyriaſq; domos/Sidona potentem.
Sub chriſti miſere iugum. Si uicerit hoſtem/

Sceptraq; Parthenopes parere coegerit urbi
Romuleæ / longi cum meta recurrerit æui
Hæc in regna feram tota cum prole Robertum:
Diuorumq; choris addam. gaudebit:& alto
Corde redundantem diffundet in ora uoluptas
Læticiam:cum ſe circum ſua pignora cernet
Ire per elyſium:terras oblitus habebit
Caſtra per æternas gradiens heroica laudes.
Dixerat. his paucis ego longa ſilentia rupi.
Pande mihi niſi ſcire nefas ubi rector olympi
Quoſue lares habitare ſolet.nam credimus ipſum
His altis errare locis : cœlumq; tenere:
Dux mea ſubridens ſupra deus inquit & infra
Aethereos orbes habitat:ſub ſole ſub aura
Sub tellure latet:ſub dite : ſub æquoris unda.
Omnia plena deo/nam ſicut tota per artus
Corporeos mens una ſubit / ſic unus in una
Mundi mole deus : mundo tamen amplior ipſo.
Tendit in immenſum nulloq; includitur arcu.
Sphæra deus uiuens:centri tumor occupat omnem
Curuatura locum neſcit:defluxit ab ipſo
Orbis : & in magno quicquid concluditur orbe.
Nec durare poteſt quicq̃ niſi porrigat ipſe
Auxiliatricem clementi numine dextram.
Vna tribus uirtus unum tria numina numen.
Hæc nouiſſe ſatis : debent arcana taceri.
Iam chriſti natalis adeſt:cœleſtia magnos
Agmina conuentus celebrant:diſcedere tempus.
Tunc ego:Mene graues iterũ deſcendere ad umbras
Mene domos iterum luteas iterumq; labores
Ferre iubes ?ah me tali ne deiice regno
Dux mea:per ſuperos oro per magna tonantis
Sceptra:per hos liceat tecum mihi degere campos
Si mortis me dura uetant & ferrea iura
Quid moror ?hi fragiles artus in fruſtra ſecentur.
O decor o campi dulces o gloria cœli.
Quid mirum ſi ad regna minus terrena reuerti
Fœlices animæ cupiant ?Dum talibus oro
In lachrymis nabant oculi.tepidoq; madebant
Rore genæ.dulces urebant pectora flammæ.

Et ſuaui mœrore labans uix ægra ferebat
Membra genu:uotiſq; diu flagrantibus arſi.
Tum uirgo.quid ſi patriæ tibi tota paterent
Atria cœleſtis?uultu ſi numen aperto
Si ſolium magni uideas atq; ora tonantis?
Te tua regna uocant iterum te terra repoſcit.
Hoc ſpolium mortale lutum eſt. mortalia condes
Membra ſolo : fecemq; ſuis,cum ſordibus iſtam
Ante dabis tumulo q̄ cætera cernere poſſis
Et noſtras habitare domos . Si uilibus inq̄
Me ſpoliem membris iter hæc in regna patebit?
Non ait ætherea niſi quos ex arce uocamus
Huc ueniunt.heu me miſerum quem triſtia dixi
Fata uocant:iterum uentos patiemur & imbres.
Solicitoſq; dies & lamentabilis æui
Durius exilium : ſi me tam dulcibus oris
Eiicitis : ſaltem liceat præcidere uitam:
Mecum oculos pigraſq; manus & inertia crura
Ferre ſat eſt. hic ſingulius hic ipſe relinquam
Corda:meas iſtinc ſaltem ne excludite curas.
Ibo igitur : totoſq; dies in funere ducam.
Parce metu dixit uirgo.tibi proderit huius
Lucis amor uidiſſe ſinus & limina olympi.
Te minus interea uitæ contagia lædent
Mortiferumq; ſcelus:nec te tua fata grauabunt.
Et quotiens me cumq; uoles non uoce uocabis:
Velle ſat eſt.adero.Noſti quos ante fauores
Præſtiterim : poſt hac magis experiere ſecundam.
Hæc ait:& tenuem ſubito diſceſſit in auram.
Tunc ſopor aut aliud fuerit quodcũq; ſoporis
Ora ferens grauibus mihi ſaucia pectora curis
Liquit : & ammiſſi damno triſtabar olympi.
Iam ſupereſt ut te bellorum maxime ductor
Admoneam non eſſe tibi conſortia tantæ
Aſpernanda domus:facilem tutamq; miniſtrat
Hæc in regna uiam pietas,& ſacra nitenti
Relligio ueſtita fide : cultuq; frequenti
Dona deo diuiſq; omnes congeſta per aras.
Hoc quoq; non noſtri tantum docuere priores
Qui Chriſti lauere ſuos in flumine crines

Verum etiam qui uana ſacris idola profanis
Et fragiles coluere deos. Poſt cimbrica bella
Barbaricis templum ſpoliis prædaq; recenti
Struxit:& optato Marius ſacrauit honori.
Bacchus ut eoos uictor penetrauit ad indos/
Primitias prædæ ſuperis & magna dicauit
Dona Ioui:priſci frondes in templa ferebant.
Primus hic & ſpoliis aras cumulauit & auro.
Scypio cui nomen deuicta Numantia fecit/
Templa dedit ſuperum patri: Marcellus eidem
Gallorum ducis exuuias. Agrippa ſuperbis
Porticibus grandiq; deos teſtudine clauſit.
Innocuæ paci molem rex Flauius altam.
Tullus ab albanis rediens ſaturnia:templa
Condidit. at Scaurus menti:poſt arma Camillus
Gallica delubrum famæ. Sed maximus omnes
Conſtantinus auos uicit:tot templa per urbem
Tot templis ſacrauit opes:uaſa aurea: gemmas.
Signa:ſacras ueſtes. Caſias & balſama cultris
Marmoreis inciſa. crocos. & cinnama ab orbe
Vecta peregrino. Sic te quem longa coronant
Prœlia:cui ſummam totiens uictoria laudem
Præſtitit:in ſuperos gratum memoremq; tonantis
Eſſe decet. Sicut ueteres iam laudibus æquas
Militiæ: ſic te facias pietate priorem.

·:F I N I S:·

Explicit panegyris in Robertum Seuerinatem.

SYLVARVM. LIBER.IIII.

BAPTISTAE Mantuani Carmelitæ theologi ad magnificum comitem Andream Bentiuolum ſex/ deciuirum Somnium Romanum:

m Axime iuſticiæ cultor:qui clara parentum
Facta nouis uitæ meritis & honoribus auges
Vos quibus eſt diuũ dono conceſſa poteſtas
Felſineæ gentis patriæq; tenetis habenas/
Ambiguos rerum caſus artemq; doloſæ

Sortis & ingenium fallax deprehendere fas eſt.
Ver non una dies non una reducit hirundo
Sic neque ſolertes breuis experientia rerum
Fert animos:uigilans prudentia ſurgit ab uſu
Multiplici:ſicut de mille coloribus iris.
Hac ſine nil tentare boni nihil utile rector
Conſultare poteſt.æquas prudentia leges
Et placidæ pacis mores componit:& omnem
Militiæ martiſq; uiam: parit ipſa triumphos.
Ipſa giganteas uires proſtrauit, & altum
Demolita caput ſolymo Dauida iacentem
Suſtulit imperio:& regni decorauit honore.
Propterea a magno tantis Agamemnone curis
Neſtor ab Adraſto uates quem prodidit uxor
Quæritur:in phrygios aſtu cordatus Olyſſes
Plus potuit q̃ marte ferox & uiribus Aiax.
Euentus igitur rerum cauſaſq; tueri
Atq; uices uarias & cœca pericula ſancti
Eſt rectoris opus:quo ſe patriamq; ſalutem
Seruet:& ad fragilem ueniat cum laude ſenectam.
Id meditans extrema ducem quæ fata Robertum
Oppreſſere canam:trepidæq; horrentia noctis
Somnia:lugubrem quæ prædixere tumultum.
Taliter humanas deus ad cœleſtia mentes
Contemplanda uocat:terramq; infeſtat ut altum
Aethera quæramus:ratione carentia prono
Quæ uultu paſcuntur humum mortalia ſupra
Nil ſperare licet: nobis domus ultima cœlum.
Nec minus eſt dæmens rerum qui in uortice tanto
Vult requiem, q̃ qui in medio putat æquore portum.
Sed iam mœſta grauem referant inſomnia caſum.

Igna molorchei fugiens accenſa leonis
Sub qbus occurſum triuiæ idignatus & umbrā
Palluerat Titan curru pulſabat anhelo
Virginis icariæ limen: uerſiſq; redibat
Pronus in autumnum radiis:cum triſtia langor
Neſcio quis mihi corda premens & lumina toruis
Nubibus inuoluens frontem contraxit opacam.
Mœſtus & ignorans cauſam mœroris inertem
Conabar reuocare iocis in gaudia ſenſum

Nulla erat ignoto præſens medicina dolori.
Multa dies & multa dabant ſuſpiria noctes.
Quottidie abſumptis creſcebat uiribus ardor
Cordis:& obſcuro uultum pallore iacentem
Polluerat uapor egrediens acherontis ab unda.
Lux ierat:nigriſq; aderat nox humida pennis.
Membra toro poſui / curas ut ſomnus inanes
Pelleret:& mentem requies compeſceret ægram:
Turbida imaginibus ſurgunt inſomnia diris:
Concutiturq; graui gelidum formidine pectus.
Territus exilio:noctemq; umbramq; ſilentem
Horreſco aſpiciens reſeranſq; cubicula ſolus
Egredior:memoriq; putans crudelia mente
Somnia ſuſpicio cœlum flammaſq; micantes:
Atq; malum noſtros uerti precor omen in hoſtes.
Pallidus obſcuro ſurgebat iuppiter ore:
Mœſtaq; nec ſolitum referens aurora decorem
Per nimboſa ægram fundebat nubila lucem.
Horrendumq; ſonans dextra cum fulgure fulmen
Intonuit ſubito:tempeſtatemq; fragoſam
Turbidus hyberno boreas uoluebat ab axe.
Tunc audire uirum uoces lituoſq; tubaſq;
Armaq; & hinnitus acres ſum uiſus equorum:
Et graue frigenti murmur ueniebat ab arcto.
Attonitus quid tanta ferant portenta per auras
Dũm reputo:curis iterum lentoq; ſopore
Opprimor:& tepido cogor dare membra cubili.
Procubui languens:& mox ut lumina texit
Matutina quies / umbras incedere triſtes
Aſpicio:& quendam canis altoq; uerendum
Ore ſenem ſe ſe lateri coniungere noſtro.
Ardua frons ſed triſtis erat:miſerandaq; mento
Canicies.atro conſperſi puluere crines.
Criſpatæq; genæ & uiſu caua lumina toruo:
Qualia cum multas inter ſuſpiria noctes
Egerit atq; diu ſomni contabuit expers
Aeger habet:gelidæ nares:exanguia labra.
Et facies ſquallore iacens:confectaq; turpi
Ora ſitu:quales longi poſt carceris umbram
Eſſe ſolent bello capti:uel triſtia quales

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum gemitu ueniunt natorum ad buſta parentes.
Ferreus ambibat lumbos atq; ardua thorax
Pectora.delapſo cingebat eburnea ferro
Armatum uagina latus.ſignata cruentis
Ora notis:ambæq; manus, & pectus anhelum
Talis erat,qualem Aeneæ ſe maximus Hector
Obtulit in ſomnis:patrios cum flamma penates
Iam raperet:captamq; dolis iam cerneret urbem.
Effigies herois erat: qui fortibus armis
Inter mille uiros pugnans poſt plurima tandem
Funera:poſt cædes hominum dum cædere neſcit
Dum renuit dare terga fugæ confoſſus iniquo
Sidere procubuit ſuper altæ ſtragis aceruos.
Territus aſpectu primo:tandemq; reſumptis
Viribus,O tanta qui te ſub imagine dixi
Nocte refers,cœlo ne uenis an miſſus ab orco?
Ille gemens triſti duxit ſuſpiria uoce.
Atq; oculos miſero attollens & brachia geſtu
Ne trepida dixit chriſti mariæq; ſacerdos.
Ille ego quem tantis ornaſti laudibus olim
Mœnia dum peterem cœlo Romana ſiniſtro.
Ille ego qui uiuens geſſit tot bella Robertus
Inter equos inter lituos nutritus & arma:
Stirpe ſeuereinas:crudam doctiſſimus artem
Militiæ: & caſus uadens animoſus in omnes.
Huc mea me uirtus huc me fortuna redegit.
Magnanimi poſtq̄ ducis infœlicia fata
Talibus accepi dictis:exorta repente
Corripuere animum rapidis incendia flammis.
Et uelut ardenti glacies cum liquitur igne
In lachrymas fluxere oculi: pronumq; lacertis
Complectens heroa piis:o maxime dixi
Militiæ pater auſoniæ:quem bella gerentem
Barbara contremuit totis germania campis.
O ueneti tutela ſoli: gentiſq; latinæ
Præſidium commune,malis ne regna paterent
Itala barbaricis iterum ne Rhenus & iſter
Auſoniæ populentur opes,tua pectora uallum
Inuictis feciſti animis.O æterna tuorum
Gloria:ſi mortale poteſt occumbere corpus,

Immortale manet ueturaq; ſæcula nomen
Vincet: & accipient laudes poſt funera ſemper
Incrementa tuæ: Noſtris antiqua diebus
Te duce ſurrexit uirtus. o clara potentum
Sforciadum ſoboles. auris uitalibus ergo
Non frueris: nec uiuis ad huc? cruor iſte tuis ne
Fluxit an alterius crudeli uulnere membris?
Auſane barbaricæ gentis manus impia tantum?
Ille ſuum dixit finem mea fata tulerunt:
Et mens coeca prius de triſtibus eruta clauſtris
Iam uidet æternam fracta caligine lucem.
Fata dei conſulta uoco non ætheris aſtra:
Quæ q̄uis aliquas habeant in corpora uires
Cuncta tamen dominum moderatoreq; ſequuntur.
Et nihil attentant ſi non uidere tonantem
Aſſentire operi: nutuq; fauere ſecundo.
Non ſecus ac ualidis harpe comprehenſa lacertis
Non alio torquet niſi quo manus egerit ictum.
Tāta hominum generi impietas tam noxia mens eſt
Vt cœlo dent iura dei: quaſi cymba per undas
Sponte ſua ſcopulos fugiat ſine lege magiſtri:
Et quaſi per campum uoluat ſe biga patentem
Automedonteæ gradiens ſine uerbere dextræ.
Præſidet ut ſumma uigilans in puppe magiſter
Oſtenditq; uiam proræ: ſic ſolus ab alta
Sede deus tantæ curſus & pondera molis
Temperat: ex primæ motu uertiginis: horæ:
Ex horis nox atq; dies: ex nocte dieq;
Lunigenæ ſurgunt menſes: ex menſibus anni:
Luſtra & olympiades nemoris de nomine dictæ.
Et quæ centuplici uoluuntur ſæcula curſu:
Chiliadeſq; cadunt. quarum iam quinta receſſit:
Sexta citis uectata rotis per inane iugales
Ad medium iam cogit iter: mundiq; ſenectam
Ducit: & alterius uitæ prænunciat ortum.
Hinc hominum deus ætates hinc tempora rerum
Hinc ſpacia hinc uitas animantum & fata gubernat.
Ipſe meos fregit ne ſim miſer amplius: annos:
Communemq; piis fecit cum manibus oram:
Elyſium dixere olim: modo dicitis hortum.

Sed uos iſta latent. At cur ſi læta recœpit
Te regio dixi placidaq; in pace quieſcis
Ad quam longa piæ mittunt ſuſpiria mentes
Te modo lugentem miſera ſub imagine mõſtras?
Vt genus oſtendam mortis reſpondit: & ipſa
Vulnera quæ accœpi pugnans in marte ſupremo.
Sic quoq; poſt uictos manes ſpoliataq; regna
Ditis ab obſcuro chriſtus remeauit auerno.
Namq; cicatrices manuum laterisq; cruenti
Rettulit: unde fides omnis titubantibus orta eſt.
Tum ſua membratim mœſtus ſimiliſq; dolenti
Vulnera detexit tepidum ſudantia rorem.
Vnum læua manus qua flectere lora ſolebat:
Sub iugulo thorax unum perfoſſus: & unum
In ſubito martis facies acceperat ortu.
Traiectumq; latus iaculo: traiectaq; terga
Sulfureæ ſtridore pilæ: cruriſq; ſiniſtri
Truncus iners plumbiq; genu feruore caducum.
Sed grauius quo uocis iter præcluſerat haſta
Haſta uenenato penetrans caua guttura ferro.
Dic age dic inq̃ quando te numina lætis
Accepere locis reducem, licet omnia fari:
Et caſus audire tuos extremaq; fata.
Quis furor armorum quæ tanta licentia ferri
Te rapuit? quæ te curæ tenuere cadentem?
Cogimur o uates inquit parere: ſed urgent
Auroram titanis equi: teq; orgia poſcunt
Sole nouo, quibus applaudens lætatur olympus.
Expediam paucis igitur. Vicina Tridento
Caſtra ſub alpinis rapidi trans fluminis amnem
Verticibus qua curua ſinu conuallis opaco
Flectitur: & paruæ ſuſpectat mœnia Petræ
Conſtiterant: uerum obiectu quia montis iniquo
Vnda per anguſtas fauces & marmora labens
Sæpius obſtabat, nobis quoq; ſæpius acto
Ponte fuit ſternenda uia: & natura locorum
Inquirenda prius: ſummiſq; adeunda periclis
Barbara gens. & caſtra ſolo metanda fideli.
Vltimus ingenti rerum diſcrimine nobis
Pons texendus erat. nouus explorator ad agros

Q uæritur hoſtiles:noſtra ad tentoria lecti
Conuenere duces. italæ pudet ædere gentis
Dedecus:ex tanto heroum meus agmine ſolus
Lucius a patriis laribus qui nuper inermis
Venerat eſt auſus dubios inuadere caſus.
Ipſe datos igitur comites ortatus & armis
Strenuus aſſumptis iter eſt ingreſſus : & alta
Nocte ſeneſcentis tacito ſub lumine lunæ
Per latera abrupti ſcandens aſperrima montis
Præteriit poſitam ſummis in cotibus arcem:
Subiectoſq; iugo campos intrauit : & oram
Dum legit:ecce procul telis lucentibus hoſtes
Aerea de rupe uolant:nox pallida crebro
Lumine ſcintillat / reſonantq; tonitrua glandes.
Lucius immotis animis & pectore forti
Obuius it:bifidoq; petens certamine turbam
Aedidit horrendam ſtragem:ripaſq; ſonantes
Fluminis & uallem herculeo iam uicerat auſu.
Cum procul audimus uictricem claſſica cantum
Aedere:collapſas generi uictoria mentes
Extulit : extemplo iratæ uada nauibus undæ
Rupe ſub excelſa infenſiq; ante ora Biſegni
Aggredior : trabibus quernis & robore ſecto
Fit uia : turmatim pedites equiiumq; cateruæ
Spumantes onerant fluctus:cymbaſq; natantes:
Et iam tranſmiſſo campis fatalibus amne
Conſtiteram uoti compos / adituq; reperto
Lætior. heu quotiens ridet fortuna cauendum eſt
Altius:ingentes uoluebam pectore curas.
Iamq; tridentinas arces rhenumq; putabam
In uenetum miſiſſe manus:Nec uota fuiſſent
Irrita:ni ſors dira meum aduerſata laborem
Dum properant tranare acies : exercitus ante
Q uam ſimul hoſtiles totus penetraſſet in oras:
Compoſitum rupiſſet iter : Diſiecta furenti
Vortice compages pontem ſubmerſit : & unda
Conuulſas rapuit per ſaxa immania puppes.
Iamq; dies phœbi radiis accenſa calebat:
Ardentiq; cauam conuallem accenderat æſtu.
Hæc erat illa dies ſæui qua iuſſa tyranni

Spreuit:& appoſitum uicit Laurentius ignem.
Omine proſtratæ mentes & corda meorum
Contremuere.uident ripis & flumine caſtra
In partes diuiſa duas:uia nulla relicta eſt
Subſidio:uia nulla fugæ.ſic numina cœli
Sic ſuperi uoluiſtis. eram de rebuſ agendis
Ambiguus : uolui retro ueſtigia ferre:
Contractiſq; iterum pontem inſtaurare faſelis.
Mox noua cura ſubit:locus amne & montibus altis
Tutus erat:ſolus gelida reſtabat ab arcto
Faucibus anguſtis aditus:quem cludere foſſa
Præcipiti inſtituo : ſubitis ne incurſibus hoſtis
Aduolet : & pauido trepident ne caſtra tumultu.
Sed tentare nihil licet aduerſantibus aſtris.
Ecce procul nimbos & puluerulenta per auras
Nubila conuolui aſpicio:attonitumq; reuerti
Præſidium:& ruptis incuſtodita relinqui
Clauſtra uix ordinibus:pediteſq; relinquere parmas:
Perniciq; uagos dilabi ad flumina curſu.
Quis pauor exclamo comites/quæ ignauia tantum
Dedecus hoc infert?hodie uel uincite mecum
Vel ſimul oppetite. & uitæ præponite laudem.
Non eſt mos itali uobis dare terga:ſed hoſtem
Quærere:& in pugnas animis præſtantibus ire.
Hic Marius paruo fortem molimine cimbrum
Fudit:& ingenti præda ditatus & auro
Miles ad auſonios ſcythiæ tulit arma penates.
Stafe.quid ad rapidum morituri accuritis amnem?
Non eſt cum ſuperis bellum:mortalia contra
Pectora mortales pugnant.hunc ſæpius hoſtem
Vicimus. & noſtra hæc totiens hauſere cruorem
Spicula barbaricum:tot millia miſimus orcho.
Venimus ad Rheni fines:arcemq; Tridenti
Cernimus.extremus labor hic.in limine ſemper
Acrius eſt certamen.ubi eſt de limine pulſum
Præſidium/trepido domus exanimata pauore.
Concidit.& cohibet dextras:& porrigit arma.
Sumite tela uiri:mecumq; in bella redite.
Hic animis opus eſt:fluuium ſuperare uel hoſtem
Cogimur, hæc nobis eſt irremeabilis unda:

Hanc aciem penetrare leue eſt. ego primus in iſtud
Agmen eam:ſed uos animos firmate labantes.
His excita uelut chauri ſpitantibus auris
Fax acenſa micat uirtus: clypeiſq; reſumptis
Se glomerant:referuntq; pedem:dant claſſica cãtum
Terribilem.cuntumq; manus complexa trabalem
Tendere in occurſum totis conatibus ardet.
Iamq; tridentinis ingens de rupibus agmen
Euomitur:totiſq; ſonat germania campis.
Quadrupedant inſtructæ acies:abſconditur omnis
Campus ut obſcuris cœlum/cum nubibus auſter
Sibilat.inſpicant cuneos/alaſq; bifrontes
Inſtituunt. longoq; abeunt duo cornua tractu.
Tergora tenſa crepant:tremulis hinnitibus aer
Clangit:& ignitæ uolitant ut fulmina glandes.
Corda repentini terrent mortalia caſus.
Præſertim nouitate loci cum neſcia turba
Qua ſit iter neſcit:poſitis cum ſe undiq; claudi
Autumat inſidiis:longo me orantur amici
Colloquio ſeruare animas:& parcere ferro.
Tunc ego ſeu fuerit coeci uiolentia fati/
Seu uirtus.quid fœmineis me obtunditis inq̃
Suppliciis?didici nullo trepidare tumultu
Martis & armorum.non ſum fugiturus:abite
Quos horrere facit duræ præſentia mortis.
Hic hodie mihi uincendum uel morte cadendum.
Hæc ubi dicta ferox adeo certamen. & hoſtes
Innumeros contra paucis comitantibus altum
Cornipedem immitto:fragiles concurſibus haſtæ
Diſſiliunt:uolitantq; leues per inania trunci.
Educti radiant tremulis ſplendoribus enſes
Scintillant galeæ:crebris ſonat ictibus aura:
Vt cũ dura ſalit crepitans per culmina grando.
Iamq; manus & tela rubent: celer omnibus adſum
Dux & miles opem feſſis atq; arma miniſtro
Huc illucq; uolans ut pignore Tigris abacto.
Et ſocios acuo uerbis: ex aggere noſtri
Trans ateſim clamore iuuant: atq; irrita mittunt
Spicula in aduerſum non peruenientia littus.
Cuntantes in bella uoco.ſed ſegnia uindex

Corda deus noſtris fecit:gelidumq; timorem
Miſit in auſonias mentes: imiſq; medullis
Torpor inhærebat. ſoliti ſuperare fugantur
Italidæ: pauloq; meis qui ortatibus ante
Rettulerant greſſum a fluuio mirabile uiſu
Vincere cum poſſent animas in flumine malunt
Linquere: & ignauo pereunt in gurgite fato.
Excrucior:coquit impatiens pudor iraq; pectus.
Vix potui retro paucos prece flectere longa.
Cum quibus obiicior telis:iterumq; repello
Teutonicos:& cæde graui compeſcimus hoſtem.
Deſeror a ſociis iterum.ſoluſq; reſiſto.
Vulneror: & iaculis acies me millibus urget.
Vix elapſus eram medio cum in gurgite uidi
Difficile impelli cymbam aduerſantibus undis.
Et me ſollicito nutu & clamore uocabat
Portitor:atq; iſtis propior iam uocibus inquit
Dux miſerande tuo nūq̄ ſine milite uinces.
Nonne uides:non eſt tuus hic exercitus.iſti
Auxiliis quorum fidis uiliſſima uulgi
Congeries non ſunt ſoliti tot ſpicula ferre:
Sed iactare cubos: pugnamq; laceſſere pyrgo.
Differ:& hæc animoſa tuis certamina teq;
Militibus ſerua:tali me nauita pacto
Sollicitat:fugiamq; grauis fata aſpera pugnæ
Supplicat: At paucos comites in marte reliqui
Turpe ratus ſummis iterum me offerre periclis
Eſt animo furor & caſus tentare ſupremos.
Interea largus duplici de uulnere ſanguis
Ibat:& exhauſtæ fugiunt cum ſanguine uires.
Barbarus ex omni noſtros ad flumina campo
Compulerat:fatum duplex & martis & undæ
Nos premit.o comites dixi quo feruida uirtus
Quo laudum diſceſſit amor?cur pectora tantos
Concepere metus?& cur non uincere uultis?
Nonne hoſtes quotiens animis & fortibus armis
Egimus:oppreſſi bello iacuere cruento?
Vndiq; barbarico rubet omnis funere campus
Noſtrorum gladius paucos abſumpſit:in undis
Imbelles miſere animas:germanicus audet

Cum noſtros trepidare uidet. ſi uertimus ora
Si pauci comitentur: agam hoc de margine turbam
Præcipitem. dictis equites animantur: & haſtas
Corripiunt: galeiſq; uolant in prælia clauſis.
His adiutus equum ſtimulis in bella ferocem
Sollicito: & qua denſa magis certamina feruent
Fulmineo curſu irrumpo. germanica cædunt
Agmina: cæduntur magnis clamoribus hoſtes.
Turba ruit. creſcit ſtrages miſeranda uirorum
Non aliter q̄ cum falcem per gramina curuam
Meſſor agit: poſitis truncæ ceruicibus herbæ
Procumbunt. alii pedibus calcantur equorum.
Cornipedum ſuper arma labant ueſtigia: præceps
Fertur eques: figitq; truces in puluere conos.
Sunt qui diſrupto manibus fumantia uentre
Inteſtina gerunt. quoſdam dum uellere tentant
Oſſibus hærentes haſtas nouus obruit ictus.
Impulſu plæbs multa ruit: ſub mole cadentum
Plurima turba perit: clauſo nec anhelat hiatu.
Puluerei lucem inuoluunt & lumina nimbi.
Attonitæ clamore aures: madet omne cruenta
Cæde ſolum: maculatq; fluens cruor arma manuſq;.
Arma armis colliſa crepant: pelluntq; trahuntq;
Tela uiri. ſæuit mauors: & plurima mittit
Ad miſeras lamenta nurus: & nuncia triſtes
Euerſura domos, deſolatura parentes.
Ardet ut ingrediens tonſos uulcanus in agros
Cum ſtipulas uorat arentes: boreæq; iuuatur
Flatibus: & prono cum ſe uaga uertice flamma
Porrigit: & multo depaſcitur arua fragore.
Armigerum procul aſpicio cui marte furenti
Sanguineo ualidaq; manu dura arma mouenti
Barbara cornipedem chalabrum perfoderat huſta:
Ipſe ibat pedes ære grauis: feror ocyor aura:
Compelloq; uirum: & iubeo ueſtigia ſiſtat.
Dum loquor, hoſtis adeſt & equo contorquet ab alto
Telum in me frendens: meq; in certamina poſcit.
Congredior: capuloq; tenus clamantis in ora
Enſem adigo: uitãq; uomens cum ſanguine corpus
Pulſat humum: morienſq; cauo ſingultit hiatu.

Quadrupedem morſu rodentem frena ſuperba
Atq; indignantem domino parere latino
Magnanimo comiti trado:atq; inſuper addo.
Chare comes uariis mecum iactate periclis
Tempus adeſt fatale mihi:mea funera cerno.
Nec mea differri poſſunt iam fata:dehiſcit
Iam latus:& ſæuum ſtrinxit precordia uulnus:
Sed neq; me mors iſta grauat:ſat uiximus:ætas
Noſtra quaterdecimi tranſit confinia luſtri.
Si miſeræ paucos uitæ deus adderet annos,
Non tamen auferret mortem.necis omnibus æqua
Conditio:& capulo ſemper uicina ſenectus.
Adde q hic claro caſus duce dignus:& inter
Tela uiro forti uitam deponere pulchrum eſt.
Nec cædes me tanta iuuat: nec more ferarum
Rimari cupio crudeli uiſcera dextra.
Pellere uim ui iura ſinunt.& uulnere uulnus.
Ipſe deus qui lora tenet uitæq; neciſq;
Viderit an melius caput hoc ſeruare uel hoſtem:
Sed te per ſuperos oro:longæuaq; noſtri
Iura ſodalicii noſtras ex hoſtibus iſtis
Relliquias auferre ſtude:patrioq; reconde
Me tumulo.his dictis iterum pugnare paramus.
Ecce comes quondam meus & nutritus in armis
Mecum ſſorciacis conto traiectus acerno
Protrahitur fugiente anima uultuq; ſupino
Sanguineum uerſo ducens in puluere ſulcum
Lora traho:& triſtem caſum miſeratus amici
Alloquor exanimem.Fœlix cui numina tantum
Præſtiterint:ut poſt ualidæ facta inclyta dextræ
Finiat illuſtrem cita mors & ſplendida uitam.
Fata ferant mihi funus idem:muliebria plumæ
Membra decent:acres animi durataq; bello
Corpora non optant niſi factam uulnere mortem.
Chare uale comes:ante diem q̃ ſidera claudant
Suſpicor elyſio tecum me in limine cernes.
Sic efatus agor pernici in prælia curſu.
Aedimus immenſam ſtragem:nec ferrea nobis
Tegmina:non denſæ poſſunt obſtare cohortes.
Et iam terga dabant hoſtes:gens barbara toto

Ceſſerat ex uallis circo : cum ferrea leuam
Glans ignita manum feriit: mox altera tergum
Perculit. elapſis ſonipes iam liber habenis
Ibat: & obſcura ſenſim mihi lumina nocte
Mors umbrabat: equus ſpumans æſtu atq; labore
Victus ubi proſpexit aquas ſe miſit in amnem:
Nec rectoris habens legem procumbit in undis.
Et me ſemianimem ſternit: ſepelitq; ſub alto
Gurgite. poſt multos uitæ mortalis honores
Sic poſui afflictos ui ferri & fluminis artus.
Mors tandem totiens aliis illata recepit
Me quoq; : & accepta ceſſauit anhelitus unda.
Altera lux aderat: cum plæbs germanica lugens
Affuit: ut uita functos tranſſerret in urbem:
Me quoq; dum prædæ cupidi ſcrutantur arenas
Et torrentis aquas: unco rapuere tridente.
Agnouere ducem : & ſpoliis lætatus opimis
Barbarus elatum tulit in ſua mœnia corpus.
In riſus abeunt gemitus : in gaudia tranſit
Luctus: & inſigni feror ad ſacrata triumpho
Limina ſublimis uigili : condorq; ſepulchro.
Exitus hic uitæ. fuerit quæ cura cadenti
Quando audire libet: nec me narrare pigebit.
Prima fuit mihi cura deus. manibuſq; uidebar
Ante coronatum ſpinis & ſanguine regem
Supplicibus ueniam & ſedes orare quietas
Miratuſq; mihi nullos in morte dolores
Nulla dari tormenta manus ad pectora iunxi.
Tum mihi natorum fuit & conſortis imago
Ante oculos: patriq; omnis aſtare putabam:
Et generum: qui nocte omnem explorauerat oram
Strenuus: & nulli bellorum laude ſecundus.
Bentiuoloſq; duos: unum cui felſina primum
Pro meritis patrum atq; ſuis concedit honorem:
Cuius amor q̄q̄ ſolitum quandoq; nitorem
Perdere ſit uiſus: tamen alto pectore nunquam
Fluxit. & Andream : cuius ſi munere uirtus
Sit donanda pari: tellus non ſufficit omnis.
Tanta fides talis pietas mortalia tranſit
Præmia: & æterei partem ſibi poſcit olympi.

Attonitus fixis oculis preſſaq; manebat
Voce Refrigerius:nec diſſimulare dolorem
Iam poterat.uidi lachrymas:ſuſpiria uidi.
Et dolui tantos hominem ammiſiſſe labores.
Hos inter moriens natis dare pauca uidebar
Languenti mandata ſono poſtremaq; uerba.
Sic memorans.mea progenies fortiſſima bello
Pectora : qui prius eſt uſus uitalibus auris
In fatum prius ire decet:qua uiximus æquum eſt
Arte mori.uobis famam nomenq; relinquo
Perpetuum.mea dent uobis ueſtigia legem
Viuendiq; modum.poteram diſcedere ab armis
Tutus : & auecta fluuium tranſmittere cymba.
At ſeruanda fides uetuit producere uitam.
Tanta fuit ſemper ueneti mihi cura ſenatus
Tantus amor. ſemper melior mihi ſanguine uirtus
Viſa.nec adriacum potui niſi morte leonem
Linquere:nec moriens linquo . poſt ipſa iuuabo
Funera:ni uires animo ſenſumq; negabunt
Numina.uos illi ſi quid ſuprema parentis
Iuſſa ualent:ſi quid pietas:ſuccurrite totis
Corporis atq; animi neruis:& barbara ueſtrum
Robur ab auſoniis auertat finibus arma.
Viuite concordes.fraterni nominis auctor
Explicuit quanto conuecti fœdere debent
Quos natura pares e ſanguine fecit eodem.
Militat in bellis amor:eſt in pace uoluptas:
Arma dabit pietas, & inexpugnabile uallum
Rebus in aduerſis : erit & mihi grata ſepulto.
At tu chare puer grai cui nomina regis
Indole qui tanta fortes aſcendis ad annos:
Germanas matremq; pia complectere cura.
Viuite fœlices.æterno lumina ſomno
Iam mea calligant : mors occupat ora ualete.
Sic fabar moriens.circunſtantiq; coronæ.
Sum uiſus præbere manum:lachrymoſaq; natis
Oſcula & uxori chariſq; relinquere amicis.
Mox animus tāq̃ cœco de carcere liber
Strenuus emicuit.patuere latentia mundi
Fœdera.cœleſtes licuit cognoſcere cauſas:

Naturæq; uias æternaq; ſemina rerum.
Tunc uarias riſi ambages uanumq; laborem
Scrutari ſuperos cœliq; arcana uolentum:
Tunc ego neſcio qua ſubito ui tractus in altum
Efferor:& tranans auras & nubila cœlo
Iam uicinus eram:cum me Catharina beato
Diuum cincta choro ſuperas auexit ad arces.
Lætus & a curis liber mortalibus ibam
Mobilior plummis celeri uelocior euro.
Ipſa quoq; oſtendens hilari noua gaudia fronte
Sic ait.ille tuus qui ſic accenſa momordit
Corda dolor/grauis illa tuæ querimonia mentis
Diluit omne nefas animi rubigine terſa
Te ſtygiis exemit aquis : acherontia clauſit
Stagna tibi.tria pandebat iam cerberus ora:
Iamq; aderant miſſi lemures a limine ditis
Qui te præcipiti raperent in tartara curſu.
Anguis ut ætatis uicium deponit & annos
Anguſtum per iter gradiens perq; aſpera ſaxa/
Vt panchea ſenex patiens incendia phœnix
Ignis odorato renouat ſua tempora ſacro/
Sic pietas ardens animæq; gementis anhelum
Pondus ab infecti ſceleris calligine luſtrat:
Nulla magis tollunt concretam februa ſordem.
Nulla animi peſtem medicina potentius aufert.
Hic nobis uiden hos cœlos qui ſingula uoluunt
Sidera/& octauum lucere tot ignibus orbem?
Perſpicuumq; gelu mundiq; immobile culmen?
Hic nobis æterna quies conceſſa tonantis
Arbitrio.nobis toto licet ocia cœlo
Ducere:ſed claro martis tibi recta ſub orbe
Dat pater.inferius quorſum libet ire licebit:
Altius ire nefas.tua ſit cum marte poteſtas.
Sic ait:& nitidis pulchrum caput abdidit aſtris.
Eſt igitur cum marte mihi domus ampla : dieſq;
Perpetuus:ſecura quies : æterna uoluptas.
Hic habitant animæ illuſtres:quæ fata profanis
Accipiunt bellis:ſi ſit miſeratus ab alto
Orbe deus.chriſti pro relligione cadentes
Altius admiſſæ per ſumma cacumina mundi

Tecta tenent:& cuiq; ſua eſt ſatis ampla uoluptas
Omnia ſpiritibus cœleſtia corpora ſanctis
Plena.dei cœlum domus eſt immenſa:puderet
Amplius hos habitare locos:fœlicia ſemper
Vulnera quæ tantis animum ſoluere tenebris.
Talibus orandi finem iam fecerat heros:
Atq; nouam triſti ſpoliatus imagine formam
Sumpſerat:& clarus gemmis radiabat & oſtro:
Qualis erat feſtis gradiens ad templa diebus
Splendidus & multo Salomon ſpectabilis auro.
Tunc ego qui fueram caſu triſtatus acerbo:
Iam poſitis animi curis tua funera dixi
Non igitur ſunt flenda:quibus de carcere longo
Solueris:atq; graues claudis tam fortiter annos.
Vita fuit uirtutis opus: mors gloria cœlum
Parte tui meliore tenes.olimq; reſument
Corpora uitales fatis melioribus auræ:
Cum ſuprema dies aderit.tua poſſidet orbem
Inclyta fama:manet pro te tua clara propago.
Non paridis iaculo:nec ab uno uictus achille.
Nec lapithas inter pateris & olentibus urnis
Occidis:aut diro ſicut Tirinthius igne.
Non te foemineo montana betulia ſexu
Non te maſſagethum tomyris regina fefellit.
Non anus argiuo fregit tibi tempora ſaxo.
Nec qua morte ferunt perſam cecidiſſe Darium
Dextera ſeruili fodit tua pectora ferro.
Non in pace ſedens armis & fraude tuorum
Captus obis:quali maculauit cæde ſenatum
Impius in patriam Cæſar:non tincta ueneno
Pocula mortifero ſumis: quo ſæua tulerunt
Poenum fata ducem.nec tu tua uiſcera telo
Ipſa tuo lanias:quæ ſors miſeranda Catonem
Implicuitq; eum lucis uitæq; puderet.
Nec pauido xerxi ſimilis cum milite multo
Funderis a paucis:nec iners aut ocia ducens
Ruſtica ceu libyæ domitor:Si fortibus armis
Si ſuperas animis & uitæ laudibus iſtos
Dicam alias: mortis certe tibi gloria maior.
Nam uelut excelſas altis in collibus arces

Non niſi ui multa & longo molimine duri
Deiiciunt hoſtes/ſic te non miſit ad umbras
Vna manus non una phalanx : exercitus omnis
In tua fata coit ?peteriſq; a millibus unus.
Sed neq; te imbelles indi molles ue ſabæi
Pigmeiue breues rapiunt.uerum accola rheni
Gens durata gelu:genus inſuperabile ferro:
Quod totiens Romam tum cum ditione premebat
Europæ libyæq; urbes : Aſiamq; minorem
Terruit.hi ſuperant parthos:thracumq; furores/
Quos martem genuiſſe ferunt. hi ſpicula torquent
Panteſilææa non inferiora ſecuri.
Et iam certa dies tenebras altumq; ſoporem
Ruperat:euigilans uerba imperfecta reliqui.
Viſaq; per ſomnum tacita mecum omnia mente
Suſpectoq; metu uoluens ſint ſomnia dixi
Vana precor:ſomnumq; ferant & ſomnia uenti.
Nec dum finieram cum triſtis epiſtola nobis
Nunciat infœlix & lamentabile fatum
Principis.o nimium dixi ueracia ſi quid
Somnia triſte ferunt/uana & mendacia/quando
Gaudia ſignificant:rebuſq; inimica ſecundis.
Scilicet iſtud erat quod mens præſaga malorum
Senſerat:& cœco gemitum dabat ægra dolore:
Mœrebatq; tacens:& triſti pallida nocte/
Vt ſolet hybernus piceis ſub nubibus aer.
Tantane tam ſubito uirtus occumbere fato
Tantus honor potuit ?Tanta expectatio rerum
Occidit in medio tanti mollimine belli:
O ſuperum metuenda manus. ſententia ſemper
Aequa:ſed humanæ nūq̄ præcognita menti.
Spes hominum fragilis fortunaq; lubrica uanum
Conſilium.ſenſus ebetes.prudentia cœca
Quot capitur deluſa modis?cum læta ſecundat
Proſperitas ſeruare modum:frenare uolantes
Neſcit mens humana rotas:ardentia flagrant
Vota:calet pectus:gliſcit ſine fine libido.
Addit ſe comitem uotis audacia mendax ?
Fertq; per abruptos ſilices:ebetantq; ſequentum
Lumina ne caſum metuant:ubi duxit in altum/

Præcipitat.gaudetq; rudi noua murmura uulgo
Ingerere:& ſubitis orbem terrere ruinis.
Propterea quicũq; loco ſublatus ad auras
Conſtitit illuſtri ſummam non appetat arcem:
Ne peſſum deiectus eat. Voluere gigantes
Turribus aereis cœlos æquare deumq;
Trudere de regno:& rerum ditione potiri.
Sed pater indignans animis opus impulit audax
In latus:& gentem merſit ſub mole ſuperbam.
Dedaleos contra monitus puer Icarus auras
Dum ſecat,& leuibus dum tendit in aera pennis,
Non tulit hoc titan:cæras ardore liquentes
Soluit:& ammiſſis periit labor irritus alis.
Amphitrioniadæ telis pæantius hæros
Figitur:& ſpernens habilem geſtare pharetram
Sumpſit ab herculeis uulnus lætale ſagittis
Occidit infœlix Phaeton dum lora gubernat
Mortali diuina manu.uidiſſe paternum
Limen,& illuſtrem phœbi tetigiſſe quadrigam
Debuit eſſe ſatis.niſi mens illecta fuiſſet
Auricomi ſplendore patris. cuīruq; nitenti,
Tutus erat. finem uotis audacibus ergo
Ponite rectores orbis.quæ ſemper in altum
Euolat & nuſq̃ ueſtigia figit harundo,
Quo magis ingreditur nubes & ſidera,tanto
Ocyus in terras caput eſt uerſura caducum.
Mittus ægrotant ſi quos temeraria pellit
Ex humili fortuna loco:quos trudit ab alto
Quando nulla quies alia conceditur arte,
Triſtitiam celeri cupiunt abrumpere fato.
Sed quid flere iuuat mortes : alienaq; fata?
Nos omnis domus illa manet. dilabitur ætas
Dum loquor , & celeres torquent ſua ſtamina parcæ,
Quod ſupereſt:gelido damus inſcribenda ſepulchro
Verba renaſcenti quæ a poſteritate legantur.
Clara ſeuerinas tua belliger oſſa Roberte
Hic habitant.potuit uirtus a morte tueri
Nomen & egregiam mentem:mortalia membra
Non potuit:totum laus eſt tua miſſa per orbem.
Religio & pietas animum comitantur in aſtris.

.:.FINIS:.

BAPTISTAE Mantuani Carmelitæ theologi pro
Paulo Fulgoſo / Carmen.

Ad Maximillianum Cæſarem.

ALVE HOMINVM REX ATq;
ſ parens Auguſte/potentes
Cæſarea populos q mieſtate gubernas.
Tāta eſt ac tāto radiat tua lumine uirtus/
Vt ſplendore ſuo nedum facunda uirorum
Ora/ſed infantes etiam noua carmina linguas
Cogat/& audaci laudem depromere cantu.
Vnde ego ſexennis gemuit quem Sfortia mater
Fulgoſo genitore ſatum/præconia Paulus
In tua conſpirans ingenti pondere rerum
Vincor:& inualidas ſuperat tua gloria uires.
Non igitur reges atauos / non ſtemata gentis
Sacra tuæ/non innumeris tot bella triumphis
Clauſa/nec ardentes pugnas / nec fortia facta
Connumero/metuit fluctus mea cymba ſonantes.
Hæc tentare quid eſt aliud / q̄ uoluere ſaxum
Siſiphium / q̄ ſolis equos Phaetonta uolantes
Scandere / q̄ ſuperos contra certare gigantes.
Id tamen in numero moritorum Auguſte tuorum
Altius attolit caput.& ſuper ignea ſurgens
Sidera te uiuentem animis cœleſtibus æquat.
Quod recolens cōmune bonum ſedare tumultus
Vndiq;/& indomitum ſtudeas compeſcere martem.
Id tua ſolemni reſonās germania plauſu
Indicat.& ſolitæ gentes ſudare ſub armis
Nunc poſitis te autore odiis/teſtantur ab alto
Te miſſum:ut reprimas flagrantia bella per orbem.
Nos quoq; te ſtudio pacis trans ardua uectum
Saxa/& inacceſſis clauſas anfractibus alpes
Cernimus hic.te cura hominum/te publica adegit
Vtilitas tandem noſtros inuiſere fines.
Italiamq; tuam.quæ te quaſi nata parentem
Et quaſi nupta uirum recipit.Iam fracta ruinis
Bellorum antiquis/attrita furentibus armis
Incipit optatam ſub te ſperare quietem.
Iam dudum caput imperii te Roma latini

Optatrut aduentu uideas tua regna ſecundo
Te rupes tarpeia uocat/ſaturnia tellus/
Et domus Euandri uicinaq; Thybridis undis
Regia bifrontis Iani. Capitolia mundo
Clara triumphato:pariiſq; innixa columnis
Templa.ſacri cineres. ueterūq; recondita patrum
Sedibus oſſa piis/fidei monumenta uetuſtæ.
Eſt aliud quod fama frequens uulgauit in omnem
Italiam.te facta animis ingentia magnis
Voluere.& ordiri tacito mollimine bellum
In machometigenas Romani nominis hoſtes.
Hunc tibi ſi dederit dextro deus omine martem
Sumere/quid meritis deerit? quo tendere uirtus
Vlterius poterit.celſi ſub cardine mundi
Nil aliud ſupereſt æque imperialibus armis
Conueniens.nihil/unde tibi par gloria ſurgat.
Hinc illud tam grande decus/quod Cæſaris implet
Nomen. & ætherio quodam quaſi numine fulgens
Diuificat/clariſq; uiros interſerit aſtris.
Noſtra fides olim dum res Romana tenebat
Latius imperium/multis ampliſſima regnis/
Nunc ſuppoſta ſcythis/& conculcata tumultu
Barbarico/uocat ingenti clamore ſuorum
Subſidium.Freta uociferant bizantia. & aliæ
Regna trapezuntis.gemitus orientis acerbos
Hinc audimus. opem mundo præſtare iacenti
Hoc opus eſt Auguſte tuum.tibi terra fretūq;
Supplicat ex alto Chriſtus te implotat olympo/
Italiæ pars iſta/fuit cui gallia quondam
Nomen/ad hoc tantum facinus concurrere magnis
Prompta eſt auxiliis: hic ſunt ceu brachia quædam
Imperii duo magna tui/duo fortia regna.
Hinc ueneti regnant terra pelagoq; potentes.
Belliger hinc Maurus.cui ſe fortuna miniſtram
Fecit/& in uinclis martem tenet. omnia late
Iam patriæ regit arua meæ. Genuæq; ſuperbum
Litus.& ingenti ditione per æquora magnam
Claſſem inferre poteſt:pontumq; onerare fremētem.
His ſociis uictor potes ire in bella duobus:
Signaq; iam totiens noſtris ablata referre.

Sed quo coepta magis tibi ſint ſecura, memento
Pacare Italiam, bellis ut tota ſepultis
Tuta ſit: & concors ad rem conſpiret agendam.
Et quia poſt cõmune bonum, curare ſalutem
Fas eſt cuiq; ſuam, Pauli precor atq; parentum
Sis auguſte memor lætos habitare ſub umbra
Cæſaris, & nobis liceat. Fulgoſa propago
Nos quoq; pars rerum non aſpernanda tuarum.

.·. F I N I S .·.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ theologi ad Illuſtriſ ſimũ dñm dñm Guidobaldũ urbinatem Ducem.

Icut agenoreæ cum ſol ſubit aurea frontis
Cornua, foelici gaudet ſub ſydere mundus
Quũ cæleſtis humũ uirtus cõplexa calẽtem
Incipit ordiri tenero noua pignora partu,
Sicut in æquorei ſtellato pectore cancri
Iupiter exultat Venus in ſquamantibus aſtris
Fluminis aſſyrii: pulſis ita Mantua curis
Aduentu gauiſa nouo eſt: Saliere choreæ
Increpuere lyre: læto tuba martia cantu
Clangorem alternat: ſtrepitũq; peroſa minacem
Mollius inflexo ſonat ad noua gaudia flatu:
Triſte prius denſaq; latens calligine cœlum
Tollit, & occaſum leonoræ oblita recentem
Alma dies poſito luctus radiauit amictu.
Mincius alpino qui ducit ab æquore nymphas
Riſit. & extemplo clauſis humentia uentis
Aequora conſternens hylari caput extulit ore:
Vnda ſilet placido ueluti quom pignora ponto
Producunt cæicis aues: ubi frigida bruma
Venit: & arua graui ſtringens aquilone december
Ruſticus andino genius qui præſidet agro
Vicinam e uiridi tumulo conuertit ad urbem
Lumina: quom plauſus populumq; audiret ouantem
Et quis ait tantus ſucceſſit moenibus hoſpes,
Poſſit ut aſpectu ſolo ipſa elementa mouere:
Et cui fatidico graium ſata ſanguine manto
Non minus applaudit reduci q̃ Roma camillo,

Quam mario fractis Italorum in limine cymbris?
Dum loquitur factiq; cupit cognoſcere cauſas,
Vna camœnarum quæ cum duce uenerat, arua
Ibat adoratum noſtro ſacrata maroni.
Audiit, & ueniens late exhallauit odorem
Virgineum: lauro flauos euincta capillos,
Et facies qualis ſurgens aurora ſinumq;
Colligit, atq; pedes chlamys aurea tangit eburnos.
Subſtitit: & carmen placidis ita uocibus orſa eſt:
Ad uada tyreſiæ ueſtriq; bianoris urbem
Venit ab alpina iuuenis pulcherimus ora
Baldus: agens ſecum muſas, & apollinis omnem
Militiam: Baldus cui ſaxa feretria nomen
Attribuunt commune Ioui: quia nãq; parentes
Belligeri, exuuias ſpoliato ex hoſte ferebant
In rupem aeream, celſoq; in montem locabant,
A ſpoliis cognomen habet domus illa ferendis:
Turba igitur comitatus adeſt heliconide baldus,
Qui regit umbrorum populos montanaq; regna
Traxit amor iuuenem. madidos non horruit auſtros.
Non nimboſam hyemem, nec iniquæ frigora brumæ
Vicit amor caſtiq; fides ſanctiſſima lecti:
Languida deſerto coniunx formoſa cubili
Moerebat curis, & ſuſpirabat amantem.
Vota ſecundauit iuſti deus auctor amoris:
Et iuueni blandis acuens præcordia flammis
Suaſit iter: ſuaſit uenetos inuiſere campos:
Et phaetonteos curſu ſuperare liquores,
Patris ubi fatale ſolum: nam bella gerentem
In uenetos rapuit mors immatura parentem
Magnanimum: cui ueſtra parem non nouerat ætas:
Siue ferox rigido martis luceret amictu:
Siue togam cædente ſago ueſtiret inermem:
Venit ad ægrotæ caſtiſſima coniugis ora:
Cuius in aſpectu uenus eſt, in pectore pallas:
Iuncta uiro ueſtalem animum triuiæq; pudorem
Seruat: & amplexus pudet expectare iugales:
Pulchra uerecundas opera ad muliebria nymphas
Cogit: arachneum docta exercere laborem:
Talis apud priſcos nuruum Lucretia princeps:

Et præfecta deum ducendæ in mœnia matri
Claudia:& halcyone cephaliq; miſerima coniunx
Hectoris andromache:profugoq; fidelis olyſſi
Penelope : & nūq̄ thalamos oblita ſichei
Sidonis/& beli neptis : thebanaq; manto :
At iuuenis maiora animis meditatur & ardet:
Nam martem de more patris colit atq; mineruam
Et quantum ille armis ſuperauit:apolline tantum
Hic imberbis adhuc uincit:uicturus & armis/
Bello ubi tempus erit:rigidoq; licentia ferro:
Tempora circūdans hederis & uirgine phœbi
Nec gradiens accliuis humi ſed uertice ſupra
Nubila ſe atollens:geminoſq; habitura triumphos
Nititur ad duplicem uirtus animoſa coronam:
Non uulgare decus nec enim duo munera tanti
Aſſidue iacit in plæbem regnator olympi:
Sed quotiens aliis quemq̄ mortalibus optat
Eximiis præferre bonis:rariſſima qualem
Sæcla uirum generant : melioribus afficit aſtris:
Cum Ioue/cum ueneris flammis/cum ſydere maiæ/
Cum mauorte illi caput & præcordia tangens.
Sic cæſar dictatot erat formatus / & aphro
Vt perhibent hamone ſatus/Cæſarq; ſecundus
Pectus imaginibus cœli ſignatus & urſa .
Et tu quem canimus procerum noua glotia Balde.
Læta tuos & enim deus inclinauit ad ortus
Sydera : fortunans ad opes/ad regna/piamq;
Progeniem:ad cōmune bonum/patriæq; ſalutem:
Ad mauortis opus furibundum/ad palladis artes:
Ingeniumq; ferax fecit docilemq; iuuentam
Auſoniis ſimul & grais incumbere chartis:
Verbaq; adhuc tenero docuit Moſea palato
Deglutire: uias cœlorum & tempora noſſe:
Et uolucrum pecudumq; animos/& clauſa ſub alto
Aequore:& inferno ſecreta latentia mundo:
Morum etiam uitæq; habitus:& debita diuis
Orgia : diuinarum etiam myſteria legum.
Addidit / & cordi ſtimulos quibus acriter auſis
Molliri/ingenio ſemper meliora calenti
Nec ſinere ignauo uitam ſordere ueterno:

Et ſemper magis anniti atq; intendere neruos
Ad diuinum aliquid:laudemq; ambire ſuperbam:
Ferre iter ad cœlum/& meditari ingentia magno
Pectore/Semideum caſus & fortia facta
Mirari:ſemperq; hominem te attollere ſupra:
Signa animi nunq̃ morituri & ab æthere lapſi:
Hic iuuat annales ueſtriq; afferre recentem
Temporis hiſtoriam:Baldiq; euoluere fatum:
Italiæ deus in mores quom regna uideret
Verſa lycaonios/diomedæaſq; rapinas/
In ſcelus exarſit / iuſtaq; excanduit ira:
Et noua pœna nouo ſceleri data / namq; repente
Principibus longa populos qui pace fouebant
Sublatis/dedit indignis rectoribus urbes:
Vt fierent quaſi deſertæ ſine remige puppes.
Fluctibus in mediis/deſolatiq; per agros
Amiſſo paſtore greges/quom nubibus atris
Sæuit hyems/fractoq; furens tonat æthere mundus:
Nam nulla eſt magis humanæ res noxia genti
Nullaq; terrarum peſtis capitalior orbi
Quam rex impatiens freni & ſine lege tyrannus:
Appœninigenos altis qui in montibus umbros
Ardua ſaxa colunt/adriatica littora uerſus
Vt ſenſere Italis tantum impendere pericli
Suppliciter fama eſt ita numina ſancta precatos.
Summe deum populos qui cum nihil oderis/omnes
Suſcipis:& magno ſemper bene conſulis orbi:
Parce tuæ genti:ſuccurre fidelibus umbris:
Neu ſine nos ærumnarum tot ferre procellas:
Præclarum concede ducem/qui regna paterno
Temperet affectu:placidaq; in pace gubernet:
Talibus auxiliis & tanto munere dignos
Nos pietas antiqua facit:quæ cognita uobis
Cælicolæ / genus umbrorum ſeruauit ab alta
Irati maris illuuie/cum liber apertis
Ennoſigæus aquis montana cacumina merſit /
Nam redundantem pelagi non pertulit æſtum
Patria:Montigenas tethys uexare colonos
Abſtinuit:Proteus uſq; ad confinia duxit
Doridis omne genus/delphinorumq; cateruas/

Squāmigerum pecus/& phocarum immania terga:
Si nos innocuam gentem commune periclum
Præterit/quando terram ſcelus obruit omnem/
Et dedit æquoreis uaſtandum fluctibus orbem/
Nunc quoq; ab interitu tutos decet eſſe minori.
Audiit omnipotens:Q uis enim clementior illo eſt.
Et Baldum/eximiam ſobolem ducis ante ſepulti
Miſit in imperium:ac patrias regnare per urbes
Inſtituit:q; pacis erat belliq; futurus
Cenſor / & eximius legum moderator & æqui.
Dumq; adolet / ne forte foret damnoſa iuuentus
Imperio:patrui dixit prudentia regno
Præfit:& æmonio quod erat Centaurus Achilli
Sit ſenior puero:teneros regaliter annos
Nutriat:& ſolio iuuenem ſublimet adultum:
Vtq; ſalutiferi ueniant in regna nepotes
Extendenda/nouam monti domus alta feretro
Det Gonzaga nurum:genitrix Gonzaga uirorum
Inuictorum armis:quæ ingenti corpora mole
Atq; giganteas uires & martia corda
Ferre ſolet/quorum occurſus formidet Achilles.
Q ualis adhuc primæ feruens ardore iuuentæ
Surgit ad armorum ſtrepitus belliq; tumultum
Franciſcus nouus Alcides: qui immania monſtra
Calcat/& eualuit nemeæo obſtare leoni
Victor adhuc puer:& lernæ modo uerberat hydram.
Dixit:& ex oculis cum uoce receſſit imago.

.·:F I N I S:·

Baptiſtæ Theologi Carmelitæ Mantuani ad Io.Bap
tiſtā Refrigeriū cōſolatio ī morte Collæ aſculani.

Vice Refrigeri uatum decus aoniorum
d Qui ueteres riuos bibis & noua fluia phœbi
Dulciloquus lauræ uates ubi proluit ora.
Extinctum noſtra dici teſtudine collam
Poſcis:& antiquæ me regna reuiſere dirces
Oblitum per iter:lucoſq; ſubire ſilentes
Rupit ubi ſanctos monſtri grauis ungula fontes.
Cogit amor parere.tamen graue pondus abhorret

Debilis:& tardi ſenſus ſibi conſcia uirtus.
Ingrediar quaſi nauta fretum cui nulla ſecundat
Aura.legam remis / donec ferat æolus auſtros.
Rore meduſeo quiſquis perfuſus & arte
Fretus apollinea uult digno extollere cantu
Ex oculis raptum præſente funere collam/
Diffuſum lateq; patens ſe mittit in æquor
Non niſi conſumptis ſubiturus littora remis.
Hic uir erat/quem dum terras pietate carentes
Flaminiamq; premi bellis ciuilibus oram
Vidiſſent ſuperi/quorum oſſa Bononia ſacris
Aedibus obſeruat/fractis miſere daturum
Rebus opem.ſuperis etenim tutela piorum eſt.
Hic uir erat ſimilem raro cui noſtra tulerunt
Tempora/cordato ſeruans in pectore mentem
Innocuam:longo rerum prudentior uſu.
Conſilio bonus/ore potens/pietatis & æqui
Publicus aſſector.doctrinarum atq; leporum
Hoſpitum redimendum ederis/& uirgine phœbi
Eximius foris atq; domi / bellumq; togamq;
Ante alios doctus:doctus componere pacis
Ocia ciuiles iras compeſcere doctus
Præcipiteſq; leuis uulgi ſedare tumultus.
Illæſum ſeruare inopem/ſuccurrere egeno.
O quotiens rixas quotiens ſurgentia pugnæ
Germina ſuccidit / primoq; reſpreſſit in ortu.
Sæpe recrudeſcens odium fracturus in arma
Proſiliit.clauſitq; ſuo fera bella periclo.
Neue forent orbi ſeruata prole parentes
Fecit:& obſcuro mortis de limine rapta
Duxit ad afflictas ſua dulcia pignora matres.
O quotiens uetuit triſtes incædere pompas
Funeris & ferri teretes per compita tædas.
Si modo lex eſſet qualis fuit ante latinis
Cingere frondenti uictricia tempora quercu
Belligero ciuem ſi quis ſeruaſſet ab hoſte/
O quotiens decus hoc quotiens hæc gloria collam
Inſigniſſet.honor nulli datus iſte fuiſſet
Sæpius:a teneris ita ſe aſſuefecerat annis.
O dignum pylios hominem qui uinceret annos/

Et qũi chalcidicæ uatis tranſcenderet æuum.
Omne bonum paucis properans elabitur horis,
Inuiſaſq; domos hominum pollutaq; linquens
Limina, ſyncærum petit unde receſſerat orbem:
Non ſecus ac uariis emiſſi fontibus amnes
In magnum refluo uoluuntur Nerea curſu.
Nam quod amant ſuperi procul a tellure lutoq;
Ad ſeſe in ſublime leuant: terrenaq; regna
Egregiis ſpoliant animis. Dictæa corona
Iulia flamma, puer phrygius, Iouis hiſpida nutrix
Et fera quæ circa ripheum uoluitur axem
Hoc docuit. Teſtantur idem noua funera collæ.
Et quicquid placuit ſuperis rapit arduus æther.
Et licet aſculeæ ueniens a mœnibus urbis
Fregit ubi æacidem Romana potentia Pyrrhum
Aduena flaminiis foret & nouus incola campis,
Felſinea tamen urbe ſenex donatus adibat
Concilium patrum, & conſulta arcana ſenatus
Sexdeni: quæ felſineis eſt ſumma poteſtas.
Hic plæbem populum ac patres gentemq; ſequutus
Bentiuolam genus excellens & amabile nomen.
Magna quidem, meritis tamen & uirtute minora
Dona tulit. patriæq; ſuæ decus attulit ingens.
Venit ad exequias & lamentabile funus
Turba frequens animi lachrymis teſtata dolorem.
Vix alium tantis fleuit ſingultibus unq̃
Felſina: uix tanto fuit unq̃ naufraga luctu.
Germanum fleuere patres, fleuere minores
Patronum, miſeri atq; inopes fleuere parentem.
Q ualis enim ardenti quom delius ignea curru
Herculeæ premit ora feræ morientibus herbis,
Riuus, & altiuolis cribrati nubibus imbres
Hic uir erat talis miſeris & egentibus, ante
Q uam foret illius facies tua funere triſtis.
Affuit hannibalis proles pulcherrimus heros
Et patriæ princeps & libertatis amator
Ignea dentatæ cui ſunt inſignia ſerræ.
Et ueteris mœſto lachrymas in funere amici
Fudit: & inferias triſti decorauit honore.
Sic noſtras fugit ille domos, fruiturq; cœlo

Mens abit in terris ſpolium mortale relinquens.
Tu Collam Baptiſta graui mœrore ſepultum
Proſequeris:lachrymiſq; modum non ponis amati
Fata ſenis plorans longo ſine fine dolore.
Hactenus eſt fleuiſſe ſatis.decet ocia feſſis
Reddere luminibus.longum ſuſpiria tempus
Increpat.hoc animo forti negat eſſe decorum.
Hoc potius muliebre opus eſt,& molle.quod omnes
Magnanimi forteſq; uiri damnabile dicant.
Hoc eſt more feræ ſenſum ſine legi uagantem
Poſthabita ratione ſequi. Si triſtia ferre
Non potes,humanis opus eſt diſcedere rebus.
E uita migrare opus eſt.quia uita dolorum
Eſt pelagus,fons curarum,ſentina laborum.
Quid te inconſulte pergis macerare?quid omnes
Perdis in hoc caſu lachrymas,quaſi nulla ſuperſint
Tempora quæ poſcant lachrymas. fœcunda malorũ
Sors tibi multa parat luctu non flenda minori.
Paulaum lamenta moue. nec libera curis
Lora dato:totoſq; ſinus ne pande querelis.
Vna dies homini non eſt ploranda,ſed ætas.
Mœrori gemitus aliquot ſeruare futuro
Ne pigeat:lugubre aliquid lux altera portat.
Quod doleas aurora dabit tibi craſtina ſemper
Colla tibi lachrymis uolat in ſublime relictis.
Atq; leues hominum curas uanoſq; timores
Mortis,& inſanum uitæ inconſtantis amorem
Mirantem pudet his tantum latuiſſe ſub umbris
Stulticiæ pudet humanæ.Mens ebria quando
In membris habitat mortalibus,omnia uiſu
Proſpicit obliquo. nec cœlum agnoſcere,nec ſe
Scire poteſt.moles terreni corporis aufert
Iudicium.plorat quæ ſunt ridenda. pauetq;
Profutura.cupit nocitura.ignara futuri
Interitus ſtudioſa ſui labat,ambigit,errat.
Vilibus exemplis res inſinuare latentes
Cogimur. ex minimis deprendere maxima fas eſt.
Si qua ouis in tenebris & opaco ſemper ouili
Vixerit ignoranſq; diem ſub nocte ſeneſcat.
Nec riguos unq̃ fontes nec amœna uirentis

Rura ſoli, neq; florentes cognouerit agros
Non uolet obſcuri trans pallida limina tecti
Ferre pedes aſſueta fimo breuibuſq; latebris
At quæ graminei cognouit paſcua campi
Quæ potauit aquas riui ſalientis & amnes
Quæq; ſolet molli recubans in gramine natos
Mirari inter ſe teneris colludere in herba,
Et nondum natis prætendere cornibus iram,
Mane memor ruris ballatibus hoſtia crebris
Pulſat, & ad campos rogat importuna reduci.
Sic qui mente polum fuerit tranſgreſſus, & altos
Viderit æterno fulgentes lumine cãpos
Non metuit tua ligna charon: non flumina lethes.
Nec pauet ad triplicis latrantia guttura monſtri:
Hæc trepidant, quibus ignauos inſcitia ſenſus
Lætheis hebetat nebulis: quæ in tartara prona
Ora gerunt: nullumq; tenent in pectore numen:
Aſpice ſidereum paulus qui uiderat axem
Quam magno terrena animo contemnat, & ipſam
Qua nihil eſt homini grauius quo pectore mortem
Intentatam adeat: rigidos ut rideat enſes.
Heu demens heu mentis inops heu luminis expers
Qui ſolas miratur opes telluris & undæ.
Nec uidet æthereus cur tot ſplendoribus orbis
Luceat: & tantum cur ſol ferat ore decorem.
Scilicet arrident nobis cœleſtia: noſq;
Læta uocant, uultuq; inuitant aſtra ſereno.
Nos bona ſola rati noſtros quæ proxima ſenſus
Dulcibus illecebris palpant, curare ſolutos
Credimus hæc eadem, tantum eſt dementia, manes.
Quæ peiora colunt animæ loca tartareumq;
Sub phlegethonte chaos, uitales forſitan auras
Vt fugiant tormenta uolunt. iterumq; ſubire
Corpora. & ægra pati rurſum moribundaq; membra.
Sed quæ fœlices habitant immobile cœlum
Quaſq; ſub obſcuris cruciat breuis ignibus ardor
Vt ſuperos ſine ſorde petant, & in æthera functæ
Fecibus aſcendant, remeandi in corpora nulla
Cura mouet. nullo uiuendi ardore feruntur
Illectæ campis illæ melioribus, iſtæ

Tempora ne perdant:& quo cœleſtis olympi
Inueniant breuiora uiæ compendia ad arcem.
Accipe:& antiquos paulum reminiſcere caſus:
Quos legiſſe etiam primo te credimus æuo.
Nauibus inſtructis euxina per æquora colchi
Ex aſia europam curſu petiere citato
Cum Medæa patrem fugiens tulit aurea ſecum
Vellera:& occiſi diſcerpſit uiſcera nati.
Curua diu poſtq̃ legerunt littora circum
Remigio abſumpro feſſis iam puppibus iſtri
Grandia conuerſis ſubierunt hoſtia proris
Fluminis hoſpitibus ripæ arriſere uirentes:
Et longe herboſo ueſtiti gramine campi
Pannoniis tandem regnis ratibuſq; relictis
In loca uenerunt agris contermina noſtris
Illyricum iuxta pelagus ripamq; timaui.
Miratiq; ſolum fœlix fœcundaq; rura
Et noua regna magis phœbo uicina calenti
Dedidicere lares patrios & frigida ponti
Rura.ſuaſq; alio ſedes ſub ſole locarunt.
Et fluuio per quem fluctus liquere marinos
Traxerunt quod adhuc retinent cognomen ab iſtro.
Quod ſi terra ferax & agri melioris imago
Vſq; adeo ſcythicæ duriſſima pectora gentis
Flexit:ut & dulcem patriam charoſq; penates
Sponte ſua linquens italis conſederit oris:
Cur animas quæ iam pedibus ſublimia calcant
Sidera:quaſq; breui pœna afflictura dolore
Mittet in æthereos paruo poſt tempore ciues
Miramur natale ſolum contemnere:& omnem
Progeniem poſt ſe terrena in luce relictam?
Eſt etiam quare remeandi nulla libido eſt
Manibus hæc ratio.q̃ ſcilicet omnia norunt
Sæcla illuc pronis ut lubrica flumina lymphis
In mare deferri.q̃ proxima fata ſuorum
Eſſe uident.ſperantq; breui ſe cernere functos
Corpore quos ardenter amant:ac cernere curant.
Adde q̃ aſſidue properantibus undiq; ad orcum
Ex tellure animis quos carcere fata relaxant
Quicquid agunt uiui in terris & in æquore diſcunt.

Dic age cum luteo fractis e corpore uinclis
Euolat in tenues liber iam ſpiritus auras
Vtq; aiunt morimur gelidoſq; relinquimus artus
Quæ bona uel potius quæ non mala perdimus? errat
Quiſquis in hoc aliquid terreni fornice mundi
Syncærum putat eſſe bonum. Chaos omnia in unum
Hæc humana deus grandi coufudit aceruo
Triſtia cum lætis glomerans ſimul omnia miſcens?
Ne pax hoſte carens tranſiret in ocia ſomno
Dedita, ne noſtros ſopiret inertia ſenſus.
Vt cecinit ſolers rerum ſpeculator Homerus:
Iuppiter ante ſuum ſtatuit duo dolia limen.
Læuum felle uiret, dextrum capit aurea mella.
Quando leues animæ celeri per ſidera lapſu
Ingrediuntur iter, ueniuntq; in noxia membra
Sunt quæ cerulei crateras & pocula fellis
Sunt quæ mixta bibant cum glauco mella ueneno.
Mel nulli ſine felle datur. quia pura uoluptas
Mortales pertæſa domos & perfida regna
Poſtq̃ ceſſerunt ioue principe ſæcula patris
Fugit in æthereos naturæ ſimplicis ignes.
Fugit: & huc dixit nũq̃ ſine matre redibo.
Mater ei fuit Erigone, quæ innoxia rexit
Sæcula: quæ fugit ſcelus indignata nefandum.
Sunt quoq; qui memorent animas, cum ſidera lapſu
Prætereunt uolucri, moribundaq; mẽbra ſubintrant
A ſtellis trahere affectus habituſq; malignos.
Et dare Saturnum lachrymas: mendacia fraudes
Mercurium. cohitus Venerem. Mars dicitur iram:
Sol riſum, ſomnos nocturna infundere luna.
Hæc figmenta uolunt hominem dum ueſcitur aura
Aetherea non poſſe malis ſe abſoluere, quando
Ipſe etiam nocet aduerſis influxibus æther.
Doctiloqui uates animas obliuia læthes
Cur potare canunt quando in mortalia curſum
Corpora coguntur triſti deſcendere faro?
Nempe q; iſtius non poſſe incõmoda uitæ
Ferre putent illas, ſi cœli gaudia & illud
Dulce recordentur uitæ genus, unde coactæ
Sunt labi ad miſeræ uana hæc ludibria terræ.

Proſequar ærumnas ueterumq; antiqua malorum
Principia ex ipo ſic ſacra uolumina cogunt
Credere/ad humanas mentes labentia cœlo.
Prima deum priſcis legitur diſcordia chartis
Cœlituumq; graui motas in bella ruiſſe
Seditione domos:acieſq; in tartara uictas
Se turpi uertiſſe fuga. non nouerat ante
Bella recens mundus. prima hinc exordia pugnæ
Paruus adhuc & adhuc infans cunabula mundus
Dum tenet/ex utero matris uix ædita proles
Nondum nata rudes animos acuebat ad arma.
Iſta mali labes morbi hæc cõtagia coelo
Orta graui terras diuorum exempla ſequentes
Incendere igni ac magnis uoluere ruinis.
Nec dilata lues in ſæcula plurima / bellum
Geſſit prima domus:fraternaq; pectora primum
Funeſtis accenſa odiis docuere nepotes
Hoſtiles armare manns / & ſtringere tela.
Mors modo nata ſuas cum primum exercuit iras.
Atq; ſuis niti cœpit crudeliter armis.
Pugna fuit mortis genitrix. mors prima cruenta
Ac uiolenta fuit. uitam natura finebat
Longius ire:odium impatiens cohibere furorem
Non potuit.liuor ſtygia face concitus arſit
In ſe etenim fratrem offendens ſe offendit:& ipſum
Se perimit fratrem perimens.quia corpora fratrum
Corpus idem patris eiuſdem ſata ſemine eodem
Non erat enſis adhuc nec duri lamina ferri.
Nullaq; pinnatos feriebat machina muros.
Bella geri pugnis primo cœpere ſub æuo.
Hinc oritur pugnæ nomen.mox aſpera cornus
Fraxineæq; ſudes aliaq; ex arbore trunci
Et rigidi ſilices atq; uſu prœlia doctæ
Arma fuere feræ. Vaſtus canis ibat in hoſtes.
Aſſuetus certare leo. depreſſa ferebant
Cornua facturi ſemper duo uulnera tauri.
Dente ſues : curuis pugnabant unguibus urſi.
Inuentus mox uſus:equi frenata capiſtris
Ora manu regere incœpit ſpumantia ſeſſor.
A longe conpectus eques non terga ſedendo

Viſus equipremere:aſt unum duo copora corpus
Credita:centauros dici noua fecit imago.
Tum faber adductis accendere ſollibus ignes
Cœpit:& in gladios candens extendere ferrum
Vulnificiq; aciem chalybis præfigere ligno.
Et telis armare manus ac tela ueneno.
Tum clypei parmæq; breues: lituiq; tubæq;.
Venere:& rauco ſtridentia cornua cantu.
Tum didicit chalaber ſonipes cataphrattus in hoſtem
Currere:& armatos equites in proelia ferre
Oppida tum foſſis circundata:moenibus urbes.
Et procul auectæ peregrino a littore merces.
Tunc abies montana fretum ſulcauit:& alnus
Incrementa mali tepefactis ſanguine terris
Tunc etiam noſtra rubuerunt æquora cæde.
Tum procerum delecta manus. Tum typhis et argo
Inclyta phrixææ petierunt præmia lanæ.
Iam nullus ſine cæde locus: pax nulla per æquor.
Nulla quies terris.totum ſcelus occupat orbem.
Triſtia quid memorem theſææ garbaſa proræ.
Quid patris interitum theſei quid gnoſia uirgo
Te referam:quam durus amans pro munere uitæ
Liquit in ignotis morituram atrociter oris?
Quid iuuenem lacerũ:matrem quid amazona raptã
Confuſamq; domum Priami:troiamq; ruentem?
Quid genus eneadum?quid nigri regna Darii
Lapſa canam? Quid rapta ducis tentoria pori?
Quid ſiculum libyco ſpumantem ſanguine pontum
Prætereo:gallorum auſus italoſq; tumultus?
Arma tagi.taceo profugum paruoq; latentem
Nauigio Xerxem:totum qui abſconderat æquor
Puppibus:& latos armato milite campos.
Te quoq; prætereo tua quem pulcherrima proles
Miſit in arma ſenem luctuq; affecit amaro
Rex ſolymi uenerande ſoli. tua gloria tantis
Obſcurata malis:niſi te miſerata fuiſſent
Numina:in æternam uiſa eſt deſcendere noctem
Dicite agenorides infoeliciſſima thebæ
Claſſica & accenſos in mutua uulnera fratres.
Quid ſibi uult progne pectus ſignata cruentum?

Quid ciris turrita caput? Sua quælibet ætas
Quælibet orbis habet regio monumenta malorum.
Neue putes ſolos includi hoc turbine reges
Fœlicemq; dari tecto ſub paupere uitam,
Nuſq̃ tuta quies: regnum ſublimia tecta
Paſtorumq; caſas humiles maleſida ruit ſors.
Eſchilus euadens hominum conſortia ſolis
Errabat campis. non illi regna, nec urbes
Nil a ſorte datum quod perdere poſſet, habebat.
Carmen opes, & poma cibus. tectum fuit æther.
Ocia ſecuro inuidit tam dulcia uati
Et tandem incautum meditans qua falleret arte
Inuenit fortuna uiam. Teſtudine lata
Quam modo piſcoſa raptam de ualle ferebat
Aera per uacuum clauſo iouis armiger ungue,
Percuſſum caput in partes, heu, quattuor actum eſt.
Et ſacrum in gelida ſparſum eſt tellure cerebrum.
Reddere fœlices fertur uoluiſſe Metellos,
Sed uetuit rapidis ex ignibus eruta Pallas:
Atq; repentino mors intentata tumultu.
Incœpit prodeſſe homini: cœptiq; repente
Pœnituit. ſic inconſtans, ſic perfida ſemper.
Si quibus indulget multum, ſeruatq; tenorem
Proſperitas. & blanda diu fortuna ſecundat,
Formidanda magis: nam contrahit omnia in unum
Aſpera: ut incautos uno magis obruat ictu.
Fata probant iſtud ſamii metuenda tyranni
Cui datus ex imis iterum fuit annulus undis.
Nam cum triſte nihil ſors ſemper amica tuliſſet,
Experiar certe quæ ſit ſors aſpera dixit.
Et ridens percuſſit aquas adamante marinas.
Nec mora, Rombus adeſt: eſcam ratus eſſe lapillum
Proſequitur rictu. & gemmam uorat ore natantem.
Forte ſuperueniens piſcator in æquora fundam
Iactat, & incluſum piſcem dat dona tyranno.
Ille auro ſimul & rhombo gemmaq; potitus
Credidit in ſe aditum ſorti non eſſe ſiniſtræ.
Inſidiis tandem captum crudelis oroetes
Iuſſit in excelſo lapidoſi uertice montis
Affigi: prædamq; feris auibuſq; relinqui.

Q uid breuia incerte fugitiuaq; tempora uitæ
Stringimus?ætatem properantia ſidera noſtram
Diripiunt.meliorq; prius pars occidit æui.
Eſt tamen indoctum uulgus quæ fallere poſſit
Falſa boni ſpecies:quam qui comprendere fruſtra
Nititur imprudens & ſpe ſe ludit inani
Hic eſt falſidicis ſua qui quæſiuit in undis
Ora puer modo flos retinens cum nomine formam
Apœninigenæ prope ſaxea flumina Rheni
Sylua per umbroſas ubi ſurgit plurima ualles
Vidimus humanæ ſpeciem uitæq; neciſq;.
Hic quercus iacet annoſo quæ elanguit æuo
Hic procera abies/crebris quam lata ſecuris
Ictibus excudit/dum uox a rupibus altis
Pulſa redit:reſonatq; aſpris in cautibus eccho.
Hic alni tiliæq; leues/& fraxinus ingens
Præcipites iuxta ripas quæ creuerat alto
Radicata ſolo cum grandibus eruta ſaxis
Procumbit glareæ:atq; comis cubat arrida lapſis
Glandiferas illic auſtri uiolentia phagos
Strauit harenoſo implumis iacet æquore truncus
Soliuagis umbroſa feris habitacula quondam
Garrula frondoſo dulces quæ in culmine nidos
Fouerat/ablatum nemus admiratur:& umbras
It quæſitum alias:aliiſq; cubilia ramis
Fabricat:inq; noua ſuſpendit pignora fronde
Sic homines in fata ubeat non exitus idem.
Hic ruit ex alto præceps:animamq; gementem
Exhalat colliſus humi. ſubit ille ruinam
Mole ſub ingenti fractus. Iacet obrutus undis
Alter.equo labens alius perit.Ilia contus
Huic penetrat:tepidoq; cadens rigat arma cruore.
Et tandem uariis mors omnia caſibus aufert.
Q uicquid alit tellus auida uorat improba fauce.
Magna deum mater grandi turrita corona
Q uæ ligat idæo libycos temone leones
Q uicquid ineſt nobis fluxum & mortale capaci
Colligit in gremio uitæ nuda oſſa futuræ
Seruat/& implendos auris melioribus artus
Q uid iuuat aſſiduis curas augere querelis?

Non reuocant ſurdos hominum ſuſpiria manes,
Noſtra nec extinctis poſſunt lamenta mederi:
Qui ſemel occiderit dulceſq; reliquerit auras
Non illum noſtri gemitus non humida fletu
Lumina, non pullati humeri, non plurima mento
Cæſaries, non ora ſitu ſquallentia turpi:
Sed neq; dona deum templis oblata iuuabunt.
Hanc ſi forte duæ legem fregere ſorores
Quæ fratris potuere animam reuocare ſepulti,
Non tamen hæc nobis ſunt expectanda deum rex
Hæc facit: & raros miracula ſeruat in uſus.
Ponite mortales curas.qui condidit orbem
Ipſe regat.ſua ne pereant cuſtodiat ipſe.
Ipſe gubernator ſapiens, & amore paterno
Res hominum curat.quicquid deſcendit ab illo
Ferre decet:nec enim quicq̃ dat inutile nobis.
Quare illum totiens precibus pulſamus ineptis?
Arbitrioq; regi petimus cœleſtia noſtro?
Num cœli turbanda uia eſt ne funera fratrum
Ne morbi eueniant:ne grandine uapulet hortus?
Aſpice quo curſu cœlum qua mole feratur.
Et cupis illa tuo tam ingentia corpora nutu
Frenari, legemq; pati? Tu portio rerum
Tam breuis & uilis: cui formidabilis una
Eſt apis:inſomnem pulices animalia roſtri
Tam tenuis: dictũ indignum, quem reddeſ poſſunt,
Flectere uis ſuperos, & uincere fata precando?
Ac reuocare pios in olentia corpora manes?
Cor retine:& toto noli inſanire cerebro.
Non puer aſtyanax matri, non chara Creuſa
Redditur Aenææ:fruſtra ſua pignora plorat
Auſa nimis Niobe:fruſtra uocat hectora mater.
Quid teris argutæ neruos teſtudinis orpheu?
Quid canis ad ſurdos rapta pro coniuge manes?
Fata redire uetant, & lex immobilis orci.
Quid fruſtra alcides puerum per littora & agros
Quæris Hylam? Dum te inſano clamore fatigas:
Ille inter dulces uitreo ſub gurgite nymphas
Dormit,& affectus ridet mens libera noſtros
Non ſecus ac prouecti annis ridere ſolemus

Infantes cum nocte pauent tenebraſq; horreſcunt.
Tu quoq; quid ſurdum quondam florentis amici
Q uottidie irroras lachrymas Baptiſta ſepulchrum?
Crebra quid infeſtant ægrum ſuſpiria pectus?
Hos tantos animæ luctus / ſuſpiria noſtra hæc
Hæc grauiter lamenta ferunt. nam mutuus illis.
Eſt amor / eſt pietas. tolerantq; incommoda triſti
Noſtra animo. cur ergo animas uexamus amicas
Forte times diras leges acherontis auari
Inſignes pietate animas poſt fata ſubire
Exiliumq; pati æternum / & ſine fine dolorem.
Ne tibi ita illudas: neu rem turpem atq; nefandam
Hanc aſſcribe deo. nihil hæc niſi credere iniquum
Crudelemq; deum. quo nil abſurdius unq̃
Audiri diciue poteſt: natura tonantis
Q uæ ſumma eſt bonitas tantũ ſcelus iſtud abhorret.
Si neſcis uicio ſua ſunt / ſunt & ſua laudi
Præmia. nec tectis coheunt poſt fata ſub hiſdem
Candidior uirtus nitidoq; ſimillima phœbo
Et miſerum ſcelus obſcura fuligine tinctum.
Illa uolans pulchrum tremulis caput inſerit aſtris.
Hoc preſſum grauitate ſua ſe in tartara condit.
Iſta duas fecere domos ampliſſima tecta
Orbe alio diſtincta animis habitacula noſtris.
Viuimus hoc mixti / mixtiq; recedimus æuo:
Sed poſt fata deus meritis loca debita fixit.
Cœli orbem centrumq; ſoli diſtantia magnis
Regna interſtitiis: quorum confinia longe
Ne coheant clementa ſuis quater orbibus arcent.
Sunt quod a uicio fœdaq; libidine uentris
Blanditiæ nullæ nullus diuellere poſſit
Laudis amor: nullus larium timor infernorum
Et ueluti ſua luſtra ſues & olentica tecta
Præponunt regum laribus / quos nobile circum
Veſtit ebur / pario tellus ubi marmore fulget /
Sic hominum genus iſtud iners & inutile prorſus
Ocia delitias ueneres conuiuia & omne
Q uod ſenſum delectat opus præponit olympo.
Hos procul a ſuperis cœliq; decemplicis axe
Pellit ad æterno deus antra ſonantia luctu.

Huc omnes quibus eſt nimium dominata uoluptas
Et diuina quibus uiſa eſt nimis aſpera uirtus
Degeneres animæ quaſi purgamenta feruntur.
Sunt quibus aſpectu ſuperi meliore dederunt
Mitius ingenium minus implicitumq; tenebris:
Corporeaq; minus preſſos calligine ſenſus.
Hi q̄q̄ maiore animo nitantur ad aſtra
Non tamen omne nefas poſſunt auertere contra
Conſpirante orco/ſenſuq; in bella uocante
Sæpe animum.ſæpe amiſſa rationis habena.
Sæpe uelut uentis nauem/rapientibus extra
Rectum iter infeſtis rationem affectibus ægram
Propterea functos uita contagia terræ
Imbibitaſq; abolere opus eſt poſt funera ſordes:
Hi ſubeunt ſtygios amnes:errantq; per umbras
Donec peſtiferos mores & noxia uota
Exuerint.Auro tandem quod in igne recoctum eſt
Perſimiles lucem ſubeunt/& in æthera migrant.
Sunt quæ cœleſti perfuſæ nectare mentes
In purgata magis labuntur corpora/quando
Fortunata iuuant clementi ſidera uultu.
His oritur coniunctus amor uirtutis:& omnes
Aduerſos ſuperant inuicto pectore caſus.
Et quia deberi norunt uirtutibus aſtra
Lubrica derident mortalis tempora uitæ.
Hos multis fortuna modis contraria iactat
Nō ſupat. Scopuloq; inſtar fremitum maris omnem
Immota qui mole ferunt/ſub pondere nullo
Deficiunt:etenim nullo ſub pondere uirtus
Conſumata labat.moribunda & tabida membra
Eſſe ſciunt animi æterni tectoria quædam
Non uictura diu/ruituraq; tempore paruo
His cœlum ſe ſponte aperit.redeuntibus omnis
Cœlituum chorus aſſurgens occurrit:& altam
More triumphali gaudens aſſumit in arcem.
His pater extremi qui ſumma cacumina mundi
In ſtellante throno reſidens tenet/annuit alta
Fronte ſuam uultu ſobolem confeſſus amico.
Aliger inſignis gladio atq; micantibus armis
Atria qui ſeruat/primoq; in limine ſemper

Excubat:& merita ingenti probat omnia lance
His quibus ad magni ſublimia tecta tonantis
Panditur introitus lætis ita uocibus inquit.
Viuite ſecuri iam nunc.ueterūq; laborum
Prœmia percipite:& ſedes implete beatas.
Diſcite quid pietas/& quid reuerentia legum/
Quid ſeruaſſe fidem/quid flumina ſancta ſubiſſe.
Quid caſtæ mundæq; manus a ſanguine & auro/
Quid cœlo delatus honor.quid tura quid ignes.
Profuerint.grateſq; pio perſoluite regi.
Talibus ingreſſi cœleſtia limina dictis
Immortale bibunt diuorum pocula nectar
Quantum quiſq; ſitit.paſſim conuiuia:paſſim
Quæ nūq̄ pariunt alacres faſtidia menſæ.
Omnibus una fames/eadem ſitis omnibus: unæ
Sunt epulæ cunctis. ſed pars non omnibus æqua.
Tranſit in has igitur partes genus omne animarum
Nam uel regna tenent quæ purgatoria dicunt/
Vel damnata malis nūq̄ ceſſantibus: Ether
Reſtat apex mundi/diuum domus atq; tonantis.
Non habet in Collam uis tartarus. Illa repellunt
Antra pias animas.fugit impia tartara uirtus:
Et phlegethontæis nunq̄ fuit incola campis.
Vel ſuperos adiit: uel certo temporis orbe
Exulat:ut maculas luſtralibus abluat undis.
Mox iter ingrediens qua primo lucifer ortu
Nunciat indorum populis aſcendere ſolem
Ibit ad æthereos orbes & in ardua templa/
Qua duodena micant obliquo limite ſigna.
Tranſgreſſuſq; iugum cœli glacialis in altos
Scandet ubi loca lata carent uertigine/campos.
Quare age depoſito luctu & mœrore iacentem
Tolle animū:pelle hanc ſtygiam de pectore noctem:
Regna nec inuideas patriæ melioris amico.
Nos quoq; mortales cum uita exegerit annos
Ibimus in cœtus illos/ubi gaudia plenis
Euomit æquoribus nunq̄ moritura uoluptas.
Thraicios mutare getas:qui extrema ſuorum
Læticia celebrant & dulci funera cantu.

∴ FINIS ∴

Baptiſtæ Mant.Carmelitæ theo.ad Romã de aduentu Inachi comitis Tendiliæ oratoris Regis Hiſpaniæ ad Innocentium octauum Pont. maximũ.

Oma triumphales ſi tecum uolueris annos
r Cum tua trans æquor libycũ miſere nepotes
Arma per inſidias tyriæ Carthaginis urbes,
Inuenies nullam maiora pericula gentem
Pro imperio rebuſq; tuis,nec plura tuliſſe
Funera,q̃ genus heſperium.ſine fine manebit
Fama Saguntinæ fidei. quæ punica nunq̃
Iuſſa tulit.potius uoluit dare mœnia flammis.
Communiq; ardere rogo: q̃ fallere Romam.
Obuia nunc igitur ueteres gratanter amicos
Accipe.Gerionæ claros hic cerne nepotes.
Et ciues cognoſce tuos Hiſpania quõdam
Iura habuit latii.populis par cura duobus
Et ſors æqua fuit. morum concordia, linguæ
Idem pene ſonus.patriæ communis utriq;
Heſperus.uno ambæ gentes de ſidere dictæ
Heſperiæ.quæ pax potuit contingere maior
Q uæ paritas melior,q̃ quæ deſcendit ab aſtris?
Heſperios igitur gaudens cape Roma colonos
Q ui procul extremæ digreſſi alittore terræ
Te longis adiere uiis per inhoſpita ſaxa,
Et iuga Pyrenes,per gallica regna,per alpes:
Atq; per excelſum duri caput appœnini.
Aſpice ut aduentu primo quaſi numina cœlo
Lapſa procul pulſo pacem genuere tumultu.
Nam cum Partenopes regem concordibus armis
Impeterent regni proceres,ſcis quanta per omnem
Italiam ſubito mauors exciuerit arma.
Italides a fonte padi commouerat omnes
Ad ſcyllæ furor uſq; canes,reginaq; ſaxa,
Longus ubi ionias cadit appœninus in undas.
Exue mœrorem.Tempus deponere ferrum
Admonet.hi cum pace tuos ſubiere penates.
Et martem pepulere tuis de finibus uſq;
Ad ſalis iſmarii populos:ubi dicitur ortus.
Pone ſagum ciuile togæ decus indue longæ.

Pro lituis rediere fides.arguta ſuperbam
Depellit Sambuca tubam.tranquilla tumultum
Pax fugat:& profugi redeunt in rura coloni.
Ad ſua plauſtra boues.fortes ad aratra iuuenci.
Iam fora ſollicitant lites. annona per altum
Nauigat:& plenæ tyberina per hoſtia puppes
Vina ferunt cyrnea cadis ſpumantibus. Vrbem
Samnites uolſciq; petunt impune receſſit
Inſidiarum omnis metus.& latronibus omne
Iam nemus eſt uacuum.ludunt in mœnibus urſi.
Iam canit ad teretem pubes romana columnam.
Hæc tagidæ tibi dona ferunt.caput erigæ:& aliam
Frontem attolle.oſtro/gēmis redit uſus & auro.
Gaudia fert tam fauſta dies.hiſpania mittit
Gaudia.pacificum poſcit ſibi gaudia tempus.
Spargite fronde uias uiridem ſuſpendite myrtum.
Ferte timum.plenis & gramina odora caniſtris.
Ferte oleæ ramos.& tempora cingite lauro.
Et quo maiori ſaliant præcordia plauſu
Accipe quis tantæ caput eſt ductorq; cateruæ.
Inachus illuſtri ueniens ab origine gentis
Mendociæ/cui magna ſubeſt tendillia laio
Margine terrarum/qua pinguia permeat arua
Betis oliuiferis properans in dorida ripis:
Regius orator. Clarus belliq; togæq;
Officiis.quem caſtaliis dignatur apollo
Fontibus/enſe ſuo belli pater.Aegide Pallas.
Cum uehit hiſpanas animoſa in bella falanges
Territus incurſu tanti ducis ora fugaci
Vertit equo/refugitq; ſuam ſaracenus in arcem.
Sicut præcipiti fugiunt ſtridore uolantes
Inſtantem quotiens aquilam uidere columbæ.
Scit mores animoſq; uiri ſimulatus alamæ
Murus/& albenti circūdata mœnia uelo.
Et ne tam inſolitum belli ſtratagema ſepultum
Sit tibi Roma/canam.fortes audite latini.
Diruerat fragiles hoſtilis machina mutos
Cum iam ſol nocturna cadens accenderet aſtra.
In ſummis urbs alta iugis monſtrabat apertum
Hoſtibus ingreſſum. ſed formidabile noctis

Tempus obeſt animis.dant corpora feſſa quieti
Mane reuerſuri. Summa uigilabat in arce
Inachus.& nudum cernens latus/arte ruinam
Clauſit/& inuento noua mœnia condidit aſtu.
Pictores quot erant uocat:& conſuta figuris
Lintea murorum ſcribi iubet atq; ſilenti
Nocte locans ſimulat reparatam mœnibus urbem.
Mane attollentes oculos de uallibus hoſtes
Suſpiciunt urbem integram/noua mœnia noctu
Iacta putant miranrur opus quaſi cœlitus ortum.
Pertesiq; moras & opum diſpendia:tollunt
Sarcinulas:& caſtra mouent. poſt terga repente
Inachus exiliens omnes obtruncat ad unum.
O genus inſuetum pugnæ. deluſit imago
Belligeratorum fortiſſima caſtra uirorum.
Et uicit pictura duces.induſtria tantum
Vnius molita uiri.mirabitur omnis
Ad quam fama huius belli peruenerit/ætas.
Legimus annales.ueterumq; reuoluimus annos
Europæ libyæq; duces / aſiatica bella
Nouimus:& nuſq̄ tam miræ inuenimus artis
Ingenium.talem nullis in gentibus aſtum.
Huc igitur tanti orator tibi regis/& autor
Pacis/& armorum tellus ſaturnia ductor
Inachus ingrediens ſancti ueſtigia patris
Venit adoratum / ſacrataq; limina Petro.
Roma tuas aperi portas:uel mœnia frange.
Iſte honor elæis datus eſt uictoribus olim.

∴F I N I S∴

IESVS MARIA.

Ad Pamphilum Saxūm Mutinenſem.

P Amphile Calliope ſoboles & Apolline nata
Inter Amadryads & oreads ædita nymphas
Dum nos implicitos curis urbana fatigant
Et procul abducunt a fonte negocia ſancto:
Florifero tu rure latens/ſacrata napeis
Arua tenes / dulciq; ſedens diuina receſſu

Ocia lentus agis:frueriſq; ſilentibus umbris:
O fœlix cui ſocraticæ ſuauiſſima chartæ
Pabula & altrices adhibent uitalia muſæ
Pocula:cui cœli radiis concordibus ignes
Leniter aſpirant:omniſq; indulget olympus:
Quem faciles diui quem ſors non inuida pergunt
Fortunare. Comes cui temperat omnia uirtus
Vota:premens animi fluctum. ſenſuſq; uagantes
In gyrum rationis agens:ut fertur habenis
Caſtor amycleis domitos egiſſe iugales:
Et quãuis (ea fama meas peruenit ad aures)
Militiam ſimules habitu:tamen Attica pallas
Tecum habitat:pulcrumq; tibi ſine gorgone pectus
Porrigit.& lactente ſinu blanditur apertis
Vberibus niueiſq; premens rigat imbribus ora:
Nulla pudiciciam uenus inquinat: Arma cupido
Continet:& tecum uirides innoxius agros
Luſtrat:aues tantum feriens:& in annua rurſum
Pignora ſopitas acuens uerno igne medullas:
Vrit ytim:ſcyllam inflammat:Pandione natas
Mane ſub auroram cum ros in gramina cœlo
Labitur:in dũmis accendit:& æmula cantu
Guttura ſollicitans mouet in certamina uocum
Omnia turbatam lenire potentia mentem
Cum ſua floriferæ redeunt ſolemnia maiæ
Rus habet agreſtem charites ſine ueſte choream
Arua per & ſyluas & compita ruſtica ducunt
Tunc mare tranquillum tunc eſt placidiſſima cœlo
Temperies:tunc eſt fœlix opulentaq; tellus
Deniq; tunc urbes ſtrepitumq; peroſa uoluptas
Fert ſpacians alacrem per rura uirentia greſſum:
Si captare feras & opaca inuadere luſtra
Venatuq; acrem iuuat exercere iuuentam
Retia.tela.canes.arcus.plenãq; pharetram
Præbet:& accincto tibi militat agmine luna:
Si libet ardentem quom ſol uolat altius æſtum
Euitare: ſoporq; oculis blandiſſimus inſtat
Sternit humum formoſa Dryas:gelidaq; ſub umbra
Grãmineos parat accubitus:ubi mollibus auris
Mota ciet lenem quercus frondoſa ſuſurrum

Ad riui ſalientis aquas ubi plurima garrit
Ales:odorati pingunt ubi gramina flores:
Quod ſi predari fluuios & aquatica regna
Et glauci delectat opus/maculoſa per amnem
Lina moues/amnem cuius uada uitrea ſulcant
Tergo albi lucente greges/uel harũdine mota
Piſcem agis herboſæ recubans in margine ripæ
Et prædæ arridens eſca rurſum induis hamum
Gaudentemq; ſuo fallis diſcrimine turbam:
Si placet aut laqueo uolucrem uel fallere uiſco
Aut aliis petere inſidiis:ut ab æthere lapſus
Fulminis inſtar/auem feriat pede pectore:& ore
Vultur/& aeriæ ſpectacula cernere pugnæ
Hæc nemus.hæc ualles.hæc dant tibi gaudia campi:
Vrbe quid ars operum inuentrix inuentaq; longo
Vſu/operum præſtare queat/quid magna uirorum
Ingenia efficiant:hominumq; induſtria conſtat:
Rura docent uires cœli/quid numina poſſint
Quid natura ferat:quoue ordine/gramem & arbor
Semine quo ſurgant:quid nix hyberna quid imbres
Quid uenti/& cœli regio conferre colonis
Quidue auferre ualent/quibus interlunia & iris
Officiant: iris curuo taumantias arcu
Multicolor phœbi radiis & nubibus orta
Quam potare ferunt tepidos e flumine nymbos:
Quod lunæ creſcentis opus. Quid mane. quid alto
Sole/quid occaſu facias/armenta gregeſq;
Quis cultus quæ cura regat quæ induſtria ſeruet:
Rus monet & miris oculos animũq; uacantem
Afficit illecebris/mentemq; reſuſcitat ægram:
Aſpice uti ſemen iactum putreſcat & inde
Vis occulta ſoli gremio & genitalibus aruis
Atq; caleſcentis cæleſti lumine phœbi
Irritata rudi tenuem de corpore partum
Ordiri incipiat uultum fœtura recentem
Pallet adhuc/mox ceruleum trahit ore colorem
Frons incerta prius ſpecieſq; incognita tandem
Panditur:& foliorum apices in mollia ſurgunt
Spicula/uel manui ſimilis diffuſa uirentes
Frons abit in digitos/ uel linguæ induta figuram

Tenditur/& certo currentibus ordine coſtis
Vndiq; ferratum creber facit angulus orbem:
Terra parens dulci teneros alit ubere partus
Atq; uligineum bibulis radicibus imbrem
Potat/in exiguis latitans natura cauernis
Et miris alimenta modis in corpora tranſfert
Creſcit opus ſenſim/longo iam ſtipite cortex
In ſolidos circa molem dureſcit amictus
Et liber occultam duro ſub cortice ueſtem
Texit/ut incluſum tenui diaphragmate corpus
Ambiat exteriorq; minus chlamys aſperet artus
Fortior in ramos truncus iam ſurgit/& alto
Vertice/ſub foliis umbroſa comantibus arbor
Accipit hoſpitio uolucres/& porrigit umbram
Pubertate ualens & iam fœcundior ambit
Nomen & officium matris ſtudiumq; futuræ
Poſteritatis habens/generandi ardore caleſcit
Iam floret/noua iam proli incunabula ponit
Parturit/& mediis proles de floribus exit
Imperfecta rudis/teneroq; in corpore clauſum
Semen habet:quo cum mater deceſſerit/arbor
Altera conſurgat ſimilis: ſic prouida rerum
Eſt natura parens:ſua q; mortalia norit
Pignora/uitali ſobolem cum ſemine profert
Cruda nouæ frugis triſtes infantia ſuccos
Emollire nequit:ſenſim miteſcit:acerbam
Duriciem calor eneruat:penetrabilis æſtas
Phlegma coquit:longiq; domant fera uiſcera ſoles:
Purpurei tot ueris opes tot ruſtica tempe
Delitiaſq; ſoli uarias præferre latinis
Faſcibus/& ſoliis regum ſublimibus auſim
Attalicæ quid gaza domus:quid regia cræſi:
Quid gladiis ſtipatus honos:quid pendula ſemper
Ambitio:fortuna fugax/ſecuraq; nunq̄
Proſperitas:& perpetuis obſeſſa uenenis
Vita tyrannorum/ſumpti pro laude labores
Præcipiti proſunt & eunti in tartara uitæ?
Viue igitur rebuſq; fidem præbere caducis
Neſcius.ad cœlum ſecuro annitere greſſu.

.:FINIS:.

BAPTISTAE Mantuani Carmelitæ Theologi
Sylua prima ad Ioannem Pontanũ ex tēpore.

Vum legerem nuper curis accēſus amaris
c Vraniem Pōtane tuam lucentiaq; aſtra
Et cœli ſtellantis opes, egreſſa repente
Luxit ut expulſa ſol tempeſtate uoluptas.
Carminibus uis tanta tuis/quantam neq; circe
Mec Medæa ſagax medicis inuenit in herbis.
Triſtibus applaudunt animis:& grandia cantu
Dulciſono totam rapiunt in gaudia mentem.
Hoc erat Amphion, quo mœnia ſurgere fecit.
Hoc erat orphæo qđ agebat flumina plectro.
Fœlices igitur/tua qui cunabula primum
Et ſacri uidere ortus primordia campi.
Si cœlo ĩ noſtras eſt tāta potētia mentes
Vt canit Vranie, tanti ſit credere fas eſt
Eſſe uagos aſtrorum ignes/cillenia certe
Flāma tibi nimium fauit:nimiũq; potēti
Sidere phœbæum pluit in tua pectora carmen.
Te uirides inter lauros baianaq; tempe
Per loca quæ ferũt coluiſſe Papinius olim
Pierides aluere deæ. Nos inter opacas
Mintius eduxit ſalices per aquatica Rura.
Inter arundineas, lutris ubi tecta, lacunas.
Propterea mea fila ſitum ſenſere paluſtrem:
Et rudis ex trunco nobis formata ſaligno
Eſt lyra:& articuli reſides/& ĩutile plectrum
Hos igitur tenues orſus primumq; futuræ
Limen amiciciæ ridentibus aſpice Muſis.
Romæ.

Baptiſtæ Mātuani Carmelitæ Theologi ad Benedictum Morandum cũ legiſſet eius libellũ contra ſenēſes æditũ cuius oratores corã pio Pōtifice max. Bononienſibus ſe præferebant.

Omponens ueteri præſentia tempora ſæclo
c Siue ꝙ huic noſtræ dominatur inertia uitæ
Siue ꝙ ætherei noceant mortalibus ignes
Seu ꝙ tunc natura potens modo feſſa creandis

Fœtibus & longo ſterilis ſit reddita partu.
Præteritis uideo tantum noua cædere/quantum
Collis auentinus pindo/Palatinus olympo.
Noſtra tamen paulo melior laudiq; priorum
Aemula progenuit fœlici ſidere quoſdam
Q uos conferre audet priſcis heroibus ætas.
Hos inter longæuo uſu tua cognita uirtus
Te aſſcribi Morande iubet. Nec ſtemata gentis
His opus eſt cenſere tuæ ſplendore parentum
Q uāq̄ claruerit late/tua gloria maior
Non eget.ipſa ſibi ſatis eſt.petit æthera pennis
Nequaq̄ icareis:proprias leuat altius alas.
Non ut luna nites alieno lumine:uerum
Ipſe tuo/ut cœli princeps & ſplendor apollo
Vtq; tuæ paulum recolam primordia laudis
In tua ſocratici ſubierunt pectora mores
A teneris.tibi tunc etiam fuit hoſpita uirtus.
Et laribus gauiſa tuis commertia tecum
Magna habuit:facta tibi conſuetudine tandem
Nupſit:& æterno ſeſe tibi fœdere iunxit.
Tu puer ingenuas non ut plæbeia iuuentus
Conſueuit longis doſtrinæ anfractibus artes
At celeri breuitate capis.facundia uenit
Obuia:& occurrit nondum quæſita poeſis
Sponte ſua.tam prona deus tibi ſidera fecit.
Non fuit in grais tibi res abſcondita chartis
Non fuit in noſtris. Phœbi tibi tota ſupellex
Cognita:& arcanæ penetralia magna Mineruæ
Tam ſubito ingenium ſtudiis adoleuit/ut eſſet
Inueniſſe magis quam te didiciſſe/putandum.
Tu ſapis ut cuſtos ouium parnaſidos aſcræ
Incola:quem ſubito muſæ inſtituere poetam.
At poſtq̄ frontis grauitas atq; aſpera mento
Barba uirum confeſſa fuit/non improba numi
Eſuries:non ſegnicies/non gaudia uentris/
Non obſcena uenus/non res flexere caducæ:
Publica res animum ſubiit.curare ſalutem
Et commune bonum patriæ/uelut ante ſolebant
Fabricii Fabiiq; ſenes mente incipis alta.
Et claros imitans proauos ueſtigia nūq̄

Fers obliqua.tuæ pietas cynoſura carinæ
Sola fuit regis hoc omnes duce ſidere curſus.
Te tua ſancta fides rebuſq; probata gerendis
Prouida ſedulitas,& maieſtate ſerenum
Os placida,nec non florentis copia linguæ
Ad uarias legatum urbes miſere per orbem.
Munere fungentem tali te hiſpania quondam
Te Italiæ populi uidere: & maxima Roma
Sæpius:aſt illo præſertim tempore, quando
Sena tuæ uoluit patriæ temeraria ſeſe
Audaci preferre animo.Sene inſcia quæ ſit
Gloria Felſineæ gentis. Tua Felſina quondam
Etruſcæ ditionis erat caput ante iugoſis
Longi apœnini q̄ Sena inſederit armis.
Corporis ammiſſis longo iam uiribus æuo
Ipſa ſuum retinens mens inconcuſſa uigorem
Ocia neglexit:quantum perferre ſenectæ
Eualuit longis attrita laboribus ætas
Dat priſcæ pietati operam:patriumq; tuetur
Nomen adhuc tardæ morbo,non uicta podagræ:
Pectoris occulto uirtus incocta receſſu
Protulit Entelli ceſtus & robore crudo
Egit præcipitem Senam uelut ille ſuperbum
Ac fidentem armis uiridiq; ætate Daretem.
Q uo propas animoſe ſenex?Quid pergis in hoſtem
Debilis?imbellis quid adhuc bella aſpera tentas?
Q uid triſtes oneras curis grauioribus annos?
Ocia uult ſenium.placidam tua fracta quietem
Membra rogant. pacem emeritæ concæde ſenectæ.
Q uid cupis ad ueteres laurum ſuperaddere lauros?
Nonne tibi ſat ſunt ueterum monumenta laborum
Q uorum plena domus?quibus a tellure leuatus
Supra hominem iam te magnis heroibus æquas?
Q uid nouus aſſumptis caſus ſudare ſub armis
Impulit?Agnoſco quid ſit. Torpere ueterno
Non potes ipſa negat tibi mens generoſa quietem.
Et patriæ pietas,& neſcia cædere uirtus.
Iure facis:ſed iura ſuper.uireſq; ſenectæ.
Si Padus adriacis æquet ſe fluctibus, aut ſi
Barbarus euxinis iſter ſe præferat undis,

Si ſata perfundens meroæis iſica lymphis
Nilus aquas libyci certet ſuperare profundi/
Quo ſtomocho triton/quali excandeſceret ira
Protheus ſomne maris numen cui mobilis unda
Aequoris eſt curæ/iuſtis inſurgeret armis
Amphitritæa pro maieſtate tuenda.
Te quoq; dum patriam patriumq; tueris honorem
Nec ſinis exuuias temerarius auferat hoſtis
Communis iuſtas iniuria miſit in iras.
Nam licet in charos pietas ſit magna parentes
In patriam tamen & noſtros eſt maxima ciues.
Ipſa duci phrygio patrem uectare per ignes
Suaſit & ardentis troiæ ſeruare penates.
Ipſa quoq; armatum docuit tranſmittere coclem
Flumen:& exciſis excludere pontibus hoſtem
Ipſius auſpiciis ſaliens ſub inane baratrum
Curtius æternæ meruit compendia famæ.
Hæc eadem mittens inimica per agmina codrum
Cæde ſua docuit patriam ſeruare labantem.
Thebanumq; ducem ſtrictos ea miſit in enſes
Qui ſua pro populo moriens amplectitur arma
Hæc tibi uiuentes eadem meditata coronas
Te in pugnam Morande uocat:rugaſq; ſeniles
Herculeo accendit mens indignata furore.
Ite per hæc patrum ueſtigia ſancta nepotes.
Et ueteres imitare uiros generoſa iuuentus.
Decreſcit requie uirtus/adoleſcit agendo.
Ite per exemplum clari ſenis. ipſe labores
Fortia dum faceret melior præcordia ſanguis
Vicit:& in rebus fuit indefeſſus agendis.
At poſtq̃ uires abiere cadentibus annis
Ne foret ignauus/uocat in certamina mentem
Excitat ingenium. priſcas reminiſcitur artes.
Ruminat elapſum tempus:metitur olympum
Stellarum cognoſcit iter. complectitur orbem
Terrarum uigilanti animo ſubit æquora/cœlum
Scandit:& in ſumma mundi uidet arce ſedentem
Qui regnum tenet omne deum.uidet ordine ferri
Omnia perpetuo/certa uidet omnia lege
Et ſine lege nihil fieri.facit eſſe beatum

Mens tranquilla ſenem.longe iuuenilibus annis
Dulcius hoc ſenium.Vita hæc ſyncærior illa
Quæ leuibus ſtudiis omniq; libidine ſordet.
Multum igitur tanto ſtudioſa Bononia ciui
Vltoriq; tuo debes.ſi fecit achatem
Troius Aeneas tanti/ſi Neſtora tanti
Inclytus atrides.nec te decet eſſe tuorum
Immemorem.& qui te totiens iuuere iuuandi
Ad uitæ ſummam uſq; diem:monumenta ſepulcis
Danda:& ſiupereſt in poſteritate colendi.
Forſitan ante pii ratio q̄ cœca ſecundi
Eſt perſuaſa ſuæ palmam concædere Senæ
Crediderim ob triſtes radios frigentis aquari
Qui tibi naſcenti primum illuxiſſe feruntur
Et ueneris feciſſe odium/tepuiſſe parumper
Ingenium:& linguæ plectrum cecidiſſe diſertæ.
Adde q; extincto ſenibus facit omnibus igne
Somniferum natura gelu:quo incuria rerum
Immemor & tardo rediuiua infantia ſenſu
Pullulat:& ſimilis uitæ ſubit ultima primæ.
Corde latentem animum dolor irritauit: amorem
Ante oculos patrium manifeſtæ iniuria fraudis
Traxit:& accendit corda:ac iuueneſcere fecit
Et nōdum extinctos pietas noua flauit in ignes.
Vere nouo lætus iam ſole ſub æquora lapſo
Cum ſubiicit paſtor ſtipulis humentibus ignem
Ante habeat q̄ flāma uiam q̄ uiſcera lambat
Intima/cum pugnare opus eſt elementa.calorem
Frigora & humores abigunt.calor igneus urget
Frigora & humores.ſtipuliſq; exire coartans
Colligit in fumi nebulas.quas tollit in altum
Impetus ardoris:glomerantq; per aera uenti.
At poſtq̄ uictrix ſuperato frigore flamma
Emicuit/ſubito uires afflantibus euris
Explicat:atq; pyram rapido complexa uolatu
Vndiq; ſtridentes paleas uorat.atq; cacumen
Iam ſuperans uento nunc hac nunc annuit illac.
It cœlo ſcintilla rubens.extincta fauillam
Reddit:& in terras albo pluit arida nimbo.
Paſtores qui tunc pecoris uel ſepta reuiſunt

Vel tempeſtates notis ſpeculantur in aſtris,
Vt nigrum prius aſpiciunt rareſcere coelum
Flāmicomos altis ſpectant in montibus ignes.
Sicq; diu languens ubi tandem ſoluitur ardor
In ſublime uolans uacuūq; per aera ludens
In ſe hominum longinqua mouet ſoli æmulus ora.
Sic tua mens ſi forte fuit ſopita ueterno
Elicuit radios longe lateq; micantes.
Tantaq; de paruo prodire incendia trunco
Miratur quicūq; animi non nouit & artis
Poſſe tegi modico magnas in corpore uires
Res breuis eſt fulmen paruæq; in corpore nubis
Quod facit attonitos homines: quod diruit alpes.
Parua ſilex ignem cludit, quo maxima ſylua
Conflagrare poteſt. arſuræ incendia troiæ
Claudebantur equo: paruis mens maxima membris
Clauſa latet. cui ſi liceat ſe extendere, late
Regnat: & ex breuibus lignis magnū excitat ignem.
Vt ſublime uoles, hominūq; per ora feraris
Non opus herculea quæ monſtra immania claua
Suſtulit, aut arcu, quo ſæuum inuaſit adulter
Dardanus Aeacidem. nec qua cyllenius harpe
Cuſtodem inachiæ fertur domuiſſe iuuencæ.
Sed neq; palladio quo ſtrauit gorgona uitro
Perſeus aut alis ſyriæ quibus iuit ad urbes.
Sola animi uirtute opus eſt. Sint corpora q̄q̄
Aegra poteſt, uirtus decus immortale mereri.
Ipſa homines facit eſſe deos. ingentia facta
Conſtat ab ingenii potius q̄ corporis orta
Viribus. Eſt diuina animis uis inſita noſtris
Quam quicūq; bonas ſtudet exercere per artes
Tranſit in ætherios ciues: & poſſidet aſtra
Quantum mortales alios præcellit olympum
Tantum adit: eſt quidam gradus excellentia ad aſtra:
Incipit aſcribi coelo. diueſcere ſenſim
Incipit. & ſuperis pleno iam concolor æuo
Libera deſertis abit in ſua ſidera terris.
Non ſecus ac uolucrum nidi, cum facta uolandi
Copia, dant alas uentis: & uela figurant
Oblati ignauæ prima incunabula uitæ.

Sic & poma diu prius immanſueta colonus
Negligit:at poſtq̃ feritas crudumq; receſſit
Ingenium:color aſpectu iam lumina pulchro
Iam nares inuitat odor. ſpondetq; palato
Dulce aliquid.tum uimineis matura caniſtris
De matris collecta ſinu portantur in urbes:
In procerum thalamos:nitida in conclauia regum.
Sic mens ut ſcelerum fœda ebullierit unda
Atq; bonos longo in ſe habitus contraxerit uſu
Iam matura fugit terras. Vindemia mors eſt
Spirituum.meſſis mors eſt.ſunt horrea cœli.
Vinitor & meſſor deus eſt:diuiq; miniſtri.
Quare age docte ſenex ſenſim morientia membra
Negligeuicturæ ſemper cole numina mentis.
Vtq; ſoles doctis patrium decus aſſere chartis.
Et conſcribe manu nūq̃ moritura trementi
Carmina.Te a nobis ſero precor auferat æther
Nec uideant ſtygiæ te poſt tua funera ripæ.

.:FINIS:·

Baptiſtæ Mãtuani Carmelitæ Theologi ad Ioãnem
Baptiſtam Refrigerium de aduentu Ioãnis Baptiſtæ Sabelli Bononiæ Legati .Carmen.

u T cupis & fama eſt gentis Baptiſta Sabellæ
Immortale decus:ſacriq; æterna ſenatus
Gloria:felſineam Roma legatus ad urbem
Mittitur æmiliam iuſtis recturus habenis:
Aruaq; longæuæ quondam ſubiecta Rauennæ.
Non hic primus honos. iſtis non incipit annis
Tanta uiri uirtus.uetus eſt:& cognita paſſim
Tuſcus ager nouit.Romæ meminere penates
Flaminiæ meminere urbes.Tua Felſina (ciues
Percuntare tuos) non eſt ignara. uocabat
Ipſum inopum legumq; patrem:dum talia primo
Lora magiſtratu regit iſta per oppida quondam.
Ergo diem celebrare bonam gaudere ſecundis
Rebus opus: ſuperiſq; nouas perſoluere grates.
Per fora conſurgat concors plæbiſq; patrumq;
Lætitia:& celſis rutilent in turribus ignes.

Pendula ſuſpendat paries aulæa ſuperbo
Splendidus ornatu. pictus uenabula gallus
Vibret/& intextæ uolitent per ſtagna uolucres.
Igne crebro rutilent aræ. templa ardua fument:
Et caua multiſonis reſonent tinnitibus æra.
Geſtiat omnis ager. fieri iubet undiq; plauſum
Cõmunem cõmune bonum. caput hactenus ægrum
Elleuat. & frontem uirtus attollit apertam
In uires reditura ſuas/habitura fauorem
Præſulis/& mores emendatura nefandos
Gentis inhumanæ: quo ferrea ſæcula tandem
Duricia euicta uetus inſtaurentur ad aurum.
Nil optare poteſt unq̃ res publica peius
Rege malo: nil rege bono præſtantius. omne
Diſſipat omne bonum ſine lege licentia regum/
Vt boreas frondes / glacialis ut hordea grando.
Libertas eſt ſumma bonis ſub principe iuſto.
Roma ſub auguſto poſtq̃ pacata fuiſti
Quæ tibi libertas potuit contingere maior?
Quæ tibi traiano melior fortuna reluxit?
Fœlices igitur populi quos uiuere diui
Concedunt ſub rege pio: Quid ſæcula fecit
Aurea? Saturni pietas / clementia Iani.
Iſte ſenatores atauos/& magna parentum
Stemata non iactat. nec inani turgidus aura
Deſipit. at ſacras leges ineunte iuuenta
Socraticos mores/fidei documenta recepit.
Vt patriæ meliorem operam præſtaret/& omne
Officium/ſeſe iuuenis formauit ad omne
Tam belli q̃ pacis opus non horruit umbram
Carceris obſcuri/non formidanda minantium
Ora tyrannorum/mortem perſuaſus acerbam
Pro uirtute pati pro relligione tuenda.
Viuit in hoc Fabius: uiuit Cato. uiuit Horati
Ardua mens uicto pontem qui rupit etruſco.
Viuit Anaxarchus. Viuit genus illud auorum
Qui Romam rerum dominam fecere. Quod ergo
Egrégium facinus non eſt fœlicibus huius
Auſpiciis ſperare datum? Reuocate cadentes
Innocui ciues animos. ſperate reuerti

In decus antiquum.florere uidebitis urbem
Vt maio redeunte ſolum.Sperate quietem
Principe ſub tanto.leges conſultaq; patrum
Inſtaurare parat:ſcelerumq; extinguere cauſas.
Ergo decus patriæ ſanctoſq; reſurgere mores
Te gaudere decet/uirtus cui ſtoica ſemper
Eſt comes:& tetricos Senecas colis/atq; Catones.
Viue diu:cureſq; tuam Baptiſta ſalutem.

.·.F I N I S :·

Baptiſtæ Mantuani.Carmelitæ Theologi.Villa Refrigerii.

Dalium cypri laudant/ubi mater amorum
Callida dardanium ſecreta in ſede nepotem
Clauſit:ut occulto reginam accēderet igne.
Rura ſyracuſii celebrant trinacridos hyblæ:
Rapta ubi deſeruit comites Proſerpina nymphas.
Cæcropidis uicina placent iuga montis hymetti
Floribus æternis cultuq; comantia uerno
Semper/& hybernis nūq̄ uiciata pruinis.
Corycon extollunt cilices/& aperta uirenti
Antra ſinu:& croceis hallantes floribus hortos.
Littora quæ heſperius Bethys garamantibus auſtris
Obiicit/ora ſuas miſere per omnia laudes.
Theſſalicos etiam celebrat ſua græcia lucos.
Alcinoi phaeacis opes cocira:ſororum
Decolor heſperidum ueteres Maſſylia campos.
Accola Parthenopes biferi uiridaria peſti:
Atq; dicarchei florentem littoris oram.
Et ſua Benaco fama eſt:licet alpibus altis
Cinctus ad algentem uada uitrea porrigat urſam.
Quicquid enim Baiana ferunt/gauranaq; tempe
Ipſe habet:ipſe oleæ locuplex/inſignis hiacho
Et lauro dumeta uirent/& littora myrto
Luxuriant/curuata gemit ſub pondere cedrus.
Arbor hydaſpæis/quam media miſit ab oris
Fruge magis q̄ fronde ualet/rubor aureus orbes
Veſtit odoratos:decorant prouentibus iſtis
Nobilium menſas:& eunt per prandia regum.

Me uero delectat ager, qui reſpicit ortum
Flaminiæ in paruos ubi mons ueſtigia colles
Tendit: & accepto tellus manſueſcit aratro.
Propterea tua rura iuuat Baptiſta parumper
Viſere: & inceſſu tumulos aſcendere lento,
Ac luſtrare locos omnes: ubi ludere nymphæ
Sæpe ſolent: ubi feſſa dryas ſub mitibus umbris
Accubat. in gelidis ubi mollis oreades antris
Herba fouet. Diana ſuas ubi ſæpe pharetras
Soluit. & enerui dormit ſub frondibus arcu.
Et quia læticiam carmen decet, arua canemus:
Arua ubi fruge noua gaudent certare quotannis
Bacchus & alma ceres. ubi copia diuite cornu
Fundit opes ubi uite cados, meſſe horrea complet.
Audiet iſta tuus iam ſegnis auunculus æuo
Florius, & legum ſolitus diſſoluere nodos
Nobiſcum uirides circum ſpaciabitur agros.
Qua montana iugis undam claterna ſonantem
Ellicit, & curſu montem fugit alueus albo
In zephyrum uergens modico cubat ædita cliuo
Sacra domus phœbo tenui fundata ſub arce.
Pauperis Ociami. ꝙ amet locus ocia, nomen
Sumpſit ab antiquis: dextra læuaqꝫ perennes
Sub cliuo uoluuntur aquæ de fontibus altis
Per fruticum ſyluas per prata uirentia lapſæ.
Altius elati colles utrinqꝫ leuantur:
Hic uidet occaſum, ſolem uidet alter heoum.
Fingere parnaſi biiugum caput, oraqꝫ bina
Naturam uoluiſſe putes: quaſi cirrha cacumen
Hinc leuet. inde ſacro reſpondeat ore citheron.
Lucifer aſcendens primas hic porrigit umbras:
Prima rubens iſtos colles aurora colorat.
Hos oriens & cum medium tenet altior axem
Sol uidet: & quando ſubit oceanitidas undas.
Hinc licet Eridanum phaethontiadaſqꝫ ſorores
Adriacūqꝫ uidere fretum lataſqꝫ paludes
Quas montana pado late uomit unda refuſo.
Concaua falcatos flectunt duo brachia montes:
Atqꝫ thetralem uallis curuata figuram
Accipiens multa cingit latus undiqꝫ ſylua.

Hic nūq̄ fera ſæuit hyems:quia proxima ponti
Aequora titanis radios iaculantur in omnem
Flaminiam.magnis montes ne tranſeat æſtus/
Molibus occurrunt.phœbiq; cohercita uirtus
Cogitur aggeribus ruta in ſubiecta reuerti.
Fitq; calor frenans hyemem/boreamq; retundens.
Hic nunq̄ coquit arua canis nam lenibus auris
Afflatur prætenta mari nec læditur auſtro
Aereis defenſa iugis/aquilonibus ora
Tota ſalutiferis eſt obuia.tota ſerenos
Admittit zephyros/totam perlabitur eutus.
Paſcua pingue pecus ſatis indicat.aſpice tauros
Per dumeta uagos.quæ gloria cornibus altis.
Quantus ineſt oculis faſtus.palearia mento
Quanta cadunt/pingui tollantur ut ilia tergo.
Aſpice oues pecus innocuum/uix ubera portant.
Fertilitas tam læta nocet.quæ gramina tondent
Luce/reponuntur noctu.tam ſtrenua tellus
Tam riguum tam pingue ſolum.ſunt humida rore
Gramina adhuc/medio cum ſol iam feruet olympo.
Lampeties armenta uetus quæ prædicat ætas/
Quæ tulit alcides de littore gerionæo/
Quæ in tyriis habuit campis ſarranus agenor/
Quæ prius in Cæa.quæ mox ſardoa per arua
Pauit Ariſtæus q̄q̄ ſint inclyta famæ/
Dicite/quid poſſunt habuiſſe ſuperbius iſtis?
Aſpice ut in ſummas ederis ſerpentibus ulmos
Læta ſub ornatu uiridante ſuperbiat arbor
En frondes mentita ſuas decus arrogat illud
Ipſa ſibi.inſultatq; aliis/cum uertice caluo
Ammiſere comas borealia frigora paſſæ.
Non uenit ex libycis opulentia maior ariſtis
Nec Rhadamanthæis melior uindemia pendet
Vitibus.agricolas nunq̄ trituta fefellit
Paupere prouentu.nunq̄ fraudauit hiachus.
Nec fluit ex iſtis uindemia collibus una:
Nec uineta genus ſimplex ſortita.lageos
Deluſura pedes oculis factura tenebras
Hic uiret.& gelidis orianda ex alpibus olim
Rhetica/ab antiquo nimium laudata Catone.

Dactylides.pſythiæ preciæ uindemia prima
Vltima bumaſtus grandes imitata mamillas.
Sunt miſſæ a leſbo:ſunt ex Mareotide natæ/
Atq; thaſo chioq; ſatæ : ſed ſingula uanus
Cõnumerare labor. quia copia carmine maior
Sũnt humiles breuibus ualli diſcrimine paruo
More gregis iunctæ.ſunt quæ mediantibus annis
In longas directæ acies uaga brachia tollant.
Sunt quæ ſublatæ fulcris maioribus audent
Contextas equitare trabes/ut aperta diurnis
Solibus offendat pendentem porticus uuam:
Sunt quæ incuruanis faciunt umbracula ramis
Inuia Titanis radiis:ubi pinguia fument
Prandia:& æſtiuo calices onerentur hiacho.
Sunt quæ ſumma uelint tabulata aſcendere:& altis
Portari arboribus:circũq; cacumina ductis
Palmitibus totas abſcondere frondibus ulmos.
Paret humus dominis:quicquid iuſſere coloni
Tam docile ingenium/tanto ualet ubere/cœli
Tam faciles/breuibus natura coagulat horis.
Quid pingues oleæ baccas quid munera dicam
Matris atheneæ? flectit ſub pondere ramos
Pauſia,nec minus eſt radiis onus. Orchites æquant
Orbe iouis glandes. Viridem uidiſſe taburnum
Et tyburtis agros / noſtri quoq; littora ponti
Conſita oliuetis memini.genioſior iſtis
Non eſt uiſa locis uitæue ſalubrior ora.
Cerne capillatum caput uſq; ad nubila pinos
Tollere:& aereas ſuperare cacumine turres.
Aſpice melliferas frondes:quibus inguina primi
Abſcondere patres.Libycis quæ uenit ab oris
Sponte ſubit malus ſciſſoq; rubentia poma
Cortice ſuſpendens tyrio grana inficit oſtro.
Caſtaneæ tunicas ut matrum uiſcera pulli
Viperei laniant.ridere patentia apertis
Dentibus ora putes.rigidaq; horreſcere barba.
Singula quid memorem? Phæacia rura uidentur
Huc tranſlata.uiis adeunda liquentibus arua
Heſperidum.riguis tempe caua uallibus inter
Aemoniæ montes ueniſſe fatebitur illa

Atlas,& hæc homolus lapytis habitatus & othrys.
Ecce ſub ociamo qua ſol cadit, ubere uena
Naſcitur,& uiridi cingens uada margine lympha
Cogitur in fontem. pleno qui gurgite riuum
Parturit. ille ruens cliuo ſtrepituq; ſonorum
Voluit iter. properanſq; ſubit claternidas undas
Caſtalio ſimilis, paruam qui flumine ſacro
Phocida percurrens caput in permeſſide condit.
Rupe ſub umbroſa denſis ubi pendula ramis
Frondea tecta uetant æſtiuum accedere ſolem
Innumeræ ſtabulantur aues. Viden illud opacis
Sub foliis gelidum hoſpitium, cui populus albis
Imminet alta comis,tenues ubi riuulus undas
Ellicit humectans ueſtitam gramine rupem?
Aſpice garritu quanto, q̄ dulcibus omnes
Exercentur aues ſtudiis. hæc pabula natis
Inuehit. illa fouet nidos canit altera Regis
Martigenæ inceſtū memorās Philomena peremptū
Plorat itym. ploratus itys legit hordea picto
Tergore. perfodiens duro caua robora roſtro
Rex latii quondam proles ſaturnia picus
Purpureis ueſtit regni memor ilia pennis.
Sedula per ſtipulas tenera cum prole coturnix
Paſcitur,& magno natorum examine perdix.
Iam natura loci ſatis eſt monſtrata deinceps
Tecta Refrigerii modico ſita monte canamus.
Area ueſtibulum quadris circūdata muris
Efficiens monti pluuioq; obuectitur auſtro.
Veſtibuli lata ingreſſum dat porta patentem
Et tecto ueſtita breui teſtudinis altæ
Accipit occiduum ſolem foris undiq; diuos
Quas larium tutela,auro minioq; nitentes
Aduentanti offert. ac religione ſuperbit.
Ad boream ſublime leuat domus ardua culmen
Et campis prætenta uiam uidet aggere ab alto
Quæ petit adriaci rubiconia littora ponti.
Hæc ſunt terga domus. ſed frons ſe tollit ad auſtrum:
Totaq; puniceis ueſtita ruboribus ardet.
Ianua prima domus ualuis breue pandit apertis
Atriolum. uiuis utrimq; ſedilia ſaxis

Accipiunt feſſos.hoc ſunt inſignia patrum
Circumpicta loco:& laudis monumenta uetuſtæ
Plurima:quæ agnoſcat ueniens ac perlegat hoſpes.
Excubat hic & fidus hero prima atria ſeruat
Crine grauis longæq; comæ ſub pondere tardus
Corporis exigui catulus ſed acerbus & aſper.
Ore minax:oculis ac dente ſimillimus apro
Quem quõdam Meleager apud Calydona peremit.
Stant curuæ toruam in frontem pro cornibus aures.
Pars ſuprema rubet:totum coma candida ueſtit.
Altius in lumbos ſurgens in ſeq; reuerſa
Cauda iubis micat:& paruum finitur in orbem
Cerbereas acuens diris latratibus iras
Submouet ignotos:& nunciat ædibus hoſtem.
Altera iam foribus monſtrat bipatentibus aulam
Ianua ueſtitam aulæis & imagine pictam.
Hic ſua Parnaſus tollit iuga:ſurgit in altum
Et nebulis Elicon uicina cacumina iungit.
Caſtaliæ ſua rui a dex:ſua flumina luſtrant:
Et citharizantes nymphas comitatur apollo.
Tres ſoles:totidem flammæ:tria corda ligantur.
Myſtica ſigna:ſuus quæ ſolum intelligat autor.
Hic maris & terræ domitor:cui gloria magnum
Fecit & æternum nomen Pompeius in orbe
Nec totus quoniam uirtus ducis inclyta maior
Orbe fuit caput atq; humeros ac pectora ſolum
Mõſtrat.in his membris mens noſtra ſimillima diuis
Fulget.& hic animi manifeſta apparet imago.
Circulus in gyrum poſitus inſignibus extra
Cingitur.hæ laudes ducis ultra ſidera notæ.
Pars prior iſta domus abeunti peruia præbo
Tota dies:tota excluſis luſtrata tenebris.
Ipſa ſinu immenſo late patet. alta lacunar
Coniugat excelſum tabulis laquearia pictis.
Lauta renidentes hic ad conuiuia menſas
Hoſpes ad hybernos ignes ad opaca per æſtũ
Frigora ſemper habet.toto locus utilis anno.
Ad libyam duo iuncta uno penetralia clauſtro.
Hic herus & coniunx habitant.hic pronuba iuno.
Hic ſine fraude fides:pietas ſine labe.pudorq;

Inuius. it uicio probitas obnoxia nulli.
Hoſpitis eſt boreas. ubi ſtrata cubilia cultū
Magnifico. hic noctu ſomnos hic ocia luce
Fas agere:& curis genio indulgere ſepultis.
Porticus auroræ longis obiecta columnis
Reſpicit oppoſitum collem:cui pallas oliuam
Cui bromius uitem / myrtum uenus:& Berecynti
Diua dedit pinum. ſoboles hyperione nata
Virgineam laurum.Collem qui uertice ſemper
Frondet odoratos uiridiq; abſconditur umbra.
Scande domum:primoſq; gradus:hic ordine eodem
Sunt totidem partes:iterataq; membra uidebis.
Scande iterum.congeſtæ onerant granaria meſſes.
Et coaceruatis fruges prouentibus altæ.
Subter humum caua cripta cados & mollia uina
Claudit:odor longo ſpirat mareoticus antro.
Plurima prætereo longis quæ extendere chartis
Non ſinit hora fugax:& anhello concita curſu.
Eſt tamen hic noſtro quod non decet ore ſileri
Magnum aliud Baptiſta decus:quod hymetia ſaxa
Et quicquid libyca uehitur rate marmoris alto
Vincat:& aurato fulgentes ære columnas.
Fida thori conſors tua Margaris:altera Dido
Altera Penelope:tenera uenus altera forma.
At quia non ſatis eſt ocii neq; temporis:iſtas
Differimus laudes: alia modo currimus aura
Plutarch9. Hic ſedem Plutarchus habet:peregrinaq; noſtris
Comparat: & magno heroum facta explicat ore
Liuius. Hic pater hiſtoriæ Liuius graue grande ſuperbum
Fatur: & eloquio terſo dulci atq; uenuſto
Saluſtius. Magnificoq; ſonans Romana Saluſtius acta.
Strabo. Hic Strabo uelut ex alto ſpleculatur olympo
Regna:urbes:pelagi tractus: quod circuit orbem
Quod dirimit terras mundūq; amplectitur omnem.
Plinius. Plinius omne genus rerum quas dedala finxit
Minficis natura uiis ſalebroſus & aſper
Verba coagmentans duris coheuntia neruis
Libat.& immenſi numerat miracula mundi.
Cicero. Hic Cicero cui dicendi ſuprema facultas:
Et ſermonis apex:rigidis cui fortior armis

Lingua/per aethiopum populos audita/per indos.
Virgilius Hic Aeneis opus: cui non certauerit omnis
Græcia.naturam ſuperat deſcendit ab aſtris:
Ab Ioue defluxit.lepor immortalis in illa eſt:
Maieſtaſq; deum latebris confeſſa latentem
Corporeis:qui qualem hominem decet eſſe/monebat
Horati9. Crimina mordaci uenuſinus Horatius ore
Taxat:& extollit lyricos ad ſidera cantus.
Ariſtote/ Hic magni ſophiæ autores.Stragyræus:& alta
les. Mente Plato conſulta deum qui nouit: & omne
Plato. Quod licet externo quod ſcire mathemate noſtro.
Hierony Hic Stridone ſatus loquitur pater ore trilingui.
mus. Acris energiæ ſtimulis mortalia corda
Sollicitans. rapidis acuit deus enthea flammis
Pectora.& acclamans tonitru facundia magno
Fulminat:ac uerbis animi tonat impetus altus.
Auguſti/ Hic ſedem pater Hipponis Carthagine natus
nus. Auguſtinus habet. cuius ſapientia fontis
Inſtar inexhauſti per mille uolumina fluxit.
Hic alii plures:quos enumerare uolentem
Copia fruſtratur uicinaq; ueſpera nocti.
Hæc ego dum diræ fugiens contagia peſtis
More hominum ruri tecum moror/ociamoq;
Dum fruimur/luſi noſtrum hoc breue munus hēto.

.:F I N I S:.

Bap.Mant.depcatio pro ſalute Emylii Romani.

P Hœbe qd Emilio febrem ſinis eē moleſtā?
In tua quid iuris corpora langor habet?
Tu pater herbaꝝ/tu uim medicaminis oēm
Per maria & fluuios mittis & omne ſolū.
Viribus uſa tuis ſubigit Medea dracones/
Terrigenaſq; uiros/igniuomoſq; boues.
Vulneris auxilium non lariſſea tulerunt
Spicula/ſanatrix ars tua phœbe fuit.
Tu piper & myrrham caſias & cynnama profers:
Et redolens opus eſt thurea uirga tuum
Tu paris hybleum nectar/paris attica mella
Sunt etiam munus medica mala tuum.

Tu coquis albentes in apricis collibus uuas.
  Gnoſia uina paris uina falerna paris.
Quæ generant humiles fœlicia balſama ſyluæ
  In hiericontino ſunt tua dona ſolo.
Tu facis æſtatem tu uer/hyemēq; niuoſam.
  Eſq; potens pluuiæ/grandinis/atq; gelu.
Luna regit menſes/tu cynthis dirigis annos
  Illa colit tenebras.tu iubar atq; diem.
Semina cum liquida tu digeris omnia theti
  Quæ freta quæ tellus quæ leuis a er habet.
Tu liber/tu ſancta Ceres.Tu numina plura
  Nam quia multa potes/nomina multa tenes.
Omnia comburis ſub eodem ſidera ſigno/
  Omniaq; imperiis ſubiicis aſtra tuis.
Sola tuam claudit ueniens ſoror obuia luce
  Et tua liuenti lumina nube tegit
Diſplicet id ſuperis.Ideo pro talibus auſis
  Non leue uindictæ conſtituere genus.
Namq; uiam lunæ noctis uoluere per umbram
  Vt chaos & tenebras diſcat & ipſa pati.
Ergo quid Emilio febrem ſinis eſſe moleſtam?
  Cur tam dira lues hæc tua membra premit?
Hic tibi primæuis uix ablactatus ab annis:
  Obtulit.ætatis tempora tota ſuæ.
Nullus in aoniis argutior ambulat oris/
  Seu numero currat impare/ſiue pari
Ad domini funus cecinit miſerabile carmen:
  Vnde tua meruit tempora fronde tegi.
Nunc iacet/& morbo dolet eneruatus acerbo
  Mœſticia triſtem debilitante animum.
Non redit ad dulces muſas. heliconidas undas
  Non ualet infirmo ſollicitare gradu
Plectra iacent/lyra muta ſilet:ſine carmine languent/
  Et uiduæ ducunt ocia longa fides.
Vitales aperi fibras/artuſq; iacentes
  Erige.nec ſtygius polluat ora color.
Quale gigantæis poſt aſpera bella tumultus
  Te memorant carmen concinuiſſe ioui.
Tale tibi referet/cum te præſtaſſe ſalutem
  Senſerit:& medicas applicuiſſe manus.

Et cecidiſſe tuis ueterem phitona ſagittis
  Dicet/& auxilio pergama facta tuo.
Quod te ꝙ triuiam pulcherrima thea ſororem
  Progenuit. Sedes cur tibi quarta datur.
Curue tuo mitem curru premis Aphrogeniam.
  Curue ſub ardenti ſidere martis eas.
Cur ueneris claudo cur martia furta marito
  Detegis/occultum nec ſinis eſſe ſcelus.
Quid ſibi uult phœbus/quid ſol quid nomen apollo
  Et cur te rhodii loemion eſſe canunt
Cur tibi det titan/& cur cognomina delos.
  Nomina cur cynthus cur tibi tymbra facit.
Cur lycius cur Grineus cur Sminthius eſſe
  Diceris.& clarius Chryſocomuſqꝫ deus
Cur Mithinus/cur Cyrrhæus/Pæanqꝫ uocaris/
  Vnde tibi argenetes nomen & ortygius.
Argolico ritu quare Argyrotoxus/Agyleus/
  Ac nomius/Quare dictus Alexicacon.
Vlion adiunget cur te mileſia pubes
  Cur Graio ueteres ore phaneta uocant.
Quid ſibi tela uolunt/quid laurea ſerta/quid arcus/
  Quid lyra/quid crines/quid iuuenile decus.
His aliiſqꝫ tuas mulcebit uerſibus aures.
  Et tua pimplæo carmine dona canet.
Phœbe pater uatum cōmunibus annue uotis
  Proqꝫ tuo fuſas accipe uate preces.
∴FINIS∴

LIBER.VII. SYLVA PRIMA.

BAPTISTAE Mantuani Carmelitæ Theologi ad Alfonſum Calabryæ Ducē pro recepta hydrunte.

Regia progenies regniqꝫ habitura coronā
Cum pater accepto diuos augebit olympo
Cognita tyrrhenis olim tua gloria/quādo
Caſtra ſup collis Bōſci iuga ſūma tenebas/
Non italos tantum populos uicinaqꝫ regna
Verum & barbaricas longe mouet undiqꝫ gentes.
Qui iuga qui campos qui rura urbeſqꝫ frequentant

Et qui cærulei ſulcant uada naue profundi
Te noctu te luce canunt. Tua ſola loquendi
Materiam præbens uolat ora per omnia fama.
Inq; tuas populi coeunt per compita laudes.
Non ſecus ac cum ſtella comam crinita micantem
Explicat, & ſubito tenebras illuminat ortu,
Fatalis noua mortales incendia flammæ
Mirati alternis ineunt noua murmura linguis.
Et nouus eſt cunctis ſermo, nouus omnibus ardor.
Omnia quæ circum pelagus ſunt hoſpita nautis
Littora in immenſo oceano uel in æquore noſtro
Concordi te uoce ſonant. orbiſq; uidetur
In laudes certare tuas. Tibi totus apollo
Militat & ſacrum referant helicona camœnæ.
Tota cohors confeſſa nouo noua gaudia cultu
Inſtaurare parat citharas. prolata ſupellex
Tota recenſetur uacuis penetralibus arma
Militiæ ſacrata ſuæ ſuſpendit ab omni
Arbore per ſyluas Aganippidos Hippocrenes.
Euigilant uates: grauiumq; ingentia rerum
Pondera metiri reſident. minus hectora iurant
Et minus æacidas auſos. Arſiſſe fatentur
Omnia naſcenti tibi quæ uictoribus aſtra
Illucere ſolent magnis: & ferre triumphos.
Iuppiter ut perhibent (etenim tua fata notari
Fecit opus tantum) crinem circundedit auro.
Sceptra dedit. grauitas oculos ſaturnia triſtes
Fecerat, & uultus cum maieſtate ſeueros.
Non eſt paſſa uenus. ſed regia leniter ora
Mitibus afflauit radiis & dulcia fecit.
Mars dedit armorum ſtudium: mortiſq; timorem
Abſtulit ignito luſtrans præcordia ferro.
Cor magnis regale animis quod ſeminet aurum
Quod cõtemnat opes, quod magna negocia uoluat,
Sol qui cuncta ſuis accendit ſidera flammis
Imbuit, adiiciens famæ immortalis amorem.
Luna uoluptatum domitrix compeſcuit ignem
Quem nimis accenſo uenus inſpirauerat aſtro.
Maximus ille opifex rerum qui regnat olympo
Ad tua tam dextro uenit natalia cœlo.

Hinc hominum te tantus amor te bella gerentem
Tanta fides ſequitur.tanta eſt in rebus agendis
Proſperitas.totiens uincis/totienſq; triumphas.
Etruſcas iam pridem artes anguiſq; ſuperbi
Scintillantem iram ſuperaſti & ſibila colla.
Iam uenetos faſtus atq; impatientia freni
Ora capiſtrato miſiſti in uincula mento.
Et q̄q̄ bellorum opifex aduerſa Robertus
Arma ferens tibi tam ualidis obſiſteret auſis/
Non tamen eualuit tantum ſe attollere toto
Robore/quin clauſis fugeret leo territus alis.
Tu mare claſſe premis/tu forti milite campos.
Tu penetras altis poſitas in cotibus arces.
Auſonioſq; armis genus inſuperabile calcas.
At modo thraicios hoſtes machometica caſtra
Finibus eiiciens noſtris & Iapygis ora
Non Calabros tantum ſaltus urbemq; receptam
Brunduſiiq; lares/& rura lacinia longe
Ac lacedæmonii tutaris iura Tarenti/
Verum omnem Italiam ſicut qui littora ſeruat
Vicinos omnes tractus ſubducit ab undis.
Et q̄q̄ fatis ea bella ferentibus eſſent
In latios traiecta domos/licet arduus æther
Mitteret hæc ſceleri tam dira piacula noſtro/
Tu tamen auertis. maior tua ſidere uirtus
Fata uiroſq; domat.prohibetq; oracula uatum
Obſeruare fidem / quæ dura hæc bella canebant.
Quid legimus ſtellas?quid cœli inquirimus ignes?
Temperat excellens humana pericula uirtus:
Imponitq; aſtris frenos:& numina uincit.
Deniq; tota ſalus populorum in rege repoſta'eſt/
Et cõmune bonum.Si mens tibi læua fuiſſet/
Tardaq; frigentes hebetaſſet inertia ſenſus/
Heu quantas italis clades/quot ſæua parabant
Funera ab arctois uenientia gentibus arma.
Iam ſtygiæ intortis crinita draconibus ora
Extulerant furiæ iam littus erinnyes/omne
Vexabant Calabrum tria guttura Cerberus hauſto
Iam cœdis nidore parans ſugebat apertis
Faucibus.Alecto audita eſt ululare per urbes/

Atq; errare fremens & anhello accenſa furore.
Cui mors atra comes. flebat Garganus:& altum
Iam caput obſcura nebularum abſconderat umbra.
Mœrebat longæua Croton. Sybariſq; ſepulta
Mœnia/& afflictæ mœrebant Cratidis undæ.
Ipſa quoq; horrebat cædem bibitura ſuorum
Terra parens hominum. Paſſim reſonantia mœſtæ
Halcyones lugubre dabant per littora carmen.
Illa flagellando rabies Otomanica mundo
A ſtygiis egreſſa umbris ut ſuſtulit armis
Regna pelaſgorum/poſtq̃ eſt Aulone potita/
Tranſiit ad Calabros:ubi mox hydronte ſubacta
Conſumpturum omnes italos accenderat ignem.
Tu prohibes. Tu ne ulterius tam atrocia ſerpant
Bella/uetas: primoq; necas in litore martem
Tam immanem/tã ſanguineũ/ iãto agmine miſſum.
Tu fidei uallum excelſum. Tu immobile Romæ
Præſidium.quo/non aliter q̃ littore fluctus/
Omne hoſtile odium fruſtrata eliditur ira
Manlius excelſo Capitolii a uertice gallos
Deiicit.exuuias hoſtiq; ablata Camillus
Signa refert.lento fabiana induſtria bello
Conterit Hannibalem. Valerii præſtantia Pyrrhum.
Reppulit inſtantes uelut æquora concita cymbros
Marte potens Marius.Dacos & dura getharum
Quos dixere gothos/forti fuga milite Narſes.
Tu machometigenam phlegetontia ſemina gentem
Cerbereumq; genus ſubuertere daunia regna
Et Calabros auſum uaſtare procaciter agros
Funditus extirpas/ ſtygioq; immergis auerno.
Martia barbaricos totiens experta tumultus
Roma tibi immenſas grates agit. atq; triumphos
Et meritas lauros & nomina cæſaris optat.
Hoc Padus/atq; padi ripis uicinus utrinq;
Tractus.utrunq; etiam longi latus Apœnnini.
Sed tibi præſertim deuota Bononia/ & omne
Bentiuolum genus urbis apex:apiciſq; ſupremum
Culmen Ioannes princeps patriæq; domuſq;/
Flaminiæq; decus:qui te alia mente repoſtum
Seruat.& extenſis animi complectitur ulnis.

Auſoniæ populi proles ſaturnia ueſtro
Aſſertori opus eſt ingenti mole trophæum
Ponere / & illuſtres æterno in marmore pugnas
Phidiaca cælare manu. monumenta laborum
Tantorum ſupereſſe decet. ne forte nepotum
Poſteritas abuſſe putet ſine laude parentes.
Ferte triumphalem lapides orientis ad arcum
Et niueam ſpoliate Paron. ſpoliate Donyſam.
Cædite ophitæos ſilices. onerate caryſto
Sinadeq; æquoreos & Nili marmore fluctus.
Ferte onycem. date ſaxa thaſi: date ſaxa Iugurthæ
Nata iugis / etiam libycos incidite montes.
Surgat opus uarium ſtatuas oſtendat equeſtres
Fluctibus Epari ſurgens in littore moles.
Mittat ab etruſco ferrum Populonia ponto.
Brixia de ſaxis chalybem tropienſibus hauſtum.
Et confuſa Pelops lugubribus æra caminis.
Aera metalliferis temeſæa ferantur ab antris
Ad decoranda ducis facta immortalia: ſurgant
Pyramides altæ. ſurgant immania membris
Signa coloſſæis / obeliſcorumq; leuatis
Spicula cuſpidibus. te ſaxa atq; æra loquantur
Vndiq; : preſertim ſuperi maris æquora circum /
Qua metapontinas ingens ferit Adria cautes.
Ite duces / quibus eſt ſtudium certamen & arma /
Ite / reuertentem ſolemni adducite pompa.
At tu Parthenope ueterum domus inclyta regum
Sis memor Alfonſo decus immortale locandum,
Sed modo regali cultu cum murice & auro
Egrediens occurre duci. toto obuia plauſu
Accipe uictorem dominum regemq; futurum.
Tu uero armipotẽs / quoniam tibi tanta tuorum
Eſt imitanda patrum uirtus / ne parce labori.
Semper in aduerſos caſus audentior ito.
Cœlum aderit. ſublimi animo fata aſpera contra
Stare para. fortuna uiris illuſtribus obſtat.
Sed uinci uirtute poteſt. uictoria tecum
Semper erit / niſi depoſito te abieceris auſu.
Aude igitur. ſic uictor eris telluris & undæ.
Sic tandem ad proauos uenies in olympica regna.

∴FINIS∴

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi querimo/nia in morte Alexandri Corteſii ad Hermolaum Barbarum.

Oma quid excellens dabit & ſublime ſuorū
r Barbare nūc opeꝝ / q̄d uulnera mētis & altū
Pellat ab afflicto iam dudū corde dolorem?
Forte triumphales arcus ſignataq; regum
Marmora nominibus claris monumenta laborum
Militiæ / & ſtantes antiquo ex ære columnas
Oſtentabit opem uanam & ſolamen inane.
Rupis auentinæ tumulum tarpeiaq; ſaxa
Tot fora tot circos:& longis eruta ſæclis
Mœnia Carmentæ / gentiſq; erimantidos arcem.
Iamq; ſenem multaq; cauam teſtudine molem
Amphitheatralis tecti. Veſtigia celſus
Inſtar montis apex caput uſq; ad nubila tollens
Seruat adhuc. Thermas ueteres delubra deorum
Semiſepulta ſolo / & ſimulachra iacentia paſſim.
Adde peregrinos latices in mœnia ductos
Atq; ſuperfuſos campano flumine pontes:
Et gelido Caſtella ſinu præbentia latum
Fontibus hoſpitium clauſiſq; natantia lymphis.
Adde patrem Tyberim / curſu qui dura ſuperbo
Inter ſaxa fremit regum prope buſta ſuorum.
Adde nouem iuga turritis creſcentia muris
Et diuum tot templa ſuper fundata cruorem
Innocuum. tot ſarcophagos / tot ſacra / tot aras.
Magna quidem & nulli poſt hac imitabilis æuo
Roma fuit. Q uæcūq; precor miracula mundus
Terrarum magnis diuiſerat interuallis
Ipſa ſuo prædata orbem concluſerat orbe:
Nil tamen inter tot ueterum decora alta laborum
Lumina delectat: nihil eſt quod leniat ægrum.
Nec ſecus accenſis ardent corda ignea flammis
Ac ſpecus: ætnæo candens ubi mulciber æſtu
Sudat: & æthereo cudit noua tela tonanti.
Ite ioci procul / ite ſales. trahit omnia ſecum
Gaudia Alexander. Subito mediaq; repente
Tam clarus ſol luce obiit. Sententia certe

Vera nimis.mors ingeniis eſt inuida ſemper
Præcocibus.Sic Lucanum ſic dura Tibullum
Sic alios tulit innumeros:Impune per orbem
Falcem agit omniſecam:& meliora ſeuerius aufert.
Singultire iuuat. iuuat exhallare dolorem
Fletibus/& lachrymis aperire cadentibus ora.
Sit facies confecta ſitu.ſit plurima mento
Cæſaries.animum cultus decet iſte dolentem.
Impetus in ſaltus agit/in ſpelæa ferarum
Vt ſolus ſine teſte gemam:& ſuſpiria ducam
Libera.ut ex imis reſonent pulmonibus hauſta.
Singultus Niobes/hecubæ lamenta mouebo.
Flere iuuat.nec me quiſq̃ lugere uolentem
Increpet.hoc caſu lachrymas impendeř ſanctum eſt.
Res elegis maior/tragico querimonia cantu
Digna.Quid ætati potuit contingere noſtræ
Triſtius?ablata eſt Romanæ gloria linguæ.
Occubuit uates:qui nos æquabat olympo.
Nam neq; Muſæus melior neq; thracius orpheus
Seu faciles elegos ſeu regum bella cothurno
Diceret heroo.laudata reuixerat ætas
Hoc duce:& æthereos flammis melioribus ignes
Aſpirare ſibi tellus gauiſa poetam
Fuderat inſignem. Sed mors infeſta tetendit
Inſidias.breuis eſt ſemper fortuna ſecunda.
O immites erebi furias/o immania fata
Quæ noſtrum rapuere decus. crudeliaq; aſtra
Quæ oppreſſere caput ſacrum:circundata lauro
Tempora/quæ neq; cum fulmen iacit æthere ab alto
Iuppiter auſus erat rapidis contingere flammis
Non ſunt mortifero uerita inceſtare ueneno.
Syncæras ſine labe manus/ſine crimine pectus
Innocuum dulces annos/alacremq; iuuentam
Dum fruticatur adhuc dum flore ac fruge ſuperbit
Contriuere uelut crepitans terit hordea grando.
Hei mihi/doctiloquis ſi ſunt mala uatibus aſtra
Quis cœli ſperabit opem?Quis fidet olympo?
Arida & infœlix quæ nunq̃ parturit arbor
Cæditur/& ſteriles ſua damnat inertia ramos.
Parcitur utilibus.lex eſt contraria cœlo.

Seruat enim ſegnes animos:ignauaq; corda:
Egregios forteſq; necat. Corteſia certe
Vicerat ætatem uirtus. Iuuenilibus annis
Miſcuerat ſenium grauitas. Sub fronte Catonis
Fabricii mores pietas generoſa Camilli
Attiliiq; fides/& noſtri feruida Pauli
Relligio.Quo nos etiam nunc uertice cano
Imus adhuc/tener in uiridi potauerat æuo
Mnemoſidum cuius fecit uada Pægaſus amnem.
Nec fuit aſcræis fidibus uel apolline tantum
Inclytus:ad numeros etiam Demoſtenis omnes
Et pherecydiacam uenit Ciceronis ad artem.
Et geminas nūq̄ ſolitas concurrere laudes
Quæ ſierat matura annis iuuenilibus ætas.
Quid referam genus antiquum / repetitaq; rurſum
Nomina maiorum generoſa in ſtirpe nepotem?
Quid tabulas quid ſigna canam:quid tecta ſuperbis
Alta ſuperciliis:quid uaſa argentea & aurum/
Vaſa quibus regum accipiunt conuiuia menſæ:
Quidue lares memorem antiquos:& cætera priſcæ
Ornamenta domus?quæ mors deridet:& ipſi
Deſpiciunt ſuperi/quæ nil fata impia curant?
Hæc in uate nihil laudo / quibus Attalus olim
Claruit / & lydi famoſa opulentia croeſi.
Quæ ludens fortuna regit.mihi ſola uidetur
Extollenda animi uirtus.quæ ciuibus æquat
Aethereis.tamen hæc ſanctum ſeruare poetam
Non ualuit.Quid iam ſupereſt cui fidere fas ſit
Sed neq; pierides & opacæ ſola Mineruæ
Ocia ſectatus/cum iam foret orba parente
Et ſine matre domus / curas utriuſq; gerebat:
Rexit & auxit opes:rebuſq; intenta gerendis
Prouida ſedulitas iuuenis patrimonia honeſtis
Artibus euexit:quid publica munera dicam?
Quidue clientelas?populus cum patribus urbis
Vatis in immenſum noſtri certabat amorem.
Pontifices ipſi quorum tribus alta coronis
Scintillant capita/atq; ipſi qui fortia tractant
Bella duces/ipſi reges qui murice & auro
Exultant/& ſceptra gerunt:coluere poetam.

Tanta animo probitas, tantus lepor affuit ori,
Suauiloquo. in uultu reuerentia tanta uenuſto.
Suſpicor & mortem niſi lumine capta fuiſſet,
Non potuiſſe manus in ſanctam extendere frontem.
Quæ pietas quæ relligio quæ cura tonantis
Non poſſunt neſcire aræ, quas fundere circum
Mane preces ? ubi corda piis accendere uotis
Aſſidue reparans ignes & ſacra ſolebat
Interiit tamen: & fato conſumptus iniquo
In gelidam deſcendit humum uertendus in atram
Pulueris exigui paruo poſt tempore maſſam.
Heu crudele nefas: tanq̃ uitalibus auris
Indignus, terræq; grauis, cœloq; peroſus
Truditur ex hominum cœtu. datur eſca trifauci
Dilaceranda cani: atq; horrentes fertur in umbras.
Hæccine uirtuti merces. hæc dona parantur
Iuſticiæ ? inſontes talis manet exitus umbras ?
Siſte tuos helicon curſus. arreſcite lauri.
Vel iutate alios nunq̃ præcingere crines.
Pirene ſiccare precor. conuertere Dirce
Quære nouos curſus. & more arethuſidos undæ
Labere ſubter aquas pelagi. fuge ſidera. poſtq̃
Aoniæ non eſt maior reuerentia genti.
Pierides plorate nouem. Tuq; una ſororum
Maxima Calliope. quæ grandi heroica uerſu
Facta canis. nec non tu diua Polimnia cultu
Splendida rethorico: Tuq; o quæ ſuſpicis aſtra
Aſtra uiaſq; poli, nitidoſq; intelligis ignes
Aetheris Vranie. caſtris nam qualis Achilles
Dux erat argolicis, qualis fuit Hector in armis
Dardaniis: agamemnonia uel quantus in urbe
Tideus: hic ueſtros inter dum uita manebat,
Talis erat tantuſq; uiros. pars magna ſepulta eſt
Caſtalii cum uate chori. præciſa canoræ
Fila lyræ. cecidere manus, quibus ille ſolebat
Digna ſophoclæo modulari carmina plectro.
Ah iuuenis miſerande, tibi quod ſidus iniquum
Tam celerem dedit occaſum ? Te forſitan arcu
Perculit æmomio Chiron ? uel Sirius ore
Noxius ardenti ? uel acuto mortifer ungue

Scorpius ſaut longo feriens mucrone ſagitta?
Q uem ſuperum accuſem quis tanti criminis autor
Neſcio. terribilem præ ſe multa aſtra figuram
Nocte ferunt cæſæ perſeus tenet ora Meduſæ.
Cepheus accinctus gladio. prætenta leonis
Terga ferens premit heſperidum tirinthius anguem.
Neſcio quis tam grande ſcelus/tam imane ſit auſus
Et tam infame nefas radios non proferat unq̃
Aſtrorum quodcũq; fuit: pellatur ab axe.
In chaos antiquum redeat:neq; prodeat unq̃.
Neſcio quo natura ſibi contraria pacto
Mox ut opus preclarum aliquod partu ædidit odit:
Et uorat. Ingluuies illa hæc ſaturnia prolem
Conſumptura ſuam. uitæq; inimica ſuorum.
Hinc meus in rabiem tranſit dolor: omnia quando
Seu deus id faciat/ſeu ſors/ſeu ſidera/noſtri
Non habita ratione unco ſecat atropos unguæ.
Q uantum erat ut iuſtos uatem concederet annos
Degere/& ætatis ſaltem ad ſolatia noſtræ
(Q uæ mora parua fuit) noſtris ſupereſſe diebus?
Hoc eſt quod mecum luctu contriſtat amaro
Et latium & tuſcos/& tota Neapolis arua.
Mintius audito ſoluit ſua lumina fato
Et noſter Mantous ager. Q ueriturq; Maronem
In uate hoc cecidiſſe iterum. Sublimis olympus
Luce caret nebuliſq; tegit caput ante ſerenum.
Et ueluti quando phœbe uenit obuia fratri
Vitaleſq; premit radios elementa mouentur
Terra dolet/turbantur aquæ. ſubit aera pallor
Plumbeus/horreſcunt ſyluæ. mœrentq; per agros
Gramina/iacturam patitur genus omne animantum/
Sic omnes uici atq; urbes ubi cognita uirtus
Vatis erat/triſti ore ferunt lugubria ſigna.
Sed quid noſtra iuuat manes querimonia? functi
Corpore iam loca tuta tenent:gaudentq; peracto
Curriculo/aduerſæ fugiſſe pericula uitæ/
Non ſecus ac fluctus nauis perpeſſa marinos
Gaudet in optato merces exponere portu.
Nos pecori ſimiles quod pinguia paſcua tondet
In lanienam imus:trahimurq; in fata uiciſſim.

Hoc ſupereſt unum uatis ſolamen adempti.
Vos gemini fratres/& tu quæ pignore tanto
Patria te iactas / & tu Romana iuuentus
Ponite defuncto tumulum:quem ueſtiat omnem
Lunenſis pariuſue lapis/uiridiſq; Donyſæ
Marmor/& ægypti/niueis ubi purpura nubit
Stigmatibus.riguum ſub apollinis arbore fontem
Sculpite:& ipſe cubans in margine fontis ad undam
Expectet cum pace diem/quo ſæcula flammis
Inſtauranda tubam ſunt auditura ſonantem.
Interea lentus iaceat: ſomnoq; ſolutum
(Somnus enim potius mors eſt dicenda piorum)
Purpurei flores obeant roſa/lilia.ſerpant
Circum humeros ederæ/circum caua tempora lauri.
Hæc animam curis functam mortalibus aſtra
Iſſe ſuper/placidamq; polo captare quietem
Significent:ubi nec phlegeton/nec dira celeno/
Nec Ticii uolucres / nec ſæui Iſionis angues/
Tantaleæue dapes:ubi non ſecat atropos æuum.
Tum ſignate notis & tali carmine marmor.
Hic ſua Alexander Corteſius oſſa reliquit
Cum petiit cœlos:& duxit in aſtra pœſim.
Tu uero artidocæ cultor uenerande mineruæ
Barbare relliquias cui fas inuiſere/noſtro
Nomine dic pacem tumulo requiemq; ſepulto.

.·. F I N I S .·.

Pro Paulo Fulgoſo puero.f.b.m.Carmen ad Lodo/uicum Sfortiam Ducem Mediolani.

m Axime Dux ſalue: priſco q ducis ab anglo
Excelſum Lodouice genus.tua gloria longe
Sparſa per Italiæ populos & barbara regna
Me quoq; in hac tenera uix fari ætate ualentem
Impulit herois tibi ſoluere cantibus ora.
Et quia laudantum murmur ſtrepit undiq; uocum
Non ſinor intento meditari ingentia ſenſu
Virtutis monumenta tuæ.Maiora relinquens
Vatibus altiloquis referam uulgaria tantum:
Et quæ fama frequens hominum circũſonat aures.

Temperat ut fluctus argentea luna marinos
Et dominatur aquis/ita martia bella gubernas
Arbitrio Lodouice tuo. ſi iuſſeris arma/
Arma ſeges uelut illa uirum Cadmæa repente
Exiliunt:Mars frenat equos.Bellona tumultum
Suſcitat.& criſtis operit caput / ægide pectus.
Flammigerant haſtatæ acies:glomeratur in altum
Puluis : & ardentens præceps furor incitat iram
Si martem ſæuire uetas/mora nulla/fugato
Pax mauorte redit:furiis in tartara pulſis
Corda uirum rediuiuus amor tranquilla ſubintrat.
Nec faciunt has fata uices:non ignea mundi
Sidera:ſed fato prudentia maior & aſtris.
Hoc facit ille animi uigor igne citatior/illa
Perpetua & nullo cædens uigilantia ſomno.
Secreta tu in ſede cubans tuis oppida ſolo
Ingenio:ſolaq; moues regna omnia mente.
Scit Rhenus ſcit gallus arar/ſcit lydius arnus.
Scit Tyberis:magniq; memor campania belli.
Ipſe tibi infenſum pugnam excidiumq; minantem
Partenopes magnum potuiſti euertere regem.
Namq; illi.extremis gallorum a finibus hoſtem
Elicuiſti armis qui mox quaſi fluctibus omnem
Obruit Auſoniam:ſceptrumq; ammiſit arago
Auſpice te. Nec enim ſine te penetrare tumultus
Illius in regnum poterat.nec tanta fuiſſet
Vis peregino hoſti/neq; tanta audacia gallis.
Tunc Celtæ boiiq; truces ex alpibus altis
In noſtros coiere agros. Tentoria uaſco
Qui tenet hiſpanis contermina finibus arua-
Fixit in Eridani campis. Lunenſia cœpit
Oppida tyrrhenos equitans magno agmine colles
Tum Piſæ poſuere iugum : ſata ſemina belli
Multiplicis nam Piſæ ad nos ſalamina tulerunt.
Iſta lues urbem Romam complexa receſſit
Longius ad chalabros:& quatenus itala tellus
Tenditur ad ſiculæ latrantia littora ſcyllæ.
Hæc gallis fortuna fuit dum gallia tecum
Militat:at poſtq̄ fraudata Nouaria falſos
Detexit gallorum animos/contraria tanq̄

Tu gallis fortuna fores, fortuna fauorem
Abſtulit a gallis: & te comitata coegit
Turpiter Italia uictos diſcedere Belgas.
Hic ego ſi tempus ſineret, tua fortia facta
Infererem Franciſce ducum fortiſſime ſolus
Qui potes Italia gallorum auertere gentem
Te ſolum ſenſere hoſtes ultroq; fateri
Non puduit te inuictum armis. te gallica pubes
Non imbelle genus, ſed dura atq; aſpera ferro
Proſternentem acies ac fulminis inſtar euntem
Horruit & clade ingenti ſpoliata receſſit
Tarrus adhuc hac cede rubet: rubet appula longis
Afflictata malis tellus & daunia rura
Hinc data bellorum nuper tibi tanta poteſtas,
Vt facile antiquos ſuperet tua gloria patres.
Nanq; potentatus itali Cæſarq; magiſtrum
Militiæ fecere ſuæ. Tua maxima uirtus
Non formidat opus tantum. generoſa laborem
Mens amat. immenſum reddit leue gloria pondus.
Sed quoniam anguſti ſpacium breue temporis urget,
His propere excurſis ad te Lodouice reuertor.
Gallia non ſolum, uerum & Germania nutu
Mota tuo. uenere truces in bella ſueui.
Venit & arctous gelidi maris acola cimber.
Ampſani landiq; ſimul quiq; imminet agris
Noricus auſoniis ſocialibus affuit armis.
Cæſar ab alpinis niuibus per inhoſpita ſaxa
Tranſiit ad lygures piſanaq; littora uidit.
Et parere tibi non dedignata reliquit
Maieſtas auguſta lares: peregrinaq; longis
Arua uiis inuiſit, hyems dum ſæua rigenti
Stringeret arua gelu niueis dum molibus alpes
Altius aſſurgunt ſcythiciſq; aquilonibus algent.
Ipſe tibi, quid opus fando percurrere terras?
Ipſe tibi deus arma gerit. tibi totus olympus
Militat. aſpirant placidis tibi ſidera flammis.
Iam tua relligio pietas tua cognita paſſim
Allicit humanas mentes: & amare coactæ
A te quam cupiunt audent ſperare ſalutem.
Quod ſi illis ſperare datum quos nulla ligauit

Proximitas Lodouice tibi/q̄ magna telicta eſt
Spes mihi / qui ueniens a ſanguine Sfortiadarum
Aemulor excelſum genus/& ueſtigia ſector
Admiranda patrum ? cui dat fœcunda uirorum
Progenies te autore pium fulgoſa parentem ?
Mens mihi/ſit fortuna licet contraria/niti
Semper ad egregiam per honeſta negocia laudem.
Conari uirtute/meum eſt. conatibus iſtis
Fortunam præbere/tuum. Præſtare roganti
Auxilium pietas / ſi non indebita poſcit/
Mandat. apud priſcos nomen meruere deorum
Qui iuuere homines. iter hoc ad ſidera certum eſt.
Si quiſq̄ de ſtirpe mea eſt cui fidere poſſis
Ille ego: quem natura tuum facit / atq; uoluntas.
Hoc caput hanc ne ſperne animam. ſi debilis ætas
Si membra hæc infirma nihil promittere poſſunt
Maius adhuc/paucis deus incrementa diebus
Afferet. hi creſcunt artus tibi. pendere tanti
Me poteris/quantum totis conatibus unq̄
Fas erit eniti: quantum fortuna fauebit.
Sic ego polliceor / ſic qui genuere parentes:
Gens tua: gens animi locuplex/licet indiga rerum
Quas fortuna regit: Si te clementia uirtus
Regia/ſi tangit pietas/quæ mitia corda
Stringit/& humanæ gemit infortunia uitæ/
Eſto tui ſemper Pauli memor atq; parentum.

∴F I N I S∴

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi de Reditu Philippi Beroaldi iuuenis litteratiſſimi ex Gallia Elegia.

m

Vſæ olim comites Beroaldo iuere Philippo
Trans Rhodani ripas/trās atariſq; uada.
Atq; diu iuuenem p barbara regna ſequutas
Pœnituit noſtros deſeruiſſe lares.
His igitur uerbis reditum ſuaſere poetæ
Vnaq; pro toto ſic fuit orſa choro.
Chare puer uirides ſuperas qui laudibus annos

Aegregium latii:pieridumq; decus.
Accipe (nec noſter pariat tibi tœdia ſermo)
Publica ſacrati uota/preceſq; chori.
Altius ordimur/quo res tibi cognita poſſit
Altius in mentem ſe inſinuare tuam.
Inter parrhaſios ignes & ſidera cancri
Sunt loca nec flammis/nec nimis uſta gelu.
Hic primum phœbus/primum dea cognita Pallas.
Primaq; ſunt noſtris ſacra litata focis.
Phœnices habitant/& Agænoris arua nepotes:
Regaleſq; Tyrus tingere docta togas.
Hic populis primum noſtras oſtendimus artes
Primaq; de noſtro gens ea fonte bibit
Nomina ſideribus primi/numeroſq; dedere/
Quæ Argolicos nautas/Sidonioſq; regunt.
Solis iter norant/hyades & gnoſia ſigna
Necdum cæcropiis cognita Pallas erat.
Serpere paulatim lento ſapientia paſſu
Cœpit:& in ſolymi ſe tulit arua ſoli.
Iuit in Aſſyrios/& qua cognomina tellus
Quod ſit fluminibus cincta duobus habet.
Tranſiit ad Perſas ubi regna antiqua magorum:
Quos docuit nati ſtella tonantis iter.
Tranſiit ad campos phoenix ubi cinnama carpit
Cum ſibi ſupremam nouit adeſſe diem.
Illa colunt ſulcis Arabes fœlicibus arua:
Quos duplici claudit doris amara ſinu.
Inde adiit pharias urbes memphiticaq; regna
Tum primum inachiæ uidimus ora deæ.
Tum primum libyæ magni pars tercia mundi
Cognita:& auſonio gens inimica ſolo.
Inde per ionium peregrino remige uecta
Applicuit fauſto dorica tecta pede.
Tunc datus eurotas nobis:cadmæaq; dirce:
Et fons quem uolucris ungula fecit equi.
Hinc linus/hinc uates troiani carminis author.
Hinc bibit euripides:& tuus Aſcra ſenex.
Hinc alii quorum pulcherrima nomina phœbus
Iuſſit ab æterna poſteritate coli.
Venit in auſonios graio de littore fines

Limen ad euandri/Romuleaſq; domos.
Hoſpitis aduentu colles riſere latini:
Et capitolini templa ſuperba dei.
Non fuit his nobis uſquam iucundior oris
Terra/nec in toto gratior orbe locus.
Illic depoſita requieuit gorgone Pallas.
Et dixit noſtræ meta ſit iſta uiæ.
Non decet ad gelidum ueſtigia ferre bootem
Qua ſteriles agros parrhaſis urſa facit.
Vt peius fruges hominum ſic corpora titan
Digerit:& terræ mens graue ſentit onus.
Si ferat arma ſitu rubiginis aſpera miles/
Fiet iners cubito: fiet inerſq; genu.
Non bene digeſtos ita mens infuſa per artus
Tarda fit/ & crudo pondere preſſa iacet.
Sunt tamen & gallis præſtantia corda/ fatemur/
Et feritas genti barbarieſq; minor.
Multa negant cœli/quæ more parantur/& uſu.
Et ſtudium contra ſidera multa poteſt.
Ampithrioniades odium lœtale nouercæ
Vicit. & aſtrorum fortior igne fuit.
Per mare pellides ad monſtra biformia uenit
Illa dabant forti ſidera fata uiro.
Mens tamen aſtrorum cœliq; potentior igne
Reſtituit patriis Theſea littoribus.
Bobus ab euxinis cum uirgine uenit & auro
Aeſonides fato durior ipſe ſuo.
Sæpe ratem contra fluctus/boreamq; ſonorum
Impulſam ualida uidimus ire manu.
Fortis/& aſſiduo uirtus animoſa labore
Neſcit agi fatis: Sidere neſcit agi.
Non igitur multis gallos præcellere rebus
Et laudem ægregiam promeruiſſe nego.
Eſt tamen auſoniæ nobis gratiſſima tellus:
Qua fluit ingenti lingua latina uado.
Sunt illic chordæ/ ſunt barbita/plectra/lyræq;
Armaq; phœbeæ cætera militiæ.
Tradidit Italiæ ſua munera quiſq; deorum:
Et fuit ad dandas ingenioſus opes.
Iuppiter imperium docuit/ſceptrumq; tenere

Et premere æquali barbara colla iugo.
Arma dedit Mauors:galeas:enſeſq; coruſcos:
Et caua lorato ſcuta ferenda ſinu.
Addidit & latos humeros ceruicibus amplis:
Aptaq; thoraci pectora ſquāmifero.
Per campos equitum turmas & nautica bella
Per fluuios docuit currere perq; fretum.
Fronte graues italos lingua inceſſuq; modeſtos
Eſſe facit lento falcifer igne deus.
Barbaricam ſtimulat rabies in bella cohortem.
Itala conſilium non furor arma mouet.
Hic deus agrorum cultus: artemq; ferendæ
Vitis/& arboreas inſinuauit opes.
Cynthius ad muſas animos inflexit Apollo:
Et diſciplinæ tradidit omne genus.
Alma uenus populis urbes impleuit & agros:
Syluestreſq; caſas:æquoreaſq; domos.
Vt ſint qui curent urbana negocia ciues:
Qui ferat arma manu:qui colat arua boue.
Fœdera Mercurius docuit:legeſq; ſeueras
Et dare clamori litigiiſq; modum.
Terſa coloratis componere uocibus ora
Erudit:& uafro callida uerba ſale.
Luna pudiciciam ſuaſit:caſtumq; ruborem.
Ne furat ardeſcens & ſine lege uenus.
Alma ceres docuit fruges/quas ſemine iacto
Decolor incuruo ruſticus enſe metit.
Vina dedit Bacchus:paſſimq; comantibus agris
Vix grauis uuarum uinea portat onus.
Quid genus arboreum referam?quid mitia poma?
Quæ dat inexhauſto fertilis ora ſolo.
Sepibus auſoniis lauri naſcuntur/in aruis
Spargit odoriferum myrthea ſylua nemus.
Et quæ purpureo rutilant in cortice mala
Punica/de libyco per mare uecta ſolo.
Quid memorem ficum biferam?quæ diuite ligno
Mellifluas gignit nectareaſq; dapes?
Palladiis taceo quæ ſit uindemia baccis:
Et quantæ ex oleis accumulentur opes.
Aſpice picenos colles/ſamnitica rura/

Appula/campani littoris arua lege.
Aſpice Benacum/iuga tuſca/lyguſtica ſaxa.
Profluit in larices Palladis omne nemus.
Quid referam triſtes ſuccos/quos barbara miſit
Media? quid roſeis perſica mala genis?
Et quæ maternos aurato pondere ramos
Poma ſagittifera miſſa cydone grauant.
Adde lacernatas corylos/& amygdala meſſis
Nuncia:& hirſuto caſtaneas thalamo.
Adiice pinorum nemus: idæaſq; cypreſſos:
Et ſecta in tabulas ligna abiegna leues.
Quid tibi primicias fruges memorare neceſſe eſt
De ceraſunteo poma uocata ſolo?
Et quæ pyrameo non ſunt perfuſa cruore:
Et quæ thyſbeo ſanguine mora rubent.
Atq; damaſcenæ retinentia nomina terræ
Pruna/ſalutiferum quæ medicamen habent.
Plurima prætereo/riguis quæ ſeruat in hortis
Helleſpontiaci prouida cura dei.
Sunt ſaltus ubi mille greges paſcuntur equorum
Qua ſylaris calabro floruit alta ſolo.
Quaq; tarentinas arces ſpartana iuuentus
Condidit:& pulchro tingitur amne croton.
Sunt illic Dryades:agreſtia numina fauni
Flaminios colles:æmilioſq; colunt.
Pluſq; lupercales q̃ ludi pana lycoei
Delectant:Itali pan amat arua ſoli.
Vallibus auſoniis habitat:non menala curat:
Non pholoes agros/partheniumue nemus.
Nunc athesis:nunc arua padi:nunc læta reuiſit
Paſcua/quæ nitido mintius amne rigat.
Herboſos niueum magno pecus agmine ſaltus
Tondet:& innocuo iungitur agna boui.
Hinc lanæ tenues:hinc grandi caſeus orbe:
Quiq; graui taurus uomere ſcindit humum.
Mollia quæ ſoli carpebant uellera ſeres
Nent Itali:& texunt: in tunicaſq; ſuunt.
Sunt gelidi fontes:ſunt flumina magna: lacuſq;.
Altaq; piſcoſis ſunt uada gurgitibus.
Adde ſalutares undas/quibus ægra leuantur

Corpora:cum medicæ deficit artis opus.
Cœleſtes adiunge fauos & nectareum mel:
Quod uaga de florum uertice lambit apis.
Adde quod argentum tellus quæ parturit aurum:
Et graue quæ ferri pondus & æris habet.
Læta croci ſileo primis quæ fila pruinis
Vimineis Virgo colligit in calathis.
Nulla tot ægregias tellus complectitur urbes:
Nulla tot ardentes martia corda uiros.
Qua gelidus tanais:qua berhyca labitur unda
Sollicitant Itali mercibus omne fretum:
Nuſquam cœlitibus maior reuerentia:nuſquam
Maiori colitur relligione Deus.
Ipſa dei proles ſolymo ſata ſanguine Romam
Iura Sacerdotii iuſſit habere ſui.
Illic eſſe quibus reſeret:quibus æthera claudat
Inſtituit claues:imperiumqꝫ dedit.
Roma ſibi terras quondam ſubiecerat:at nunc
Aetheriaſqꝫ domos:tænarioſqꝫ lacus.
Quare age chare puer gentis pete regna latinæ:
Heroumqꝫ ſolum:Semideumqꝫ lares.
Te rogat ut redeas pater apœnninus:& ipſa
Templa cypreſſifero quæ gerit alta iugo.
Saxoſoqꝫ cadens ſummis ex alpibus amne
Clarus arenoſis Rhenus harūdinibus.
Te patrii proceres:te turba coæua ſodales.
Te tua tota domus:te tua chara parens.
Magna tuæ ſtatuunt patriæ tibi præmia patres.
Et uocat aduentus curia tota tuos.
Sancta:uenuſta:ferax:cum diuitie nobilis auro
In thalamos uirgo creſcit itura tuos.
Iam ſatis occiduas tecum luſtrauimus urbes.
Heſperiæ eſt reduci terra petenda pede.
Illic diuitiis:& pulchræ prolis honore:
Et fama ueteres tranſgredieris auos.
Tecum erimus muſæ:tecum celeberrima uiuet
Gloria:quæ noſtrum concomitatur iter.
Eia igitur cum mane rubens aurora reſurget
Auſoniæ dextra regna petantur aue.

.·.F I N I S.·.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Theologi. Contra poetas impudice loquentes Carmen.

Vnt quib9 eloquii datur aurea uena poetæ.
ſ Sed cadit in ſordes:inficiturq; luto.
Nam cypriæ curas & olentia gaudia ponũt:
Claraq; tam fœdo mergitur unda lacu.
Hoc decus hoc animis carmen cœleſtibus aptum
Rebus in immundis degenerare nephas.
Dona dei carmen nitidum:facundia præſtans
Mittitur ex aſtris a ſuperiſq; datur.
Eſt tuba Romanæ fidei legumq; poeſis
Quæ canat heroo ſacra deumq; pede.
Carmina quæ ſanctos deus ipſe parauit ad uſus
Impia mortiferi criminis arma facis?
Quid maculas turpi diuina libidine dona?
Quid teris immundo munera tanta pede?
Non ita Hieremias docuit.non thracius orpheus:
Non ita Ieſſei regia muſa ſenis.
Sancta prophanari ſcelus eſt delebile multo
Verbere:ſupplicio culpa pianda graui.
Vita decet ſacros & pagina caſta poetas:
Caſtus enim uatum ſpiritus atq; ſacer.
Si proba uita tibi laſciuaq; pagina:multos
Efficis inceſtos: in ueneremq; trahis.
Verba mouent animos.oris laſciuia pectus
Pulſat:& in uenas ſemina mortis agit.
Improbus has ſordes in carmina ſeminat orchus:
Cui ſtudium mentes commaculare pias.
Non ſecus ac uitreum ſi quis uult lædere fontem
Proiicit in dulces putre cadauer aquas.
Hoc animaduertas quicumq; poemata condis
Eſt opus:a ſtygio fer procul amue pedem.
Pelle pharetrati cum matre cupidinis arcum:
Atq; dioneo ſubtrahe colla iugo.
Mater adulterii uenus eſt ſtupriq; repertrix:
Atq; lupanari fornicibuſq; fauet.
Caſta dei genitrix.caſtus regnator olympi:
Mens capit ambroſias non niſi caſta dapes.
Lex uenerem feſtis uetat exercere diebus.

Sacra miniſtrorum corpora caſta uolunt.
Pierides caſtæ.caſtæ libetrides undæ.
Tota pudiciciam uera poeſis amat.
Eſt helicon uirgo:uirgo Peneia daphne.
Caſtalides aiunt uirgine matre ſatas.
Ite procul ueneris uates heliconis ab amne.
Virgineus ueſtro læditur ore liquor.
Non hederæ uobis phœbi non conuenit arbor:
Non amat inceſtas caſta corona comas.
Taxus olens:eruca ſalax:grauis herba cicutæ:
Sordidulos uates talia ſerta decent.
Salmacis eſt uobis Helicon.date uota Priapo.
Helleſpontiacis ponite thura focis.
Sit liquor Aſphalti uobis pro Phocidis unda:
Stringit ubi infames ſulfuris ardor aquas.
Deſine:pone lyram uates inſane:nec ultra
Cum ſtygiis Dirces flumina iunge uadis.
Proſtituis muſas meretricis imagine factas
Ante cauernoſi fornicis antra locas.
Frangis honeſtatem frontis:gremiumq; ſinumq;
Soluis:& infames mittis in ora modos.
Omnia das turpi muſis loca ſacra Dione:
Atq; pudiciciæ non ſinis eſſe locum.
Propterea merito pro uate uocabere læno
Elogio ſceleri conueniente tuo.
Si legeret caſu ſpurcum Lucretia carmen
Contereret preſſo carmina lecta pede.
Quod prohibet fieri quod uult natura taceri
Promis:& urbanum melliſluumq; putas.
Falleris.haud aliter q̃ qui pro piſcibus hydros
Pro uiolis tribulos aut aconita legit.
Id canis a ſola quod ſit meretrice uidendum:
Quod niſi laſciuo non queat ore legi.
I procul a grauium cœtu ſcelerate uirorum.
Fer procul a ſacra relligione gradum.
Hæc leuitas grauibus ſit pernicioſa poetis:
Namq; leues ſtudio credimur eſſe pari.
Non bene de fidei rebus ſentire putamur.
Innocui culpæ lædimur enſe tuæ.
Hi ueriti non ſunt ſanctas per ſcorta ſorores

Ducere:& ad tantum ſollicitare nefas.
Vina Mimalloniæ uobis dant cretica Bacchæ:
Et uetat infundi ſordida thyas aquam.
Tale docet Semeles puer & læmargia carmen:
Bacchidas:& ueneres:iſta poeſis olet.
Caſtalium ueri potant non uina poetæ:
Sobrietas fons eſt ebrietaſq; merum.
Qui bibit aſſidue gelidis de fontibus undam
Et uitreo ſiccato diluit amne ſitim:
Carmina caſta facit:Veneris commertia uitat:
Nec mouet ad uerſus ora pudica leues.
Vina iocoſq; canunt Veneris Bacchiq; poetæ.
Quod latet in uapido pectore carmen olet.
Hi ſunt quos ſtatuens ſancti conſortia cœtus
Eſſe procul iuſta iuſſit ab urbe Plato.
Fautores ſcelerum corruptoreſq; iuuentæ
In mala deceptum plurima uulgus agunt.
Dumq; licere uolunt ſuaſit quæcũq; uoluptas
In mores acuunt ſpicula multa pios.
Improba garrulitas uerbiſq; procacibus ardens
Seminat in ſanctam noxia uerba fidem.
I.miſer:& ueniam ſuperos pro crimine poſce
Ante flagellati uulnera quinq; dei.
Voce.genu flexo.lachrymis.& pectore tonſo.
Fletibus.erroris damna repende tui.
Carmine qui celebrat ueſana cupidinis arma
Et ueneri neruos ingeniumq; dicat
Hic iacit in ſaniem uiolas:in ſtercus amomum:
Atq; ſub obſcœnos lilia uerna ſues.
Sulfuream læthes haurit de fontibus undam.
Et ſtygiam lato gutture potat aquam.
Se facit indignum ſuperos qui cernat & aſtra:
Nam miſer in ſolam lumina uertit humum.
Tranſfugit a ſuperis ad limina ditis:& ardet
Gaudia contempto luxurioſa deo.
Eſt opus ardentem frenis arcere iuuentam:
Nec ſinere in mores luxuriare malos.
Collige terrenis mixtum de ſordibus aurum:
Gemmaq; in illuſtri ſplendeat iſta loco.
Eſt deus eſt trinum ſemper laudabile numen

Vnde trahunt rerum ſemina prima genus.
Spirituum ſoboles cœliq; decemplicis aſtra:
Aſtrorumq; uices multipliceſq; uiæ.
Sunt animæ diuum titidum quibus æthera uirtus
Donat:& hos ſanctos indigeteſq; uocant.
Et quæ materiam præbent elementa caducis
Rebus:& æternæ dant alimenta neci.
Sunt erebi manes:ſunt tartara nigra:lacuſq;
Sulfurei:& nigri regna profunda iouis.
Sunt loca pœnarum:ſunt altæ ergaſtula mortis:
Sub quibus æterno lucifer igne calet.
Sunt ſcelerum pœnæ tormentaq; debita noſtris
Sordibus.& ueneri carminibuſq; tuis.
Sunt ea quæ profert aer:quæ parturit æquor.
Quæ generat pingui dedala terra ſinu.
Multicolor facies agri ſyluæq; comantes.
Multiſonæ uolucres. multiuagæq; feræ.
Sunt ſophiæ partes:eſt ingenioſa Matheſis:
Verbaq; clamoſi litigioſa fori.
Sunt hominum uitæ:ſunt digna negocia uerſu
Plurima geſta foris:plurima geſta domi.
Collige diuorum mortes:& fortia facta.
Inclyta martyrii bella rubentis habes.
Iugera multiferæ tibi ſunt telluris & horti:
Nauigium/merces ueluolumq; mare.
Sunt tibi pampineo ueſtiti palmite colles:
Sunt iuga:ſunt ualles:multicomumq; nemus.
Arua.lacus.urbes.caſtella ſuburbia.uillæ.
Sunt caua:ſunt tenui flumina preſſa uado.
Ellige de multis aliquid:tibi copia rerum
Maxima:materiam carminis iſta ferent.
Nata freto Venus eſt:ueneréq; ſub æquora mitte
Infima qua nigris pallet abyſſus aquis.
Id cane quod tetrici poſſint audire Catones.
Quod probet Hippolyti Penelopeſq; pudor.
Tunc ego te uatis dignum cognomine dicam.
Tunc tua cantari digna poeſis erit.
Tunc helicona bibes:caſtiſq; rigabere lymphis.
Si uenus in uerſu non erit ulla tuo.
Finis Romæ die.xx.octobris.M.cccclxxxvii.

BAPTISTAE Mantuani Carmelitæ Theologi de p̄ſidentia Oratoris & poetæ ad Io.Bap.Refrigeriū Carmen.

Ebita cui potior laus eſt/quæ gloria maior
d Rhetoris: an uatis/quē p̄ferat attica pallas
Noſtra Refrigeri9 quæ ſit ſentētia quærit.
Ipſe canā quicqd meus inſpirabit Apollo.
Nec quenq̄ damnare animus/neq; laudibus æquis
Tollere inæquales. quæ ſint cōmunia/quæue
Propria ſignabo. ſic cluceſcere uerum
Fas erit: ut coram poſitis ſalice & ſaliunca
Illico diſparitas ſimul & præſtantia conſtat.
Quem minus iſta iuuant/ædat meliora precamur.
Delphica namq; mei non ſunt oracula uerſus:
Nec quæ ſancta dabat phœbi reſponſa ſacerdos:
Materiam quæ lata immo quæ ampliſſima circum
Artifices ambo pariter uerſantur eandem:
Veloceſq; agitant in eodem puluere currus.
Quicquid enim ſermo potis eſt cōprehendere/utriq;
Subiectum artifici: ſicut mare portat utrunq;
Et qui puppe humili legit/& qui nauibus aliis.
Sed fugit a terris procul alta per æquora uates
Non ſcopulos/non ſaxa timens: non aeris iras.
Temonemq; ſuum uentoſi cærula ponti
Sulcantem uada maiori leuat: & premit arte:
Occaſum melius uates cognouit: & ortus
Stellarum: pelagiq; deos: nymphaſq; natantes
Fontibus & fluuiis / & in alto gurgite ponti.
Et cur depoſito tacitum mare dormiat æſtu:
Flebilis Alcyone quando noua pignora curat:
Et quare alterno fluat unda reciproca motu:
Quod tellure latet: quod aquis: quod in aere uiuit:
Quod latis ſpaciatur agris: quo tempore uenti:
Ac tempeſtates ueniant: qui fertilis annus:
Quiue futurus inops: habet enthea pectora uates
Interpres elementorum cœli atq; deorum.
Namq; deos omnis diuumq; habitacula mundum
Mente gerit nitida tenet obſeruatq; latentis
Indicium magneta poli: neptunia regna

Ordine legitimo ſecat:obuertitq; uolantem
Quorſumcumq; libet proram:luditq; per undas.
Florea ſerta ligant charites ad garbaſa nymphæ
Gramina iactantes paſſim per tranſtra foroſq;.
Triſte nihil:nihil incultum:nudumue relinquunt:
Protheus:& Triton:pater Aeolus:humida doris:
Neptunuſq; maris princeps:& Naiades omnes:
Alma parens Thetys: & cætera numina ponti:
Ornatum mirãtur:iter curſumq; ſecundant:
Orator minus alta petit:ſed littora circum
Labitur:& uento laxat ſua uela minori:
Antennæq; minus uaga cornua tollit in auras.
Ipſius eſt ſciolo quicq̃ ſuadere popello.
Idq; poteſt raro:credi mendacia uates
Cogit:& aſſenſus quo uult inclinat/agitq;.
At quia durior eſt/minus eſt uulgata pœſis:
Et minus in linguas hominum ſe miſit:& ora.
Non ne putas leuius terræ ſine carmine cultum
Bellorumq; duces magnum potuiſſe Maronem
Dicere. Non ne putas alti uaga ſydera mundi
Scripſiſſet leuius romano Manlius ore
Muſarum ſi non magno perculſus amore
Suſcepiſſet onus menſuræ/artemq; ſeueram?
Eſt leuius uerbis cauſas orare ſolutis:
Atq; uagos ſine lege pedes: & libera demptis
Compedibus quocunq; uelis ueſtigia ferre.
Sunt tamen & quidam/quibus eſt in carmen abũdãs
Riuus:& ex quorum dulci liquor aureus ore
Semper eat: ueluti plenis ſi florea mella
Sint expreſſa fauis:iugiq; fluentia curſu.
Hi facile in modulos agiles/& lactea uerba
Prorumpunt:ac ſi geſtent in pectore Phœbum/
Et coniuratæ ueniant ad plectra ſorores:
Siue frequens uſus:ſeu cœli abſcondita uirtus
Et natura potens agat hoc:ſeu munere diuum
Accidat:incertum eſt:uerum hæc tamen omnia ſi ſint
Diuinum efficiunt uatem:qualem Orphea:qualem
Muſæum:Aſcræumq; ſenem:cœcumq; linumq;
Commemorant:& Pelignum:diuumq; Maronem:
Quem tebana tulit felici Mantua partu.

Romanæq; lyræ patrem:facilemq; Tibullum:
Quiq; ſonat cantu ciuilia bella ſuperbo:
Et qui fraternas acies in prælia duxit:
His tantæ facundiæ opes:his tantus Apollo:
Non quia ſit facilis uia/quæ fugit ardua in alti
Parnaſi iuga:qui gemino ferit æthera cornu.
Sed quoniam natura ſagax:deus:uſus: & aſtra
Talibus ingeniis inſpirauere poeſim.
Nec tantum ignari ſumus in ſermone ſoluto
Eſſe pedes/quibus incædens oratio claudat
Commata:& artifici moueat ueſtigia greſſu.
Sed quando ſyntagma iſtud natura ſuapte
Vi docuit/dici meruit ſine lege/ſine arte.
Qom canit heroum laudes:aut triſtia martis
Bella feri:uel cum teneros deplorat amores
Pectora diuino uates ſuccēditur igne.
Et totam afflatus pymplæo numine mentem
Se maior ſe nobilior ſe fortior ipſo
Nectar & ambroſiam libat: plæbiſq; tumultum
Clamoſumq; fori murmur:plauſuſq; theatri
Rhetoribus linquens tacito ſubit aſtra uolatu:
Aſt orator humi graditur:nec in extas in unquam
Raptus adit ſuperos/menſiſue accumbit olympi.
Garrulitate acri nunc hos nunc mordicus il'os
Vexat hians toto pulmone/& gutture rauco
Illa diffundit thalamo taciturna ſilenti
Solæ ubi pierides tornat ſua carmina uates
Quæ populus:doctiq; legant reuerenter/& omnis
Poſteritas colat:inuidiæ quæ fulmina uincant.
Orator ſtrepitus amat:alta ſilentia uates.
Sunt tamen & ſacris dentes & cornua & ungues
Arma quibus pugnare auſint & uincere muſis.
Archilocus docuit.rabido qui certat Iambo.
Et qui execrandam numeris ita uerberat ibim.
Sed magis intendunt animum ad uirtutis honorem:
Ad pacem/ad diuum cultum & decora alta uirorum.
Sed neq; quis baubet morem non eſſe poetis
Vera loqui:fama hæc fallax/& opinio mendax.
Vera canunt uates dulci condita lepore:
Splendoremq; addunt/immortalemq; decorem

Rebus:& ore beant ſacro quæcunq; reponunt.
Quod dabit orator nudum/ſimplexq;/Poeta
Expoliet grauibus dictis & diuite uerſu.
Eſt igitur maior bonus oratore poeta.
Sublimiq; ſedens ſolio/quod Apollinis arbor
Circuit/& frondes hederæ bicoloris obumbrant/
Supra cauſidicos & rhetores eminet omnes.
Magna quidem fateor uerbis/& fulmine linguæ
Orator potuit:populos commouit & urbes:
Sediciosa graui compreſſit murmura uoce.
Precipiteſq; rudis turbæ compeſcuit iras.
Non tamen id propter Cicero ſuperabit Homerum:
Nec te diue Maro Demoſtenis ora diſerti.
Non quantum quid agat:ſed quanta potentia rebus
Contempleris opus:ſic quid qua ſede locandum
Sic cui quid iuſte poſſis præferre/uidendum.
Non magis eſt agilis ſaliens:thyaſoſq; frequentans
Quam pigros cuicunq; grauis ſopor alligat artus.
Nec uigilans oculus languentia lumina ſomno
Exuperat uiſu.talis mentitur elenchus
Pelides phrygias uicit non Iuppiter arces.
Eſt igitur ſummo uictor Ioue maior Achilles.
Extremo poſitas gentes oriente ſubegit
Magnus Alexander/quo non peruenit hiachus.
Non tamen eſt ideo ſuperis & numine Bacchi
Maior Alexander ſpoliato oriente ſuperbus.
Non maiora tamen damus oratoribus acta.
Namq; quid eſt & quid ſibi uult Amphiona quõdam
Adiutrice lyra patriam inſtauraſſe iacentem?
Mœnia quid ſibi uult cithara troiana ſonanti
Creuiſſe:atq; ſono lapides ad pergama tractos.
Iſta docent homines uatum dulcedine tractos
Accinxiſſe operi:pronoq; ad carmina greſſu
Conueniens uulgus cœpto indulciſſe labori
Orpheus adiutus neruis:& cœlibe cantu
Per nemorum latebras:per inhoſpita ſaxa per agros
Errantes hominum turbas collegit in unum:
Viuendiq; modum docuit: moreſq; ferinos
Abſtulit:atq; truces animos molire canendo
Cœpit:& edomuit placidis fera pectora muſis.

Diuinos etiam ritus/altaria/& hymnos
Inſtituit:diuumq; nouos inuenit honores.
Auſus & ipſe minas pelagi ſuperare furentis
Semideos inter frigentem uenit ad urſam.
Cecropius uates claudo pede militat urgens
Artifici reſides animos in prælia uerſu:
Et placido crudum ſuccendit Apolline Martem:
Dii ueteres reſponſa dabant raro ore ſoluto:
Sæpe modis:quoniam plus maieſtatis & artis:
Et plus laudis habent:iſto ſplendore loquelæ
Attonitas hominum fallebant numina mentes:
Carminibus ſacris quæ non tentata fuere?
Intactum ueteres quidnam liquere poetæ?
Terra ferens plantas/habitatæ piſcibus undæ/
Aura natata auibus/flammæq; animantium inanes/
Aethereæq; domus diuum/lucentiaq; aſtra/
Diui ipſi terræ dominatores & olympi/
Et cauſæ rerum altrices/ quas omnipotenti
Natura ingenio docet omnis ædere partus/
Atq; mathematicæ celebratæ uerſibus artes.
Adde hominum leges/& fœdera flebilis orci.
Adde pios pacis mores:belli adde labores.
Omnia carminibus debent:ſacroq; ſororum
Pieridum numero: uiridi quæ in margine fontis
Caſtalii dulces iterant ex ordine plauſus.
Inter ſollicitæ nhil eſt medicamina mentis/
Quod magis ægrotum pectus leuet:atq; reſoluat
In nihilum curas animi graue pondus inertes/
Quam lyra/& aonii dulcis Symphonia plectri.
Carminibus Naſo curarum mitigat æſtus:
Et patriæ ammiſſos irato Cæſare fines.
Carmine iacturam bis raptæ coniugis Orpheus
Temperat.& curua flagrans teſtudine pectus
Mulcet:& antiquos ſenſim dediſcit amores:
Ergo animum reuocant ſtudia ad meliora puellæ
Pierides:iuuenumq; fluentia uota coherceent.
Et quia perpetua genitor dat Iuppiter illis
Virginitate frui:uerſus odere ſalaces:
Laſciuam oderunt uenerem/iuueneſq; petulcos.
Carmen amant ueræ ſanctum & ſine labe camænæ:

Secretoq; adyto gaudenti & cœlibe tecto
Semper/ & indocilis turbæ conſortia uitant.
Degenerant falſæ:ſpurcoſq; ſequuntur amores
Mollia pangentes & ſcænica carmina muſæ.
Vnde meretriculæ dici meruere habitantes
In ſcænis/in fornicibus madidiſq; tabernis.
Orator populi rebus ſe immiſcet agendis
Diuitiis inhians.audacem uendere linguam
Doctus in antithetis librat pugnantia uerba.
Dum ſermone rotat turgentia uerba ſuperbo
Sæpe ſimultates taciras/manifeſtaq; gignit
Sæpe odia:in proprium ſtrictos caput excitat enſes.
Saucius auulſa iacet hic in littore dextra:
Alter apud Calabros fugiens bella aſpera fluctus
Neptuniq; patris ſacram ſuſceptus in ædem
Se manibus necat ipſe ſuis:& acerba ueneno
Fata ciet properans: mortiq; it obuius ipſe.
Munera tranquillus fugiens ciuilia uates
Contentuſq; opibus modicis/ſua carmina nulli
Vendit & oblatos etiam non curat honores.
Inter honoratos patres:plebemq; minorem
Gratior incædit:urbis mirantibus:atq;
Millibus e multis uni aſſurgentibus illi.
Neſcio quid uates diuini numinis inſtar
Fronte gerens oculos in ſe conuertit: & ora.
Nectar ab illius labris: & hymetia mella
Flumine perpetuo ſtillant/dicentis ab ore
Aurati pendent proceres:patrumq; corona.
Clioq;:Euterpeq;:Taliaq;:Melpomeneq;:
Terpſichoreq;.Eratoq;:Polimniaq;: Vranieq;
Calliope/hæc muſas forma ſuperminet omnes/
Quorſumcumq; petat/uatem comitantur/ & hæ ſunt
Mnemoſynæ/magniq; Iouis doctiſſima proles:
Hæ nullum ſine fruge diem/ſine Apolline nullum
Tempus abire ſinunt:iſtis retinentibus ætas
Lentius it:tardo ueniens pede cana ſenectus
Membra minus frangit:ſeros minus afficit annos.
Et minus ut lacheſis deducere ſtamina uitæ
Deſiit/oſſa premit tallus.parcitq; ſepultis
Vatibus amplectens uenerandos leniter artus.

O mihi caſtalides gratiſſima numina nymphæ
Q uæ puerum quondam me ſuſcepiſtis alendum
Ducite me(nam toedet agris his degere)quæſo
Aonas in montes:date tecta ſilentia nobis
Vallibus in ueſtris:ſyluas date:cædimus alta
Mœnia Rhetoribus: moderandas cædimus urbes:
In loca me ſemota procul:ſepoſtaq; longe
Tollite:ne uiles inter caneſcere turbas
Me ſinite:errantem ueſtris lux ultima campis
Me precor inueniat:ſtudiis mea dulcibus ætas
Læta fluat:ſacra muſarum me ad funera ducant
Numina poſt obitus:neq; enim mortale camœnis
Numen ineſſe puto:me ad clari lucida mundi
Atria:fœliceſq; animas comitentur euntem.
Hæc Baptiſta tuum ſuper hoc certamine uatem
Sit ceciniſſe ſatis. Sacræ myſteria legis
Dum docet:& paruis ingentia umbus audet.
Plura canam quando multum quæſita dabuntur
Ocia:quando deus:quando magis aſtra faueb unt.

FINIS

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Ad Beatã Virginem Votum.

D tua confugio ſupplex altaria uirgo
a Et fero nocturnas in tua templa preces.
Tu noſtros eteni potis es depellere morbos:
Aegraq; de tepido membra leuare thoro.
Te deus & terræ fecit:cœliq; potentem:
Et tibi cocytus cum phlegethonte ſubeſt.
Signa tenes regni:fuluum caput induit aurum:
Virgineam decorat regia uirga manum.
Albicat intactum niueo uelamine corpus:
Et tenuem pingunt aurea mala togam.
Aurea non ſterilem demonſtrant mala puellam:
Indicium candor uirginitatis habet.
Hæc duo ſignificant:quis natura repugnet.
Q uod paris illeſa uirginitate deum.
Lucida biſſeno ubi frons inectitur aſtro:

Atq; ſedes alto glorificata throno.
Sole micant humeri fugientibus undiq; flammis:
Et niueos ueſtit candida luna pedes.
Maxima ſpirituum legio tibi ſeruit: & ultro
Cœleſtes uolitant ad tua iuſſa chori.
Tu noſtros igitur potis es depellere morbos:
Aegraq; de tepido membra leuare thoro.
Cerne meos ergo gemitus: miſerere dolorum:
Non licet afflictas diſſimulare preces.
Luce gemens iaceo reſonant ſuſpiria nocte:
Totaq; continuus tempora langor habet.
Arrida conuellit feruens præcordia febris:
Et phlegethonteo me quoquit igne focus.
Rhenibus æthna ſubeſt: boreas incendia flatu
Suſcitat: immenſus deuorat oſſa calor.
Aret & exuſto tabeſcit lingua palato:
Siccaq; compreſſis faucibus ora iacent.
Feſſus hiat pulmo: tenuem uix attrahit auram:
Raucaq; languenti guttura uoce ſonant.
Flagrat dira ſitis: quam non extingueret hebrus
Cum gelido hybernas colligit amne niues.
Soluitur in cineres exhauſto ſanguine corpus:
Et parat arſuro tabida membra rogo.
Aeger ſolus inops aliena ignotus in urbe
Conqueror & mecum triſtia fata gemo.
Auxilium medicina negat: natura dolori
Cædit: & ammiſſo robore uicta iacet.
Non me phillridæ poſſunt non phaſidos herbæ
Soluere: non coi prouida cura ſenis.
Non mihi Circeum carmen non Pæonis artes
Non pariet delos: non epidaurus opem.
Qualis in æquoreo puppis quaſſata tumultu
Cum bibit admiſſum ſciſſa carina fretum.
Talis ego immenſa morbi ſub mole ſepultus
Non procul extremum ſuſpicor eſſe diem.
In ſcopulum fracta ſi quis rate pulſus ab undis
Expectet nautæ prætereuntis opem.
Vidit ubi lato nullam prodire ſalutem
Aequore: ſopit iners triſtia corda gelu.
Sic mihi qui non ſum medica ſanabilis arte

Opprimit exanguis pectora mœſta pauor.
Ad ſuperos clamo ſupplex & numina planctu
Sollicito diuos in mea uota uoco.
Sed te præcipue diuorum maxima uirgo
Mitis in humanum quæ genus eſſe ſoles.
In nos magna tui ſunt experimenta fauoris:
Et pietas omni iam tua nora loco eſt.
Erue me tantis igitur regina periclis:
Et lacere ſparſas collige nauis opes.
Mox ut liber ero lauretia templa reuiſam:
Et tibi de noſtro carmine munus erit.
Carmine perſoluam grates: & carmine laudes:
Carmine diuinum teſtificabor opus.
Hæ mihi diuinæ q̃uis mihi paupere uena
Caſtalio tenuis riuus ab amne fluat.
Ter tibi lucentes ſacrum ponetur ad aras
Iunctaq; cum dulci miſtyca liba mero.
Et tua progenies duplici ſub imagine ſacrum
Fiet:& hæc noſtræ cauſa ſalutis erit.

∴F I N I S∴

Bab.Man.Car.Theo.ad Iacobũ Carpophorũ Ferra/
rienſem de ſuſcepto theologico magiſterio.Syl.iii.

Actenus ĩparib9 numeris mea muſa cucurrit
h Picta genas fuco:pictis redimita coronis
Per iuuenum curas:& per tua caſtra cupido.
Nunc opus eſt maiore lyra:nunc ſeria nobis
Sunt dicenda:ſales abeant:riſuſq;:iociq;
Nunc ſe difficilem præbet nimis impia Iuno.
Nec ſolum negat auxilium:uerum aſpera contra
Bella mouens uetat ex humili diſcedere uulgo.
Copia quæ multis acheloia frugibus implet
Cornua/conuerſis alio mea uultibus ora
Ferre nequit:cœliq; potens ruit impetus in me.
Saturni Martiſq; graues uix uincimus iras:
Vix Citherea Venus tanti eſt:uix Iuppiter ipſe.
Tempora Calliope pullo uellauit amictu
Contractiſq; ſuperciliis.& pallida uultum
Anxia/ſollicito ſuſpiria pectore ducens/

Afflictæ indignum mentis confeſſa dolorem eſt.
Sicut in orphæo quondam mœſtiſſima fato.
Nam ſubito dulcis nati conterrita caſu
Languit:& lachrymas oculi fudere repentes
Q uem miſſum in liquidas hebri caput audiit undas:
Sublatamq; lyram nitidis agnouit in aſtris.
Huius inornato mœrens tibi carmine pandam
Mœſtitiæ cauſas:Tu mitia pectora præbe
Auxilioq; grauem curam ſolare precantis.
Semper ego a teneris (ſic ſors mea me tulit) annis
Et phœbi:& tetricæ ſtudiis hærere mineruæ
Conſului:duroſq; tuli/ſubiiq; labores:
Dum ſamiæ ſublime notæ : dextrumq; cacumen
Scandere conarer:Gaudent ſudoribus artes:
Et ſua difficilem reddunt ad limina curſum.
Nam totas cum nocte dies inſomnis/& expers
Loenæi & cereris/macilentus & ore ſubalbo
Inter odoratas lauros phœboq; dicatas
Eurotæ ad ripas coſumere ſæpe ſolebam.
Tantæ pallas erat curæ : me tantus agebat
Ardor:ut & propriæ neſcirem parcere uitæ
Si quando humanam rapiunt cœleſtia mentem
Numina terrenis ſpoliant affectibus:inde
Sæpe fit ut uireſq; ſuas ſua protinus arma
Colligat : & fugiens clamoſi murmura uulgi
In loca ſe deſerta ferat : lucoſq; ſilentes
Aetherio ſolum regi placitura / ſibiq;.
Artibus humana poſtq̄ ratione repertis
Tantum operæ impendi/ſacram tentare Mineruam
Conſilium fuit/& diuinas uoluere chartas:
His didici quis ſit magno qui præſidet orbi:
Et ſolum:ſummumq; bonum/quo ducimur omnes.
Primaq; naſcentis uidi primordia mundi:
De nihiloq; aliquid factum:nec uera loquutos
Phœnices/perſaſq; magos:dryudaſq; ſeueros.
Pocula tantalei ſemper manantia ſaxi
Hauſimus : & magni calicem potauimus eſræ.
His ubi me quidam ſatis inuigilaſſe putarunt
Meq; iſto ſudaſſe ſatis uidere ſub axe/
Conſuluere una patrios non ſpernere mores/

Neue mihi oblatum parui diadema putarem.
His monitis longa tandem prece uictus adhæſi:
Atq; ea quæ doctos redimunt inſignia ſumpſi
Sæpe quidem dixi non hoc me dignor honore.
Non decet hos humeros tantæ ſupponere moli.
Quo ad potui renui:uariaſq; opponere cauſas
Ne fieret ſtudui:uerum ars non profuit ulla.
Et fruſtra excuſans conſumpſi tempora. uicit
Vicit amicorum pietas.uicere diurnæ
Nocturnæq; preces:nec enim mihi cornea fibra.
Supplicibus dictis deducere ſydera cœlo
Sæpe magnus potuit:ferrumq;:adamantaq; durum
Soluere:& in cineres potuit conuertere ſaxa:
Aſſiduis hominum precibus mitiſſima fiunt
Numina/quæ fuerant odiis accenſa malignis.
Carminibus:precibuſq; piis:& ſupplice cantu
Thraicius uates potuit phlegethonta mouere.
Lacte feræ catuli uiroſoq; ubere paſti
Montibus in ſummis:in duris cotibus:inter
Aſpera dumeta/& ſpinis abſcondita luſtra
Humanis nūq̄ loca cognita greſſibus orti
Obſequiis:blandiſq; ſolent manſueſcere dictis.
Ipſe manus in uincla dedi/feciq; coactus
Non equidem quod ego/ſed quod uoluiſtis amici.
Cum me pauperies:& res anguſta teneret
Aonios adii fontes: Sanctaſq; ſorores
Supplicibus dictis ad opem incuruare ferendam
Dum propero/deus is/qui me tibi fecit amicum
Cur ignaue ſiles dixit?cur carmen & artes
Non agitas noſtras?Fruſtra ergo in montibus iſtis
A puero erraſti:tibi nil mea proderit ergo
Laurus/& unda ſacri tua quæ rigat ora liquoris?
Summe lyram:cantuſq; moue: mœſtumq; timorem
Pone:tuis pronas precibus qui porrigat aures
Diuitiis Iacobon habes/animoq; potentem.
Ipſe tuam ſortem miſerans ſuccurret: & auro
Pauperiem tollet. pone iſtas pectore curas.
Spem dedit hanc miſero cirrhæ qui præſidet arci.
Et nocturna ſuis renouat ſplendoribus aſtra.
Miratæ rupes:phœbum colleſq; loquentem

Aſſenſere ſuo regi, Sacræq; Sorores
Pauperis in miſero caſu gemuere poetæ.
Quare age ſi ſacras penitus non deſpicis artes
Et niſi te ueteris mutato pectore noſtræ
Tedet amiciciæ: ſi qua eſt clementia: ſi pars
Vlla tibi pietatis adhuc: ſi numina curas
Prome aliquid: uatiq; faue: dextramq; iacenti
Porrige: & in tenebris erranti lumina pande.
Et pudet, & durum eſt mihi mendicare: pudorem
Res miſeræ ſuperant: & quæ me cogit ægeſtas.
Ite mei uerſus: & non redeatis inanes.
Si quod habet numen nunc experiemur Apollo.

Baptiſtæ Mant. Carmelitæ Theologi. Sylua iiii. de Balneis Porrectanis.

h. Ic ubi pſpectant duo ſe iuga frontibus altis
Balnea porrectæ fama uetuſta uocat.
Vallis in umbroſæ medio per grandia ſaxa
In Rhenũ tenui labitur amnis aqua.
Solis ad occaſum mons eſt. mons ſolis ad ortum:
Et tepidos latices fundit utrumq; latus.
Montis ad occaſum cuius magis ardua moles:
Cum pluit interdum fumat & ardet apex.
Huc ueniunt ægri quotiens aſclepia morbo
Ars minor. & nullam fert medicamen opem.
Huc ueniunt gelidi quos nomĩat unda lemani:
Qui mare dalmaticum Chaoniumq; uident.
Quiq; ararim ligerimq; bibunt, quos irrigat iſter:
Et padus alpinis multiplicatus aquis.
Et quod auſoniis ſiculi mare partit ab oris.
Et qui longinqui Cratidii arua tenent.
Campani, tyrrheni, umbri, picentia rura,
Samniaq;: & pĩguis terra latina ſoli.
Qui iuga q campos q rura urbeſq; frequentant
Qui rate Neptuni regna liquentis arant.
Vndiq; porrectæ ſacrum concurſus ad amnem
Solſticio longas abreuiante dies.
Sidera littorei dum ſol tenet ardua Cancri
Et Leo flammanti cum premit ore ſolum,

Carminibus reſonant montes:Citharædus Arion
  Orpheus amphion per nemus omne canunt.
Mane diem phœbo uix dum ſpargente bibendum.
  Fumantes cyathi ſollicitantur aquæ.
In uada cum nitro ueniens & alumine ſulfur
  Ardorem domita frigiditate facit.
Porrige uentroſum calicem/crateribus hoſpes
  Grandibus ad uitæ pocula ſancta ueni.
Gutture prælargo bucciſq; tumentibus hauri:
  Salſaq; per fauces fluctuet unda cauas.
Porgite ad os laticem/qui mox deſcendat in aluum
  Et grauia audaci uaſa leuate manu.
Flumina concurſu celebrate ſalubria magno:
  Sed procul a uobis ſit ſopor atq; uenus.
Vade/redi:greſſu profer ueſtigia lento.
  Et bibitos fontes euome / minge/caca.
Ter bibe/& horarum facito itualla duarum
  Semper.& exili prandia uentre uora.
Pauca Ceres/flauo præcordia dilue Baccho:
  Et ueruecis in hoc uiſcera fonte coque.
Labitur in uenas aqua:membra perambulat ægra.
  Corporeq; ab omni dira uenena fugat.
Reſtituit crudos.ſtomachoq; medetur inerti:
  Et ciet expulſa debilitate famem.
Fertur & antiquum capitis ſedare dolorem.
  Difficiles animas ſanat:& aſtma leuat.
Labitur i rhenes.lapidemq; i rhenibus ortum
  Frangit:& urinæ uaſa uiamq; lauat.
Fœcundat ſteriles uteros:ſperataq; nunq̃
  Pignora fert.triſtes lætificatq; nurus.
Singula qd referam? Rurſum renouata iuuentus
  Vernat.& ex uultu ruga ſenilis abit.
Extenuata prius facies impletur:& ardet
  Purpura i extenſis ſanguinolenta genis.
Corda calent:uenæ ſaliunt:caua tempora ſurgũt.
  Mens redit ad primos exhilarata dies.
Apœnine pater q diuidis Itala regna
  Verticeq; aereo cernis utrunq; fretum/
Cum locuplex ferri cum ſis ditiſſimus auri/
  Nil tamen hoc ſacro flumine maius habes.

Gignis opes uarias. ſed nil præſtantius iſto,
Quod reparas homines, i meliuſq; refers.
Dicite quæ colitis montes & flumina Nymphæ,
Quo deus has pacto ſignificauit aquas.
Dum precor, ex tenui qui præterlabitur amne
Protinus eſt tali nympha loquuta ſono.
Bos confectus erat macie quaſi faſcina paſſus.
Lentus, iners, recubans, nec iuga ferre ualens.
Epar erat roſum blattis: erat ulcere pulmo
Tabidus. ægrotans aſtmate uocis iter.
Ruſticus indulgens operis abſoluit: & omne
Nocte dieq; tulit per nemus ire uagum.
Magdalena loco quæ præſidet, ora bubulci
Sumpſit: & hæc laſſum duxit i arua bouem.
Ille ſitim patiens fonti iam proximus undam
Hauſit: & i tepido proruit ora uado.
Delectatus aquis ſalſoq; liquore uagari
Deſiit: i uirdi iam ſtabulatur humo.
Paſcitur ad ripas: i margine fluminis herbam
Carpit: & a ſacro neſcit abire loco.
Menſis erat, cum iam tergo reparatus obeſo
Diua eadem rurſum facta bubulcus adeſt.
Atq; bouem uulſa nemorum de ſtipite uirga
Depulit ignota de regione domum.
Nam locus ante fuit ſyluis horrendus opacis.
Nulla dryas norat nulla Napæa uiam.
Vallibus obſcuris tellus abſcondita ſaltu.
Inuio, & hyberno ſemper aduſta gelu.
Vidit ut incolumem quem nec ſupereſſe putabat
Vix pecudem dominus credidit eſſe ſuam.
Cumq; memor fontis taurus remearet ad umbram
Vallis, & ad gelidi paſcua nota ſoli,
Ruſticus inſequitur ueſtigia, noſſe laborans
Quid tulerit caſus quod medicamen opem.
Venit ad anguſtas fauces conuallis: & audit
In glaream riuo deſiliente ſonum.
Audit: & appropians nebulas aſcendere cernit
Vt ſolet ardenti cum tepet olla foco.
Subſtitit admirans, ut ſulfura naribus hauſit,
Accipit admota flumina lapſa manu.

Agnitus ut calor eſt:alio nihil indice dixit
Eſt opus.hi latices hi medicamen habent.
Iſte latex medicamen habens decurrit in amnem:
Inde ſalutates efficiunt̃ aquæ.
Nec mora.uulgatum uicina p oppida fontis
Nomen:& ad ſacras turba cucurrit aquas.
Poſteritas cupiens grates pſoluere diuæ
Struxit ĩ exculto parua ſacella ſolo.
Vt ſic fata:ſonum fundo dedit unda ſub imo:
Nymphaq; platum traxit ĩ antra caput.
Ergo loci genio diuiſq; habitantibus aſtra
Annua ſolẽni ponite ſacra die.
Magdalena loci genius.concurrite ad aram
Cũ fuit ad Chriſti diua uocata thronũ.
Iulius ardebat:canis ignea iũcta leoni
Arrentem flãmis ĩficiebat humũ.
Vt fugias igiť diſcrimia fontis & aſtri
Protinus ad diuæ confugiat̃ opem.

FINIS.

Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ:Theologi:In diui Alberti Carmelitæ Natiuitate: Hymnus. Pro reſti/tuta ſalute Votum.

m Enſis Auguſti redeũt honores:
Fulget aulæis paries.& Aræ
Ignibus lucent.Thymiama nubem
Fũdit odoram.
Cœtus Alberto populi frequentis
Vota perſoluunt:referuntq; grates.
Et ſalutaris ueniunt ad undæ
Pocula turbæ.
Saphphicis ergo modulemur hymnis
Arua tam claræ decorata partu
Prolis:& nunq̃ celebranda dignis.
Laudibus acta.
Hinc leuat frontem Lilybeus altam:
Hinc maris latos erycina rupes
Proſpicit campos: Drepanumq; curui
Littoris urbem.

Q ua uident Phœbum Siculi cadentem:
Atq; Didonis tyriæ ſuperbum
Littus:& regnis inimica ſemper
Regna latinis.
Inde præclarum genus:inde ſanctæ
Traxit Albertus documenta uitæ:
Atq; Carmeli fuit & ſicanæ
Gloria terræ.
Cum puer ſeptem ſuperaſſet annos,
More Baptiſtæ fugiens paternum
Limen ad ſacram properauit almæ
Virginis ædem.
Hanc Paleſtini tenuere Patres,
Q ui per occultas habitare ualles
Vatis Heliæ ſtudium ſequuti
Ante ſolebant.
Candido uelans humeros amictu
Vertit ad mores tenerum ſeueros
Corpus:& canos iuuenilis ætas
Induit annos.
Vicit altricem ſcelerum iuuentam:
Atq; fallaces Erebi figuras:
Cum puellari redimita cultu
Venit imago.
Semper a curis animum caducis
Flexit ad uitæ ſtudium beatæ
Riſit humanæ genus omne famæ.
Riſit honores.
Peruigil ſomnos abigens inertes:
Vel pios ibat manus in labores:
Vel reuiſebat meditans utrunq;
Lingua uolumen.
Feruidam uentris moderans orexim
Fluminum potu,tenuiq; menſa
Debilis raro recreabat ægros
Corporis artus.
Regiæ ſpreuit thalamum puellæ
Arua,theſauros:pariiſq; fultas
Porticus ſaxis,tyrioq; ueſtes
Murice tinctas.

Ibat in caſus patienter omnes:
Proſperam ſortem tulit & ſiniſtram
Sicut immoto ſcopuli marinos
Pectore fluctus.

Criminum nullo ſuperatus æſtu
Maximos cœli meruit fauores:
Et poteſtatem ſuper ima mundi.
Regna minoris.

Arua me ſanæ cruciata longa
Martis ærumna meminere quando
Vexit ignotus pelagi per undas
Nauita fruges.

Ciuitas duro famis in periclo
Mox erat triſti peritura fato:
Motus Alberti prece ſupplicantis
Audit æther.

Tota uicini regio pelori
Riſit ad tantæ ſubitum ſalutis
Nuncium:uerſæ petiere proræ
Littus iberum.

Languidos potu reparauit undæ.
Inde tranſlatus fuit ad nepotes
Mos:ut undanti fluuio quotannis
Labra coronent.

Spiritus aulæ ſtygiæ procaces,
Qui ſub humanis uiolenter audent
Inquietantes habitare membris
Truſit ad Orcum.

Iura naturæ, rigidamq; legem
Mortis,& fati ualidum potentis
Robur iflectens, animam latenti
Traxit ab Orco.

Tale mirati facinus profundæ
Iudices noctis timuere rurſum,
Ne dei proles iterum ſilentes
Viſeret umbras.

Tranſiit ſiccis rapidum per amnem
Paſſibus. Caſtum tulit unda corpus.
Militat caſus pietas inermis
Tuta per omnes.

Ora leproſis populata ſqammis
Oſculans tetra cute ſæuientem
Depulit morbum: nituitq; primo
Corpus honore.
Spiritus iacto uitreum lapillo
Fregerat lichnum, puero legenti
Nocte lucentem, tenuiq; lumen
Igne ferentem.
Fruſta collegit pueri & ſilentem
Triſtis effudit lachrymas ad aram:
Fruſta coniunctis rediere labris
Corpus in unum.
Ante conſpectum populi frequentis
Ad uiri funus cecinere laudes
Nuncii ſummo tenuem per auram
Aethere lapſi.
Corporis manans odor īſepulti
Extitit multis medicamen ægris.
Ipſa langores uarios fugabant
Saxa Sepulchri.
Sponte nec quoq̄ feriente longum
Aera de ſummis ſonitum dedere
Turribus: quando ſuperum petiuit
Spiritus arcem.
Ante nocturnæ referentur umbræ:
Et dies Phœbi fugiente curru
Occideri, q̄ ſit recitata tantæ
Gloria laudis.
Nunc ab illuſtri Siculos Olympo
Cernit: & curans patriæ ſalutem
Aequor, & notæ ſpacioſa terræ
Regna gubernat.
Sic precor noſtri miſeratus æui
Tempus īfelix, miſeramq; ſortem
Peſtis, iſtantem famis atq; belli
Auferat Iram.
Auferat uitæ ſcelus expiandæ,
Et ſuis placans precibus tonantem
Non ſinat tantis hominum ſubeſſe
Regna periclis.

Non ſinat gentes Aſiæ ſuperbas
Ferre per noſtros truculenta fines
Ora:nec ſæuis uiolare noſtras
Ignibus urbes:
Sed per optatam placidæ quietem
Pacis ad mundi melioris altam
Quando ſupremæ uolet hora uitæ
Tranſferat arcem.

Eiuſdem pro pacata Italia poſt bellũ Ferrariẽſe ad Oliuerium Caraſam Cardinalem Neapolitanum.

Vnera q norit & ſanctæ commoda pacis
m Sæua uelint Stygio bella ſepulta lacu.
Triſte qd eſt aliud bellum, q̃ miſſa p omnes
Publica tempeſtas dilluuiumq; domos?
Bella necant homines,faciunt ſine honoribus Aras:
Vrbis & agrorum depopulantur opes.
Ah pereat qſquis tam ſæui criminis autor
Extitit:& noſtras miſit ad arma manus.
Ferreus exultat bellis & ſanguine Mauors.
Et ciet inuito bella tubaſq; deo
Pax cœleſte bonum.Sacris altaria flammis
Atq; tepeſcentes ſuſcitat igne focos.
Pax hominum genitrix.Pax eſt cuſtodia rerum.
Pax aperit iuris,iuſticiæq; forum.
Gloria pace minor:minor eſt uictoria pace:
Atq; aliquid peius pace triumphus habet.
Nulla quies homini:nulla eſt ſine pace uoluptas.
Nullus amor: nullum relligionis opus.
Pax urbes: pax regna ligat:pax congregat orbem:
Fiat ut ex multis urbibus una domus.
Sæcula pax renouat:pax aurea tempora portat,
Et mores priſcæ ſimplicitatis habet.
Ingenuæ redeunt artes.Acadæmica florent
Ocia.Caſtaliæ ſollicitantur aquæ.
Pax facit innocuos ſaltus,nemorumq; receſſus.
Tutus it,& tutuas aduena portat opes.
Pax Cererem campis:& mitem collibus uuam
Reddit,& armoſo diuidit arua boue.

Gramina pace uirent. p pĩguia paſcua lætũ
Luxuriat multa fertilitate pecus.
Pax uehit heoas peregrina p æquora merces:
Et ſteriles ponti non ſinit eſſe uias.
Pax hilares menſas facit:& conuiuia paſſim:
Et recreat molli triſtia corda mero.
Pax apit thalamos:hymeneaq; carmina cantat.
Excitat:& reſides non ſinit eſſe lyras.
Pro gladiis lauros habet: & p caſſide ſerta:
Et ſua palladia tempora fronde ligat.
Geſtit:& ad thyaſos agili uolat ardua ſaltu:
Et uocat ad feſtos agmina longa dies:
At tibi q limen reſeras & claudis olympi:
Retia q petri: nauiculamq; tenes.
Et tibi regali q maieſtate p urbes
Auſoniæ regnas:parthenopemq; colis.
Sint faciles ſemp diui.ſint mitia uobis
Numina:q paci contribuiſtis opem.
Viuite concordes tranqlla p ocia pacis:
Ducite fœlices melliſluoſq; dies.
Et tibi ſacratam ueſtit cui purpura frontem:
Et cui pacificum nomen oliua dedit.
Iuppiter ad ſuperum faciat diſcumbere menſas:
Nectaris ut ſuccos:ambroſiamq; bibas.
Semp enim tibi pacis amor. tu ſoluere lites
Et genus humanum conciliare ſoles.

FINIS.

Babtiſtæ Mantuani Carmelitæ In Laudẽ Io.Bap. p natali eius Carmen.

a Gnifer æterna.Iuũenis digniſſime uita:
Ante deum præco: Lucifer ante diem:
Nam puerum ſupra puerilẽ gratia ſenſũ
Te tulit:ut fieres nuntius ante deum
Sancta tuis hodie libamĩa ponimus aris:
Et damus ĩ feſtos thura ſabæa focos.
Scilicet ut uitæ caſus expertus iniquos
Auxilio generi ſis memor eſſe tuo.
Hæc eſt illa dies:qua primæ gaudia plis
Accepit ſenio feſſus uterq; parens.

Magnus es.& ſancti retines loca pria ſenatus
  Et ꝓpe uirgineum crederis eſſe latus.
Et ſibi te præfert.niſi ſunt oracula uana/
  Omnis ĩ ætherea ſancta caterua domo.
Nec putat ĩdignum toti q̃ præſidet orbi
  Quod iuuenis tetricos poneris ante ſenes.
Illic ĩ precio uirtus.contemnitur ætas.
  Nec quantum ſed quo uita ſit acta modo.
Iure igiť pp meritum præclaraq; geſta
  Te decorat prĩo turba beata loco.
Ad te uirginea uenit puer ĩſitus aluo:
  Et ſine uocali ꝓtulit iſta ſono.
Naſcere magne puer: ꝓpera digniſſime natum.
  Sæcla noua & legem nuncia adeſſe nouam.
Et genus humanum ueracibus argue dictis
  Et ſolymas gentes ad uada ſancta uoca.
Diuitias aliis pituraq; regna relinque.
  Et niſi cæleſti non moueare bono.
Præmia terrenæ mentes terrena ſequanť.
  Regna manent alio nos meliora loco.
Noxia multiuolæ fugias conſortia turbæ.
  Sit tua ſylua domus.terra cubile tuum.
Hiſpida ſylueſtres tibi dent uelamina capræ:
  Squalleat ĩtonſis os iuuenile comis.
Accole iordanis fruticantia flumina:tollat
  Vnda ſitim:gramen ſiue locuſta famē.
Vade prior.præcede meos noue lucifer ortus.
  Iam meus auroræ limina pulſat equus.
Ibimus:& cæcum ſimul illuſtrabimus orbem
  Luce noui ſolis/ſideribuſq; nouis.
Dum complexa ſenem mater uirguncula matrem
  Colloqť/puero tradidit iſta puer.
Dum populo ſacri caneres noua dona lauacri
  Ad uada quæ geminis multiplicanť aquis/
Ille puer factus iam corpore maior & ānis
  Suppoſuit digitis ora lauanda tuis.
Iure igiť tua nunc adeunt altaria turbæ/
  Et tibi iure dies iſta dicata fuit.
Nam deus illoꝝ ne ſint iubet irrita uota/
  Arma clientelæ q̃ ſubiere tuæ.

Nos quoq; ne mores damnare putemur auitos
Verbenis gerimus tempora cincta tuis.
Sic faueas nobis,ut te ueneramur oportet:
Nec precibus debet ulla repulſa dari.
Exorare:faue miſeris.pia uota ſecunda.
Voce,oculis,tibi cor ſupplicat atq; manu.
Iſta dies aliis fac ſit fœlicior.adſis
Omnibus.& clemens ad tua templa ueni.
Si tamen eſt quiſq̃,qui orare procaciter auſit:
Auferat indignas mobilis aura preces.
Hic petet annoſæ longiſſima tempora uitæ:
Alter amiciciam principis:alter opes.
Forte erit & uetitos demẽs qui quærat amores,
Et dominam mitem poſtulet eſſe ſibi.
Parce iuuentuti:ſed luxuriantia muta
Pectora:fert iuuenes impetus,atq; furor.
Orabit pluuiam rapido qui læditur æſtu.
Forſitan hoc omnes fœmina uirq; uolent.
Vix ferimus rapidi flagrantia ſidera cancri.
Nec pater extinguit iuppiter illa tuus.
Iam renouat ueteres tellus exuſta querelas:
Et puero currus extimat eſſe datos.
Areſcunt gelidi fontes:moriuntur & herbæ.
Perdidit infelix paſcua læta pecus.
Hunc igitur minui ſiquis rogat imbribus æſtum,
Agnifer illius ſunt bona uota,faue.
Des petit abſentis reditum noua nupta mariti:
Et gemit:& ſupplex ora pudica mouet.
At mulier grauida quæ pignora ſuſtinet aluo,
Nonaq; iam celeri luna propinquat equo,
Da facilem dicit iuuenis ſanctiſſime partum.
Ponere cum uentris pondera tempus erit.
Languidus auxilium medicæ cui defuit artis,
Te uocat:& tremulis uocibus ambit opem.
His ego non moueor:nec me terrena remordet
Cura.polos ultra mens animoſa uolat.
Hæc aliis dentur:meus it ſublimius ardor.
Et bona contempto uult meliora ſolo.
Vna potens res eſt me reddere ſola beatum:
Quæ tibi per uerſus fiet aperta duos.

Eſſe tuo coram uultu deus optime rerum
Semper:& aſpectu liberiore frui.
Hoc peto.tu ſanctos iter digniſſime ciues
Hoc hodie uotum ne ſit inane:faue.
Sit puerile licet:gratum tamen iſtud habebis
Carmen:& ut uenias in mea uota precor.

FINIS.

Eiuſdem ad Io.Creſtonum Carmelitam q com/
poſuit Lexicon.i.uocabularium græcum.

Ade caleſtani uiſure cacumina montis.
u Vade bono auſpicio:Sed meliore redi.
Et ſi monticolas Faunos:uel Pana uidebis:
Iſta uelim referas nomine pauca meo.
Numina:quæ uanum nil iam niſi nomen habetis
Turpis apud ueteres:& grauis error auos:
Dicite:nec noſtro:pigeat ſermone teneri:
Non faciet longam queſtio noſtra moram.
Romanis toto quondam dominantibus orbe
Magna fuit diuum copia:magnus honos.
Maximus excelſas habitabat Iuppiter arces.
Et capitolinis ſedibus altus erat.
Certa dabat phœbus populo reſponſa petenti:
Inter honoratos ſtabat & ipſe deos.
Tuq; magnus eras mauors,quia condidit urbem
Natus adulterio frater uterq; tuo.
Et uenus oceanis iuuenum dea cognita marti:
Ipſa pharetrati mater amoris erat.
Hanc olim Anchiſes propter ſimoenta repertam
Preſſit:& Aenæam progenuiſſe ferunt.
Pectora defendit:quæ gorgonis ægide pallas
Magna inter magnum numina numen erat.
Hæc ut rumor erat cunctas inuenerat artes:
Deq; iouis ſancto uertice nata fuit.
Mercurium maia:genitum uirgaq; potentem
Somnifera fecit neſcia turba deum
Mulciber ethnæis fulmen cudebat i antris:
Aethereo formans quæ daret arma ioui.
Ibat magna deum mater uenerabile cincta
Turribus aereis aggeribuſq; caput.

Maxia ponebant dircæo munera baccho,
Hic deus eloqum læticiamq; dabat..
Veſtaq; ppetua gaudens erat inclyta flamma
Templa tenens ripis albula iuncta tuis.
Pulchra p umbroſas uenatum cynthia ſyluas
Ibat agens.celeres mollia caſtra deas.
Pax pia tybricolæ claudebat limina iani
Semp.at ibellis-ianus aptus erat.
Diuiſo inter ſe ples ſaturnia mundo
Iura mari & terræ cœlitibuſq; dabat.
Dicite,maieſtas cur ſit mutata deoꝝ.
Inſupis q̄uis præualuiſſe poteſt?
Plurima mortales nos ignorare fatemur.
Ingeniis moles corporis iſta nocet.
Vos dii corporea mentes ſine nube ſerenæ
Omnia pſpicuis cernitis hæc oculis.
Terrigenas olim ſublimia.corpora fratres
Fama eſt i ſupos arma tuliſſe deos:
Sed pater iniecto deiecit fulmine montes,
Atq; rebellantes ſuſtulit igne uiros.
Scilicet i cælum quum mens humana ſupbit,
Semp i auctorem pœna repulſa cadit.
Ob nimios auſus p̄cioſaq; furta pmethei,
Humanum patit̄ non mala pauca genus.
Nam qcunq; grauis mortalia corpora langor.
Vexat,ab illius crimine pœna uenit.
Q uæ nam igit̄ facinus tantum fuit auſa poteſtas?
Roboris humani non fuit iſtud opus.
Enſe caret mauors.pallas non utit̄ haſta:
Nulla lyra eſt phœbo:fulmia nulla ioui.
Sunt æquata ſolo ſublimia templa.nec extat
Q ui pecudū tuſca conſulat arte iecur.
Infamem ueteres quendā finxere priapū
Cui modo non aræ non ſimulachra manent,
Inguina ſublato deus hic mōſtrabat amictu.
Et riſus turbæ prætercūtis erat.
Iſida qs neſcit,cui gēs memphitica tātos
Exhibuit cultus.deſiit eſſe dea.
Q uæ nam igit̄ facinus tātum fuit auſa poteſtas?
Roboris humani nō fuit iſtud opus.

Magnus ab æthereo Chriſtus q uenit olympo
Dicit̃ ĩ ueſtrum præualuiſſe genus.
Iſtud opus ſoli dignum dare credimus illi
Fecit enim ſummo pluria digna deo.
Nãq; malũ diro tulit a ſerpẽte uenenum,
Qui domini ſanctas ĩficiebat oues.
Cõfixitq; ſuis tumidum phitona ſagittis
Peſtiferam terris horribilemq; feram.
Noſtra ſaluriferis formauit pectora dictis
Errori ſtatuens ſtulticiæq; modum.
Ipſe tenebroſo peperit noua lumĩa mũdo.
Perq; nouum cœlos currere fecit iter,
Cautior ad pugnas & fortior hercule magno
Terruit ſuicta tartara nigra manu.
Cerbereũq; ſuis diſrupit uocibus antrum:
Et ſpolia a nigro traxit opima deo.
Iſte triumphato regna ad cæleſtia dite
Duxit honorãdos a ſtygis amne patres.
Defunctos iterum uitã reuocauit ĩ artus:
Biſq; homĩes fecit uiuere, biſq; mori.
His igit̃ moti: quæ uirginis unica ꝓles
Egit, & a noſtris cõmemorãtur auis,
Credere ſuademur uos numĩa uiribus huius
Percita ueloci terga dediſſe fugæ.
Si fuit hic ueſtri domitor, ꝓcul ite ſub orcum
Ad ſtygis ardẽtes ite paludis aquas.
Indocilem falſo quid nomĩe fallitis orbem?
Luditis ignaros, decipitiſq; rudes?
Si tamẽ ĩ noſtras cadit ignorãtia mẽtes
Atq; aliter ſe res q̃ meditemur habet,
Detegite errorẽ ꝓlato lumĩe noſtrum:
Et date, ne tãta nocte ꝑmamur, opem.
Tẽpla reponẽtur: ſurgẽt altaria rurſum,
Et uetus extẽplo reſtituet̃ honor.
Tarpeio niueos mittet meuania tauros:
Inferno dabit̃ uictima nigra ioui.
Sus cereri ardebit: caprum ſoluemus hiacho,
Præbeat ut pleno dulcia muſta lacu.
Munera erũt ſua cuiq; deo. cumulabimus aras:
Et tuba lucẽtes mugiet ante focos.

Diis maris & terræ diis oīpotentis olympi
Inflabit biforem tibia longa ſonum.
Hæc ſunt illa qbus ſi qua ſub rupe uidebis
Deprecor ut ueteres aggrediare deos.
Et reſponſa(mei ſi qua eſt tibi cura)reportes.
Et ſup hoc ueniēs dulce poema refer.
Rura ſalutato.ſata læta:nouiſq; ſupbum
Frondibus & cātu dulciſonāte nemus.
Vitiferos colles/ficus/oleaſq; ſaluta/
Et redolēs tergo multicolore ſolū.
Mox cū mane rubēs tenebras aurora fugarit/
Excute ab ignauo ſedula membra thoro.
Tūc p rura ſonos uigilās īſtaurat achantis:
Et modulās almū gaudet adeſſe diem.
Cōcitus areolas rigui prædaberis horti.
Et uiridē gelidi gramīe ueris humū.
Carpe renaſcētis fruticātia gramīa mēthæ:
Serpilliq; nouas luxuriantis opes.
Abrotani abſinthiq; comas/maratriq; capillos.
Ocyma/ſampſucū/pullegiūq; leges.
Frāge roſas duris defenſo a ſentibus unge:
Et plecte artifici roſida ſerta manu.
Vade caleſtani uiſure cacumīa montis
Vade bono auſpicio.ſed meliore redi.

Eiuſdem ad Iacobū Carpophoꝝ machiauellū Ferrariēſem q dederat Legēda opuſcula Baſinii Parmēſis.

Ccipe quod nobis dederas Iacobe libellū.
a Accipe diuini nobile uatis opus.
Vertice me clamāt pater Apœnin9 ab alio.
Me iuga/me fontes/ palladiūq; nemus
Falſidicus crebris me nauita uocibus urget/
Et uocat aduētus nauis itura meos.
Supplicat accelerē placido padus æquore greſſum.
Tuq; pcul fuſa rhene paluſtris aqua.
Auferor:atq; tuos uultus Iacobe relinquo.
Et peto felſinei pinguia rura ſoli/
Diſplicet a charo quoniā diſiūgor amico/
Qui mihi curaꝝ dulce leuamen/eras.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Et placet ægregiã quia naue relabor ad urbem
Q uæ mihi dat uotis ſidera fauſta meis.
Tu mihi ferrariæ magnes mihi felſina magnes:
Aſt ego conſiſtens iter utrũq; calybs.
Vnde tibi meritas poſſim pſoluere grates
Non habeo: ſupi præmia digna ferant.
Tu mihi das triſtes minuant quæ carmina curas,
Camina de ſacri fontibus hauſta chori.
Tu mihi delitias tũ dulcia dona dediſti:
Dona qbus poterãt non meliora dari.
Tu iouis & ſuperũ conuiuia/ tu mihi donas
Cum meleagræo ſomnia martis apro.
Tu mihi magnanimi fauſtos oſtendis amores
Principis: & uacuas non ſinis ire dies.
Intermiſſia diu ſopitaq; carmina ſurgant
Efficis: & reſidem non ſinis eſſe lyrã.
Pieridũ memorem tu me facis eſſe ſoroꝝ:
Obliitaſq; diu uiſere cogis aquas.
Et quæ iam exueram temploq; affixa dicaram
Tanta tui cura eſt / induar arma facis.
Ante qdẽ tibi me multum debere uidebam.
Et meus extingui non potuiſſet amor.
Sed modo plus longe ſolito mea ſingula/ meq;
Efficiũt iuris munera tanta tui.
Tu potes ad niueã ſolus me mittere leucem
Euxino leucen quæ ꝓcul orbe latet.
Herculeas ultra gades ſi iuſſeris / ibo:
Si cupis eoi memnonis arua petam.
Ipſe labor fiet reqes/ dolor ipſe uolupias/
Q uando tibi factum dixeris eſſe ſatis
Siue ego caucaſeas rupes ſeu caſpia clauſtra
Siue colã ſteriles arctophylacis agros/
Siue meos uultus teneat longinquus hydaſpes/
Siue tagus fuluis inuidioſus aquis/
Seu ferar ad boreã pluuiũ ſeu mittar ad auſtrum/
Siue p ethiopas ſiue p heſperios/
Pectore ſub noſtro ſemp tua uiuet imago:
Nec potero moriens immemor eſſe tui.
Et ſi ſunt aliqd manes/ ut credimus/ & ſunt/
Eſt immortalis iſte futurus amor.

Tu modo ſic æques ſanctum non ſegnis amorem
Atq; diuos homines ſpiritus unus agat.
Viue memor noſtri longos feliciter annos.
Poſt obitus uideas regna beata Vale.

Eiuſdem de natura amoris ad iuuenes Carmen iu uenile.

Mnipotẽs iaculis metuẽdus & igne cupido
O Qui ſibi mortales ſubiicit atq; deos,
Audentes animos amat.& ſublimia corda
Gaudet ad eximium ſollicitare decus.
Igni potens ideo,quia uult ardere medullas:
Pectoraq; excuſſo fert animoſa metu.
Aliger eſt,quoniam terris petit alta relictis:
Et ſecat excelſas difficileſq; uias.
Ambulat armatus,quia diligit arma uirumq;,
Qui gerit audaci bella ſuperba manu.
Legimus Alcidæ curas, & Achillis amores,
Oenidæ ardores,Tantalidæq; dolos.
Aſpice Leandrum tumidos contemnere fluctus:
Et dare uentoſis penſile corpus aquis.
Perſeus audaci ueniens per inane uolatu
Aequoream ualido ſuſtulit enſe feram
Et Paris inuaſit fauſto lacedemona raptu
Vnus amans tantà fortior urbe fuit.
Multa poteſt(fateor uirtus:)Rhamnyſia multa
Sed tamen in nobis prædominatur amor.
Quando amor in mentes cœlo delabitur altas,
Protinus heroes ſemideoſq; facit.
Hi ſunt qui factis celebrant illuſtribus orbem:
Et quoꝝ penetrat nomen utrũq; polũ.
Hos igitur ſtimulos,iſtas generoſa iuuentus
Diſce pati flammas.& ſapienter ama.

FINIS

Baptiſta Mantuanus Carmelita in Illuſtriſſimũ & Excelẽtiſſimũ Princ. Franciſcum Gonzagam Mant. March. Venetoꝝ īuictiſſimũ Imperatorem.

Dyſticon.

Principe gaudendum eſt iterum uictore reuerſo
Muſa moue reſidem deſidioſa lyram.

Tetraſticon.

Dant ſua Romanis uictæ cognomina gentes
Et iam patratum teſtificantur opus.
At nondum uicti dederant tibi nomina Franci
Quæ tibi uenturæ nuncia laudis erant.

Dyſticon.

Nomen habes Turcus. ſunt hæc preſagia rerum
Maxima. & hoc nomen grandius omen habet.

Dyſticon.

Eſſe ferunt regi Turcorum inſignia lunas.
Sol tibi. Sol certe nobilitate prior.

Dyſticon.

Vincere ab occaſu cœpit. mox uicit ad ortum
Res hæc magnæ omen proſperitatis habet.

Dyſticon.

Prima fugãt gallos (creſcit tua gloria) gallos
Atq; grauem morbum bella ſecunda domant.

Tetraſticon.

Prima domat francos. quid aget maturior ætas?
Virtus certe aliquid maius adulta poteſt.
Suſpicor his ſignis aliquid ſublime notari.
Quod precor in lucem tempora noſtra ferant.

Dyſticon.

Gignit alit uirtutem uſus. confirmat & auget.
Perge igitur. fies Scipio uel Marius.

Tetraſticon.

Omnia quæ magnis capiunt e fontibus ortum
Flumina in ingentes amplificantur aquas.
Sic tuus a magnis ſumens exordia rebus
Tendere in immenſum ſignificatur honor.

Dyſticon.

Viue tuæ ſplendor patriæ. tecum Itala uirtus
Surgit: & elatum tollit in aſtra caput.

In Thomam Vuolſium Decretorũ Doctorem ac ædis.S.Petri & Michaelis Argentinenſis Decanum qui habebat Baſiliſcum mortuum iocus.

Hydra uenenoſo lœtalia uulnera morſu
Intulit & ſolo noxia dente fuit.
Natus in ardenti libyæ Baſiliſcus harena
Vulnerat aſpectu: lumunibuſq; necat.
Ergo tuum tanto maius decus hercule Thomas
Quanto oculus morſu longius ire poteſt.
Vt minus eſt oculis miſſum uitabile uirus
Gloria ſit maior Regulus. hydra minor.

In Thomam Vuolſium iuniorem Decretoꝝ Doctorem ac Albertum de Raitzamhuſen germanicos amicicia coniunctiſſimos.

Fallor? an hi duo ſunt: duo ſunt. pluresq; duobus.
Hi duo, & hi plures ſunt tamen unus homo.
Corporibus duo, corde unus. cum uiribus addat
Vnio, tres. ſic ſunt tres, duo & unus homo.

Ad Eliam Capreolum & Ioannem Ruatum ciues Brixienſes de Stephano Voſſonio Benaceli ex Tempore.

Ccola Benaci Stephanus Voſſonia proles
a Omnia quæ fœlix uita requirit, habet.
Ingenium ſolers, patientia membra laborũ.
Eximium priſca nobilitate genus.
Indolis egregiæ ſobolem de coniuge ſancta,
Et bene compoſitam morigeramq; domum.
Prædia, ubi libycæ ſegetes, ubi gnoſia uina
Pinguis ubi omnigena fruge redundat ager.
Gazagrum ueteres ideo dixere coloni,
Gaza q; in tali naſcitur omnis agro.
Vita uiro ſimplex: qualis fuit ante receſſum
Erigones. qualis floruit ante iouem.
Hoſpitibus lautus, parcus ſibi, largus amicis.
Quæ ſuperant pietas ſola gubernat opes.

Cœlicolas & templa colit, ueneratur, adorat.
Nullus abit uacuus relligione dies.
Libera mens uiciis ſyncæra in pace quieſcit.
Nec ſatagit curis ſollicitata malis.
Caſtalides hominem nymphæ comitantur : & inter
Pierios habitat nocte dieq; choros.
Mille ſonos audit. numeros intelligit omnes,
Siue heroa tonet, ſiue elegia fleat.
Frugis apollineæ plena eſt domus. atria, & ipſa
Area quæ domui proxima, carmen olent.
Scilicet hic illo fœlicior arcade, quem uox
Delphica fœlicem teſtificata fuit.
Ergo inter ueſtros illum conſciſcere ciues
Et donare hominem uos decet urbe pium.
Indecorem uobis fore fruſtra creditis omni
Tempore qui muſis militat atq; deo.

FINIS.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE Theologi ad Reuerendiſſimum in Chriſto Patrē ac Dn̄m.D.Oliueriū Carafam:Sabineñ.Epiſcopū & Cardinalē Neapolitanū de ſuorum tempoꝝ Calamitatibus Liber feliciter incipit.

Ogimur iſtius mala tempeſtatis & alto
c Egreſſas erebo furias turpiq; fugatam
Virtutem exilio & uarias percurrerē clades
Ob ſcelera immiſſas terris:artemq; docere
Quæ premat ætherei flagrantem principis iram.
Summe deum decimus regnum cui terminat orbis
Cui rerum natura ſubeſt:cui militat ardens
Aſtrorum cœliq; iubar:qui ſolus habenas
Fortunæ fatiq; tenes:ſua uictus Apollo
Poſtibus arma tuis offert plectrumq; lyramq;
Quicquid habet delos:quicquid cadmeia dirce
Quicqd ineſt delphis tibi dat:Cynthūq; Rhodonq;
Omnis odoratæ ſeruit tibi gloria Daphnes:
Eſt tuus Eurotas:Helicon tuus:ardua Cirrhæ
Saxa tenes:tua nunc hederis ſymbraq; uirenti
Ornantur delubra:tui per pinguia paſcunt
Phocydis arua greges.& dulcia flumina potant:
Dii ueteres fugere:nouis altaria lucent
Ignibus:& nobis tua numina ſola ſuperſunt.
Et quoniam pulſo ſolus potes omnia Phœbo:
Huc ades.& fragilem duc ad tua litora cymbam.
Oſtquam ſolicitæ ſtimulos & plurima uitæ
p Tœdia perpeſſi iuuenile peregimus æuum
Ocia:& antiqui finem ſperare laboris
Fas erat:& feſſæ poſt longa pericula puppi
Littoris & mitem portus optare receſſum:
Sed pater utilibus qui temperat omnia curis
Robur & aſſidua uires firmare paleſtra
Cogitat:& nobis quibus ætheris annuit arcem
Deſidiam ſomnumq; negat:ne ſcilicet annis
Dulcibus & ſegni mens eneruata quiete
Langueat:& torpor lentos effœminet artus:

Torpor enim cœco uapor eſt e gurgite ſurgens
Somniferæ lęthes:nubem qui intexit opacam.
Senſibus humanis/fideiq; obliuia ſanctæ.
Securas igitur ne uincat inertia mentes/
Tempora continuis fœcunda laboribus adſunt.
Ecce repentino ſurgunt horrentia motu
Prælia.terribilem quatiens Mars ferreus haſtam
Armato rigidum lateri circũligat enſem.
Stat ſonipes picto lumbos & pectora tergo
Cinctus/& æratæ frontis ſplendore ſuperbus.
Accincti gladiis pedites quibus ærea fronti
Tegmina/prætentis uibrant umbonibus haſtas:
Coritoſq; ligant humeris:uiloſa ſagittæ
Tergora:& hirſutas roſtrant haſtilia uulpes.
Perq; foros curſant nautæ:ſtipantq; liburnas
Arma rates:Clypeis circũpendentibus altum
Tollit prora caput:roſtratas ardua puppes
Pone trahit claſſis:ſuſpenſaq; carbaſa uentus
Criſpat:& accenſi pugiles molimine magno
In teretes malos ſilices & ferrea ſurſum
Tela uehunt:reſonant funes:animoſa iuuentus
Aerataſq; ſudes:& curuæ cuſpidis uncos
Aptat:& ardenti comes it bellona gradiuo.
Sicut in Actiaco grandi ſub leucade ponto
Littus ad ambraciæ:forti cum milite Cæſar
Chaonio phariam diſiecit in æquore claſſem.
Seu quando ioniis uulcania fluctibus æthna
Europæ Libyæq; duces concurrere uidit.
Scilicet Auſoniis alacer cum Regulus ibat
Nauibus excelſi ſulcans uada lata Pachyni:
Et patriis contra bellans pro legibus Hãno
Saxa relinquebat fatis lilybæa ſiniſtris.
Bellandi cupidæ coeunt in prælia gentes.
Depoſitiſq; uacant inculta ligonibus arua.
Vndiq; ſurgentem ſpargit uaga fama tumultum:
Arma procul colliſa ſonant:clangore minaci
Martia feruentes accedunt claſſica pugnas.
Quod ſi florentes iſtis in ſyrtibus annos.
Aegimus/& tanto iuuenes ſudauimus æſtu/
Quid non triſte putas feret ærumnoſa ſenectus?

Ipſa tremens artus:tereti q; innixa bacillo:
Hiſpida/macra/breuis/canis rugoſa capillis:
Calligans oculis:curuato in pectora tergo
Iam properat:ſequitur celeri mors pallida greſſu:
Heu fruſtra faciles curſus auramq; ſecundam
Fruſtra expectamus:Nos implacata charybdis
Proiicit in ſcyllam:ſcyllæ de uortice rauco
Nos rapiunt ſyrtes:iterumq; rotamur in hoſdem
Aequoris inſultus:ſcopuli.uada.uentus.& undæ
Semper:& aduerſis in funera currimus aſtris.
Et nihil eſt aliud cultis Adamus in hortis
Quam primi ſine fraude dies/cum libera nulli
Pectora mœrores agitant:ſyncera uoluptas
Impolluta quies animi cum dulcibus annis
Primæuæ fugiunt uitæ.mox aſper acutas
Gignit ager ſentes:& noxia ſemina profert.
Nanq; ubi læta nouæ ceſſit lanuginis ætas:
Sollicitæ ſubeunt curæ:trepidiq; pauores:
Et labor inſomnis.dubiiq; per omnia caſus.
Bella cient Italæ gentes.nec barbarus hoſtis
Quæritur:inſultans noſtris qui finibus inſtat.
Inter ſe certare parant:& fœdere rupto
Conuertere rigens in mutua uulnera ferrum.
Quoſq; peregrini dominos concordia mundi
Fecit/in ambiguam regno de paupere litem
Compulit infauſtæ genitrix diſcordia pugnæ.
Hæc urbes eadem ueſania cœpit Achæas/
Quom caput Emathii proles animoſa tyranni
Extulit:aduerſus celebres Lacædemon Athenas
In lacedemonios ibat theſæa propago:
Totaq; ſubuerſis titubabat græcia rebus.
Dumq; fauent regni Cupido dum fœdera iungunt
Cum duce fœdifrago dum ſe ſe copulat hoſti
Alter in alterius damnum commune coegit
Ferre omnes fortuna iugum:& parere tyranno.
Nec genus Auſonium/tanta calligat herimne/
Italiæ ſimilem uidet impendere ruinam.
Luce caret:neſcitq; diem:ſecumq; tenebras
Crimen agit:noctemq; animis inducit & umbram:
Propterea ammiſſo ſceleratæ lumine mentes

Venturam non ante putant quam uenerit/iram:
Quod ſi coniunctis in prælia uiribus irent
Heſperiæ gentes/non obluctantibus aſtris
Non prohibente deo/ſed opem uireſq; ferente/
In uetus imperium poſſeſſaq; regna redirent.
Seruirentq; iterum tuſco lata æquora tybri:
Sperchiuſq; pado:noſtris Erymanthus & othrys
Collibus:& latium trepidaret barbarus enſem.
Præda nec eſſemus totiens:nec thracius hoſtis
Per Phryges & Colchos captæq; per helladis oras
Duceret in celebres inſignia noſtra triumphos.
Ciuiles rixas & bella domeſtica noſtri
Non reges tantum atq; duces/ſed milite mixto
Dum picena fugax populatur litora turcus/
Arma ſacerdotes diuorum altaria circum
Ferre preces ſoliti tollunt:paciq; repugnant:
Qua ſonat anguſtum ſcyllæ latratibus æquor/
Quaq; ſyracuſio circūdatur inſula ponto
Inſula ciclopum libyæ porrecta ſub axem/
Feruet Martis opus:calabros & Iapygis urbes
In pugnam bellona uocat:rapiens que ſuperbam
Aegida gorgoneos pectus circumligat angues:
Et qua nubiferi medio pro limite montes
Stant Itali Galliq; ſoli nouus arma tumultus
Cogit/& indomito fulgentes ære cateruas.
Cauſa mali caput etruſcæ Florentia gentis
Auſoniæq; decus ſummi uiolare miniſtros
Auſa patris demens:ſacrumq; haurire cruorem:
Ipſa quoq; indomiti genitrix Ferraria belli
Præteritas auxit clades dum ferre recuſat
Imperium/Venetoq; negat parere leoni.
Adde quod aſpectu cœli uiciata maligno
Arua negāt uictum.pingues iactata per agros
Semina uel pereunt/uel inanes culmus ariſtas
Erigit:& triſti meſſor ligat ordea fronte.
Si fœcunda Ceres aut læti uiribus agri
Aut hominum ſtudiis uſq̄ fuit/inuida grando
Pulſa per aereos magno cum murmure tractus
Impellente noto ſtrauit:longoſq; labores
Perdidit:& nimbis Cererem glacialibus hauſit:

Et padus ingentes uoluẽs ex alpibus undas
Inſubrum Venetumq; domos penetrauit:& omnis
Aggeribus fractis agri uaſtauit honores:
Nec ripis tantum:ſed & ipſis altior ibat
Arboribus:ſalicum per ſumma cacumina nautis
Curſus erat,fugit Prothei pecus omne per agros:
Altaq; montanæ petierunt æquora nymphæ.
Sicut cum bellis olim ciuilibus urbes
Arſerunt Italæ:cum Cæſaris arma ſuperbi
Inuaſere lares patrios gentemq; latinam:
Mira canam & noſtris fortaſſe nepotibus olim
Non factura fidem:Benaci ſparſa per agros
Tanta locuſtarum nubes ut pinguia paſſim
Paſcua & exortas ſegetes nemorumq; decorem
Temporis exiguo tractu conſumpſerit omnem:
Nec poterat ſumptis hominum ſolertia telis
Fatales arcere feras:Caua tympana latos
Implebant ſtrepitu campos:nec territa tanto
Dira lues ſonitu herbarum radicibus imis
Morſibus hærebat,uicina per oppida poſtq̃
Rumor iit/Capere arma uiri/concurrere turbæ
Ad commune malum:tanq̃ nouus itala cymber
Regna premat. Tandem multo uix tanta labore
Illuuies longis uix eſt conſumpta diebus:
Dura fames igitur triſtes populata colonos
Sæuit.& exhauſtis langueſcunt corpora uenis:
Vulgus inops macie affectum ſqualenſq; per urbes
Poſcit opem fruſtra:& ſenſim uitalia membra
Victa cadunt:ſiccaſq; premunt ieiunia fauces
Nec patres natis/nec nati patribus adſunt:
Tanta per humanum genus inclementia regnat.
Non libycæ ſegetes non pinguibus appula campis
Hordea non phrigiis ſuccurrunt gargara ſulcis:
Sed minus hinc damni:minor hæc ærũna:dolorq;
Mitior:infelixq; minus fortuna ſequetur.
Hic paucæ ſat erunt lachrymæ:crudelior alter
Communem ingenti pariturus ſtrage ruinam
Hoſtis adeſt:noſtræq; rati grauis ingruit imber.
Qua Rodani uoluuntur aquæ:qua frigida rheni
Teutonicas fert unda rates,qua perluit agros

Inſubres Venetoſq; Padus:qua diues ab alto
Vertice ſubiectos ſpeculatur Brixia campos:
Occultum pluit ex alta deus arce uenenum:
Et qua tireſiæ pulcherrima filia nymphas
Colligit humenti gremio:lateq; recedens
Littus harundinibus cingit uiridiq; papyro:
Quaq; patens longe fluctu ſonat adria uaſto
Vltrices mors atra manus exercet:& altis
Tabe madens ſparſam cædem componit aceruis:
Qua fluit etruſco ſurgens uetus albula fonte
Romanaſq; inuiſit opes & regna Quirini.
Qua gelidis ſonat arnus aquis.qua magna potenſq;
Imperat Aemilio uicina Bononia Rheno
Imbelles acreſq; uiros ſenium atq; iuuentam
Pallida mortifero peſtis craſſata ueneno
Sternit humi:fundamq; rotans e turribus altis
Ardentes papulas iaculatur & ulcera diris
Glandibus:& penetrat flammantibus inguina telis.
Huic tumidum guttur uirus leuat;ille ſub alis
Fata gerit:qua longa humerus ſe in brachia curuat.
Alterius patulas aures arſura parotis
Suſcitat occultum longis ſub crinibus ignem:
Attonitumq; caput feriens uitalia membra
Occupat:atq; uias mors una perambulat omnes:
Extollitq; caput qua curſum fatifer humor
Siſtit:& horriferum ſenſim dureſcit in orbem.
Id crudele genus necis hoc immane feroxq;
Supplicium hæc ſtygio rabies egreſſa profundo
Perq; domos humiles perq; alta palatia regum
Sæuit:& occultis miſeros ferit ictibus artus.
Vt quando incauti uicio paſtoris ouile
Incuſtoditum nox intempeſta recepit:
Si lupus heſternæ patiens ieiunia lucis
Sollicituſq; fame fuerit per limen apertum
Ad ſolas ingreſſus oues non mitigat unum
Ingluuiem funus:ſed multa cæde madeſcit:
In totum ſæuitq; gregem:ſic acre uenenum
Inſontes ſonteſq; modo proſternit eodem:
Iamq; cadaueribus deſunt loca iuncta ſacratis
Aedibus:effoſſa paſſim tellure profanis;

Conduntur tumulis:inhonoratiſq; feruntur
Funeribus:dictu horrendum:uiſuq; tremendum
Præda feris inhumata iacent:& tabe fluenti
Circũſtans tetro locus inceſtatur odore.
Qua triplici concluſa pado Ferraria longis
Cladibus atteritur:dominorum corpora paſſim
Paſcuntur per rura canes:aquilæq; rapaces
Effodiunt duris hominum caua lumina roſtris:
Inteſtina ferunt uolucres:& in arbore ſumma
Extapatrum ſuſpenſa diu uidere nepotes:
Membra pater uix ægra trahens dum frigida condit
Corpora natorum clauſo nondum ore ſepulchri
Labitur ipſe ſuper ſua pignora:Crebra ſuorum
Sola domo uacua mater dum funera plorat
Cum lachrymis animam tenues exhalat in auras.
Multi ante occaſum uitæ uicina ſcientes
Fata ſibi:condiq; ſuas tellure uolentes
Relliquias:fodere ſolum:glebiſq; ſubactis
Sacrato uiui ſe compoſuere ſepulchro.
Rura ſilent:uacuæq; ſuis cultoribus urbes:
Iura fori clamoſa tacent:per compita ſurgit
Gramen:& extinctis non lucent ignibus aræ:
Nec ſolitos cantus nec odores templa ſabæos
Accipiunt.ſqualentq; domus:muta omnia mœrent.
Qui ſuperant cladi:ſuperum quibus ira pepercit:
Coguntur miſeri ſua dulcia limina ciues
Linquere:& in mediis tentoria figere campis.
Sicut per libycos ſolet armentarius agros
Ferre larem:ſecumq; ſuos uectare penates.
Vidi ego per tacitos ſaltus:& inhoſpita luſtra
Mole ſub exeſa ſilicis curuoq; ſub antro
Monticolas habitare uiros:& gramine paſci.
O ſuperi loca qui tuti ſecura tenetis
Si ſcelere offenſi noſtro tam dira mouetis
Prælia:ſat ueteres tam multo funere culpas
Sat longo luimuſq; metu:iam parcite:ſaltem
Relliquias generis ſemenq; relinquite noſtri.
Non animi tantum gentis cecidere latinæ
Cum Romana ferox circum capitolia gallus
Barbaricis trepidam pulſans clamoribus arcem

Diceret euerſæ fruſtra ſuccurritis urbi
Romulidæ:regni & uitæ poſtrema dies hæc.
Vel poſt cannenſis lachrymas & funera pugnæ:
Quando quirinales aquilas faſceſq; ſuperbos
Ad tyrias iam ſe laturum crederet arces
Annibal inſultans uicto iuueniliter hoſti:
Et mox ex alto bellorum culmine pulſus
Languit aduerſis fatis & Marte ſiniſtro.
Non tanto tremuere metu præcordia graium
Xerxis in aduentu:monuit cum delphica rupes
Non muro non arce dari ſed naue ſalutem.
Non ita moſeæ quondam miracula uirgæ
Horruit attonito memphis turrita colono.
Ipſe quoq; in ſyluis & uallibus apœnini
Exilem ducens tecto ſub paupere uitam
Delitui qua templa petit romana uiator.
Et qua flaminios fugiens Claterna per agros
Ducit ab anguſtis undoſum uallibus amnem
Arce ſub Ociami:noſtris tibi dicta camœnis
Tecta Refrigerius ſublimi in colle tenebat.
Non fuit auſa magis nec clade nocentior iſta
Romuleam peſtis longo quæ funere plæbem
Diripuit:quando ueniens Epidaurius anguis
Ionios citra fluctus in regna quirini
Abſtulit aerium uirus:qui poſtea templa
Iuncta Ioui tenuit:bifidum qua diuidit amnem
Inſula ianiculum dirimens a collibus urbis.

Communes calamitatum cauſæ.

Eu ſuperum ſic ira uelit:ſeu noxius ardor
Aetheris aerios infuſo lumine tractus
Inficiat:ſeu ſola ferant contagia morbum:
Seu dum longa fames hominum ieiuna coegit
Ora cibis ueſci indignis.eſcaq; nocenti
Impurus per membra fluens uitalia ſanguis
Putruit.& dirum ſubiens præcordia uirus
Inferat occulto properatam uulnere mortem:
Vnde malum ſurgat non eſt dignoſcere promptum.
Ipſe tamen reor has omnis concurrere cauſas:

Et coniuratas percuſſo fœdere diuum
Aſtrorum terræq; ſimul concurrere uires:
Sicq; hominum genus haud una obſidione teneri:
Et nobis elementa necem ſuperoſq; minari.
Nec mirum:quando longe grauiora meremur
Supplicia:& longe aſperiori uerbere cædi:
Quippe ubi nec ſuperum pietas ubi nulla tonantis
A ſcelere humanas prohibet reuerentia mentes/
Et uirtus uicio urgenti dare terga coacta eſt:
Ira patris diuum fremit indignata:furenſq;
Euocat ex altis erebi fornacibus atram
Progeniem:horriferæ genus implacabile mortis:
Et terras permittit agi phlegetontis habenis:
Plutoniſq; premi imperio.de triſtibus orci
Sedibus egreſſa ætherias noua monſtra ſub auras
Inuadunt hominum cœtus:& inertia flatu
Pectora lœtifero feriunt:ít frigida tabes
Ad uiuum penetrans animos:perq; intima corda
Imbibitum uirus poſtq̃ concluſerit omnis
Ad uirtutem aditus hominés impellit & urget
Quo ſtygiæ iuſſere canes:quo ditis auari
Spiritus inclinat:primi qua criminis auctor
Monſtra iter latum:Placidaq; tyrannide regnat.
Hic iuuat immanes erebi monſtrare figuras
Tartareumq; genus ſub apertum ducere cœli
Lumen/& occulti reſerare latentia mundi
Monſtrat uenenoſo pauit quæ lacte megæra/
Cerbereiq; canis ſpummis/& ſanguine lernæ.
Me precor aſſuetum mites errare per umbras
Grynei nemoris'ueſtriſq; ſonantia rura
Cantibus & greſſus modo per fera monſtra ferentem
Intactum ſeruate deæ:furiale per agmen
Eſte pio uati comites.moreſq; docete
Infandos ſtygiæ gentis cœlumq; peroſæ.
Iam mugire ſolum cœpit:iam nubibus aer
Pallet:& infernis ſurgunt afflatibus umbræ:
Nigreſcitq; polus:monſtris exterrita lampas
Fert retro phœbæa gradus:auditur ab antris
Clamor:& omnigenum rabies confuſa ferarum.

Monſtrum primum: Superbia.

Volat horriſono rapidi phlegetontis ab amne
Ingenti alarum ſtridente ſuperbia ductu:
Sic illam dixere. ſuper quia cætera ſe ſe,
Tollit: & extento ſocias ſupereminet ore
Omnia conuoluens: cœca de ſede baratri
Crimina nigrantem poſt ſe trahit omnia pompam.
Huius ab ardenti uiroſus anhelitus ore
Fumat: & obſcuris oriens a faucibus humor
Defluit hippomanen. aconyta caniſq; uirentem
Tenarii ſpumam ſuperans omnemq; ueneni
Mortiferam rabiem: ſtygii fex ima profundi,
Se ſuperum genus eſſe putat: ueterumq; deorum
Semen: & a magno ſe iactat apolline natam.
Ardua frons: unoq; oculo ſtellata rotundi
Circuitus: medioq; ſedens in luminis orbe
Diſcedit ſpaciis æqualibus undiq; centrum.
Hoc inſigne patris phœbiq; ardentis imago.
Difficili uultu graditur: geſtuq; maligno
Innocuos miteſq; animos irridet. & odit:
Quem uidet æternis illuſtrem laudibus altum
Per uirtutis iter ueri conſcendere honoris
Culmen: & ad ſuperos niti cœloq; propinquum.
It grauis: & raro inceſſu ueſtigia profert
Strimoniæ de more gruis: quæ ſemina campis
Iacta legens æquæ tepido ſub ſidere libræ
Si uicina ferat greſſum per rura uiator
Tela ferens arcumue manu: caput ardua tollens
Clangit: & ingenti mouet internodia paſſu
Paulatimq; uiam ſuſpenſo gutture carpit.
Cum bellator equus domini frenatus habenis
Oſtentans pectus latum ceruice ſub alta.
Cum glomerat bibulo lentos in puluere greſſus:
Nunc hac nunc illac oculos & colla retorquens
Spectari gaudet libycoſq; æquare leones
Viribus albanoſue canes dum ſe putat: auras
Colligit: & latis imitatur naribus eurum:
Non ſecus hæc rabies uentoſo inflatior utre
Cum graditur uibrans alternis motibus armos

Ardua ſublatæ circũfert lumina frontis:
Vanaq; proceri miratur corporis umbram:
Et tacitis ardens curis ſublimia ſemper
Mente agitat:tumidoq; ſedet ſub corde uenenum:
Contemptrix inopum:uultus elata ſeueros:
Inflatoq; rotans turgentia gutture uerba:
Ferre nequit iuga:maiorem indignata paremq;
Imperia uſurpat:regniq; libidine feruet.
Immanſueta:ferox:miſeris:aduerſa:minaxq;
Mitibus:elatis contraria:neſcia pacis:
Neſcia amicitiæ:rixarum & litis origo:
Dura/ingrata/duplex animo/uiolenta/rebellis/
Improba:quid pietas quid ſit clementia neſcit.
Perfida fœdifragam dubio ſub pectore mentem
Verſat:ab excelſo fugientia culmine ſemper
Saxa mouet:laudum ſemper ueſana libido
Sollicitum pectus curis flammantibus urget.
Nec uitæ ratio nec opum nec honoris/in omne
Sponte ſcelus præceps ruit implacabile monſtrum.
Hæc hominum ſuprema lues/immane ferumq;
Thraicio facinus potuit ſuadere tyranno/
Aſper ut horrenda cumulans præſepia cæde
Semineces artus hominum fumantiaq; exta
Intulerit ſtabulis:& equis epulanda uirorum
Corpora quæ infami hoſpitio laribuſq; prophanis
Occultus pacem ſimulans admiſerat hoſtis.
O ſcelus:o dira inuiſæ ſpectacula fraudis.
Luminibus toruis quotiens capita alta leuabant
Thraces equi grandes humano ſanguine paſti
Et capita & teretes pendere extra ora lacertos
Cruraue confractis genibus criniſue cruentos
Vidiſſes ſaniæ a mento per lata fluente
Pectora/ſub grauibus contrita cadauera malis
Fractaq; ſub duris crepitabant dentibus oſſa.
Strimonius meminit Neſtus:ſcit biſtonis unda.
Traxit Idumei genus hinc uecordia regis
Quem magus ardentis cœli noua ſigna ſecutus
Admonuit ueniſſe deum. Niſi cœca ſuperbi
Pectoris ambitio mentem feciſſet opacam
Iſſet ad infantis ſancta incunabula Chriſti

Depoſito faſtu:ſed mens inflata fauore
Ceſareæ gentis longoq; tyrannidis uſu
Eſt ingens meditata nefas:nec priſca parentum
Sæcula par uidere ſcelus:nec longa uidebit
Poſteritas.per tuta furens galilæa ſatelles
De trepidis matrum ſinibus lactentia uulſit
Pignora:membratimq; ſecans lata arua cruore
Imbuit innocuo:matres ululare per agros
Audiuit montana Rachel:uicinaq; fonte
Flumina de duplici ducentia nomen & undas:
Hinc eſt orta lues:quæ thracia regna uetuſq;
Græcorum imperium uertit:Bizantia regum
Vrbs opibus conſtructa:mari prætenta:duobus
Aegeo Euxinoq; fretis ſtipata ſedebat
Scepta tenens:paruo qua gurgite boſphoros undam
Colligit:hanc ſcythica irrumpēs Otomanus ab arcto
Inſidiis captam ferro uiolauit & igni:
Arx erat Europes:& inexpugnabile quondam
Romanæ fidei uallum Machometia contra
Arma minas aſiæ frenans libyæq; tumultum.
Hæc ſcelerum dux atq; parens ſublime nitentis
Imperium cœli ſummamq; ambire tonantis
Auſa poteſtatem quantum tentauit in altum
Surgere:tenarios tantum deſcendit ad amnes:
Cuius ob ingentem tellus concuſſa ruinam
Ceſſit:ut in latices Cautem ſi miſeris:altum
Pandit iter:molemq; ſinu capit unda capaci.
Sic percuſſa grauis monſtri ſe pondere tellus
Diſſecuit:gremiumq; alto patefecit hiatu.
Sicut adraſteis cum uatem abſorbuit agris
Campus:& armato percuſſit tartara curru:
Seu quando inferni caua guttura Curtius antri
Clauſit:& elyſios tremefecit pondere campos:
Vel quando electæ primo ſub iudice gentis
Terra Corem ſocioſq; altam demerſit in aluum.
Antra igitur grandi laterum ſinuata receſſu
Inter ſe ripis ſummo coeuntibus ore
More pilæ quotiens uento conſurgit in orbem
In latos abeunt curuati fornicis arcus:
Fitq; ingens domus umbrarum præcepſq; barathrum:

Illic ſulfureos incendia nigra liquores
Lambunt & dubium quaſi prima crepuſcula lumen
Spargitur:& triſti calligant tartara fumo.
Hic ſunt lugentes mortis domus impia campi
Regnat ubi ſcelerum lachrymoſo in carcere mater:
Exercens pœnis animas claudiq; tenebris
Indignata fremit clauſo ceu nubilia uento
Cum piceas frangunt clamoſa tonitrua nubes.
Hæc eſt quam ueteres dicunt phaethonta poetæ
Aetherios docti curſus cauſaſq; latentes
Ignibus æternis:ſol eſt qui corda ſuperbis
Incendit ſtimulis:tumidoſq; in pectora faſtus
Mittit:& impatiens figit ſub corde uenenum:
Propterea ex alto labentem cardine fingunt
Audacem aurigam:fractiſq; per aera loris
Solis equos caput Eridani merſiſſe ſub undas.
Ad ſuperos exit quotiens pater arduus alto
Annuit a ſolio:& latum imperioſa per orbem
Bacchatur:ſupraq; ſuas temeraria uires
Audet:& infauſto ammittit conamine uires:
Scilicet omne deo contranitente ſuperbum
Euaneſcit opus:ſicut cum ſurgit in auras
Eructantis aquæ fluctus:mox uertice preſſo
Decidit:& ſpumans alto demergitur amne:
Atq; humiles inter ſine nomine præterit undas.
Hoc docet allophylus:ſolymæ qui uerbere fundæ
Depoſuit frontiſq; minas animiq; tumorem:
Ibat enim ſolo auxilio thoracis & haſtæ
Non ope diuorum non nullo numine fultus
In pugnam:paruumq; minax Dauida ſuperbo
Necquicq̃ terrere ſono conatus,in enſem
Dum ſurgit miſſo per ferrea tempora ſaxo
Corruit:& toto diffuſum iugere corpus
Mirati ſtupere hoſtes:turpiq; dedere
Terga fugæ:paruoq; gigas cadit ictus ab hoſte,
Sic quoq; deluſus curru Iouis æmulus alto
Aerea conuexi ſcandens curuamina pontis
Flammiferumq; rotans alphœa per oppida fulmen
Occidit:& caſu Eleam perterruit urbem:
Hæc docuit phlegyas genus execrabile cœlum

Spernere:quos tethys ultricibus abſtulit undis.
Hæc q̃doq; niliaco regi cum neſcia roris
Terra diu ſolitas fruges uictumq; negaſſet:
Sanguine perſuaſit placari numina fuſo.
In ſuperos eadem natos armauit Aloei:
Qui domitum grauibus Martem tenuere chatenis.
Sit ſatis hæc libaſſe:aliis memoranda ſuperſunt
Plurima maiori ſcelerum de principe cantu:
Audiui:gemuit tellus turbatur auerni
Ianitor:ecce niger nebulæ globus exit opacæ.
Iam turres regumq; domos abſcondit & urbes:
Exhalatq; grauem nox importuna mephitim.
Ite procul mites animæ:quæ dulcia pacis
Ocia:quæ ſuperos:quæ cœli quæritis arcem:
Ne funeſtus odor:ne uos contagia lædant
Vipereæ prolis:clauſis abſcondite ualuis
Atria:progenies nigri dum præterit orci.

Monſtrum Secundum Inuidia.

Iuor edax triſti ſurgẽs Acherõtis ab amne
Pallidus & mœſto demiſſus lumina uultu:
Obliquumq; tuens.rebus gaudere ſecũdis
Neſcius.æra uirum claris ſignata triumphis
Denteq; terrens.tardoq; mouens ueſtigia paſſu:
Murmure nunc tenui nunc fulmine uocis aperto
Percutit inſontes:bona uultu aliena maligno
Ingemit aſpiciens:& felle grauatus amaro
Tabeſcit:quocunq; ierit teterrimus oris
Spiritus agrorum uirides interficit herbas:
Cætera nonnullis parcunt:certiſq; uenena
Graminibus magicaq; ſolent miteſcere lingua.
Pontica magnanimum celebrant medicamina regem
Quæ fatis obſtare ferunt:his ille ſolebat
Virus & occultæ inſidias contemnere mortis.
Tangere cærulei ſquammas & colla draconis
Phaſias auſa fuit:tantum Medeides herbæ
Virgineæq; preces poterant:Hecateſq; liquores.
Marſus in auſoniis Vmbrorum uallibus inter
Serpentes impune cubat:libyæq; per agros

Qua ſteriles uerſant nigri garamantes harenas
Non metuunt pſilli collubros:non ſæua neparum
Spicula:non hydri morſum:non aſpidis horrent.
Hæc fera lernæo rabies maculata ueneno
Omnia depaſcit.nullis innoxia/nullos
Præterit illeſos:nulli manſueſcit:in omnes
Inuehitur:quod agit non eſt ſanabile uulnus.
Non Amythaonii prodeſſe Melampodis ulla
Carmina:theſſalicis non lectæ in montibus herbæ
Phillyridæ manibus:non Coi ſancta magiſtri
Pharmaca ſufficiant:claræ ue Machaonis artes:
Non genitor/ſtygiis lacerum qui traxit ab undis
Hippolytum:nō phœbus auus:cui prima medēdi eſt
Gloria:lœtali poterunt ſuccurrere morbo.
Quem iuuat iſtius uarias cognoſcere fraudes
Et per aperta latens deprehendere ſigna uenenum:
Multiplices caſus & longa pericula cernat
Fatidici iuuenis:qui dum præſaga parenti
Somnia narraret/fratrum liuore ſub altam
Actus humum/pharias tandem migrauit ad arces/
Huius ut infectos genitor cognouit amictus
Et pueri tunicas mendaci cæde rubentes
Heu fera clamauit dulcem ſæuiſſima natum
Abſtulit:& luctu canos confecit amaros:
Aſpice contorto Saulis conuicia telo/
Inuidiaq; ſatos inter conuiuia planctus:
Et dauida inopem comitum cum paupere turba
Ire per abruptos deſerta cacumina montes/
Et certam neſcire domum:regemq; ſub antro
Dephrenſum:potuit ſeruo miteſcere:ſi non
Intima tabificus uiciaſſet pectora liuor:
Quid referam primos diſcordia ſemina fratres?
Et ſcelus?& campos germana cæde madentes?
Prætereo uatem:nigri quem ſpiritus orci
Perculit/& triſti clauſit babylonia circo.
Ipſe diu ieiuna iacens ante ora ferarum
Atq; fameſcentes animalia ſæua leænas
Indomitum fregit ſuperum pietate furorem.
Prætereo pulſum patria reducemq; Camillum/
Rapta Panópheo referentem ſigna tonanti.

Quis furor ingratos dux præſtantiſſime ciues?
Scipio? quæ fortuna tuam tulit aſpera mentem?
Vt poſt euerſas tyriæ carthaginis arces
Partaq; bellando libycæ cognomina gentis
Cum tua conſiliis eſſet melioribus ætas.
Vtilis/& uires ad ciuicas munera promptæ
Iura fori & ciues & amatam liqueris urbem?
Num monuit pietas uirides ſeruata per annos
Publica priuatis præferre negocia rebus?
Cauſa mali liuor:ſuffuſaq; lingua ueneno
Tot clara inuictæ molita extinguere laudis
Facta:tot egregia partos uirtute triumphos.
Qui rigidos enſes:qui ferrea bella ſubegit
Exul ob inuidiam patria migrare relicta
Cogitur.& duros inter uerſatur agreſtes.
Ad Cereris conuerſus opus moreſq; parentum
Qui peluſiacæ ſeruant cognomina lentis:
Et quibus illuſtrem fecere legumina famam
Triptolemi curauit opes imitatus Oſiris
Alcinoiq; ſenis ſtudium/ceu poſt ea magnus
Cæſaris & ſceptri poſito ſplendore Diocles
Hortorum didicit cultus,incidere uites:
Atq; piri ſecto malos infingere trunco/
Quo fit adoptatis lignum bis fertile ramis.
Humectare ſolum riuis:ferroq; bicorni
Pectere luxuriem terræ redolentia ſulcis
Gramina uirgineos induta roſaria uultus/
Lilia/narciſſos/uiolas/ flentes hiacynthos:
Purpureiſq; crocum foliis: mentamq; thymumq;
Pangere:& innocuis uitam traducere curis.
Vnde uiro forti damnum parat:inde ſalutem
Gignit:& ipſe ſuo cadit ictus uulnere liuor
Pluribus excelſa uel opum uel honoris ab arce
Profuit ad modicæ ſortis cecidiſſe quietem:
Sicut enim quando rutilat noctemq; rubenti
Ore fugat carbo/in cineres atramq; fauillam
Soluitur:extinctis ſi ceſſerit ignibus ardor/
Sæcula nulla timet:ſic mens humana ſuperbo
Tabeſcit faſtu:rebuſq; elata ſecundis
Torpet:at exſecto uiret euigilatq; tumore.

Inceptum repetamus iter:miremur auerni
Militiam famis & morbi pugnæq; parentem:
Zoilus his actus ſtimulis:hoc percitus oeſtro
Inachis.& quondam populos cum uenit ad hoſdem
Diuinum audaci dum carperet ore poetam
Seu ſmyrnæ ſeu Meonii Colophonis alumnum
Regis ad imperium pino ſuſpenſus ab alta
Triſtia niliacæ fecit ſpectacula plæbi.
Sic pereat:quicunq; pios auferre labores
Nititur:& ſacro uatum non parcit honori.
Cætera dicturum ſuper his crudelis imago
Terruit immanis monſtri uenientis ad auras
Impete cum magno:fuſis per terga colubris
Circum equitant dominam furię:manibuſq; flagella:
Vincula.flammiuomaſq; faces.& ſanguine tincta
Tela feruntuehitur plauſtro ſtridente ſupellex
Martia:loricæ.clypei.galeæq; micantes:
Conqueritur tuba:ſtrepituſq; auditur equorum:
Et procul hinnitu campus ſonat omnis acuto.

Monſtrum tertium Ira.

Ra minax:odiiq; parēs:mauortis alumna:
i Secum agit indomitū ſtygia de ſede furorē
Stentorea qui uoce tonat:qui gutture lato
Fulminat:& rauco reſonans clamore fugacem
Pantagiam ſuperat:mugire tonitrua dicas:
Horrificaq; fremens æratas uoce cohortes
In rigidos enſes alternaq; uulnera mittit.
Sanguinolenta graui uibrans haſtilia ferro
Bella ciet:rixaſq; mouens:hoſtemq; laceſſens
Labra manuſq; tremit:ſcintillant lumina toruis
Fulta ſuperciliis,ſtrepit & conuicia iactans
Bacchatur.ſi forte aliquo nequit obiice pœnas
Sumere:uindictas in idonea tempora differt:
Fitq; odium:quod longa fouens incendia pectus
Vrit:& accenſis lambit præcordia flammis:
Nil penſi nil mentis habet:cito mobilis:expers
Conſilii.uolat in pugnam:retinacula rumpit.
Lege modoq; carens:rabido ſtimulata calore

Non ignes non arma timet:flammantia tantos
Pectora concipiunt accenſi ſanguinis æſtus:
Quo ferat immanis furor & grauis impetus iræ
Fabula teſtiadæ priſcis monet eruta chartis.
Cum ferus Oenides aprum Calidonia rura
Vaſtantem premeret procerum ſocialibus armis
Auxiliiſq; canum ſpumanti concitus ira
Fulmineoq; fremens æthola per agmine dente
Irrumpebat aper:non illum denſa uirorum
Turma nec hinnitus celerum tremefecit equorum.
Strenuus arrectis hirſuto tergore ſetis
Flammiferis oculis ſyluas & retia rumpens
Qua furor urgebat rapido per ſpicula curſu:
Perq; canum rictus uenabulaq; ipſa ruebat:
Non ſecus hæc rabies ardenti percitabile
Luminibus coecis per aperta pericula fertur.
Felſineos totiens ciues in dira coegit
Excidia:& furiis trepidam inuoluentibus urbem
In ferrum ruere:atq; ſecuribus ardua tecta
Detrahere/& patrios flammis ulolare penates
Compulit:antiquoſq; patrum delere labores.
Sed poſtq̃ domitis ſcelerum ceruicibus auctor
Occidit:& rutilos Serræ concordia dentes
Signa tulit primis populus cum patribus/alte
Defixis urbana quies radicibus hæſit:
Atq; gradu ſemper manſit reſpublica firmo
Hæc eadem rabidum conuulſo pectore ſyllam
Ora cruentatum furibunda animamq; uomentem
Sacrilegam celeri rapuit ſub tartara fato.
Viſcera natorum manibus lanianda paternis
Præbuit alcides/quom luſus imagine falſa
Sanguine fœdauit læta dulciq; fruentem
Pace domum.fuit ira uirum quæ luſit imago.
Ira draconigenas acies cadmiq; nepotes
Fraternaſq; manus alterna cæde rubentes
Implicuit longis bellorum ambagibus:ira
Diruit excelſas urbes:atq; inclyta quondam
Oppida:regaleſq; domos euertit abactis
Ciuibus:aerias turres deiecit:& arcus
Clara triumphales ueterum monumenta laborum:

His accenſa focis italos pulcherrima regna
Et magni ſpecimen mundi uexare coacta eſt
Barbara ſæuicies & inhumani fera uulgi
Colluuies: Roma indicio eſt. Syllanaq; tuſcis
Vrbs diuiſa uadis: necnon regina caputq;
Etruſcæ quondam modo ſola Bononia gentis.
Et uetus aprico recubans in culmine Dorton:
Cuius adhuc extant uacuis ueſtigia campis:
Semirutæ moles lapidum/fractæq; columnæ.
Vincula/ſingultus/lachrymas/ſuſpiria/planctus:
Pallorem/uigileſq; metus/tormenta/cruceſq;/
Verbera/peſtifero rorantia tela ueneno
Protulit: atq; feris hominum crudelibus artus
Obiectans: uariis impleuit cladibus orbem.
Hinc multæ exilio gentes aliena ſequutæ
Regna ſuis orbę patriis: ſic filia quondam
Tireſiæ. gemini Manto/poſt dura Creontis
Seruitia in Venetis molita paludibus urbem
Vixit: & extructæ ſua nomina tradidit arci.
Laumedontiadem teucrum ſalamina petentem
Expulit ira patris. Quid te Neiphylas Helle
Quid profugũ memorem phrixũ ſæuũq; athamãta?
Atque nouercales furias odiumque minaſq;?
Adde Micenæum poenas & funera regem
Matri intentantem: moeſtaſq; agaménonis ædes:
Atque ſophocleo celebratos carmine planctus:
Adde phryges geminos Antenora fluctiuagumq;
Aeneam ignotum decorantes moenibus orbem.
Hos alioſque iræ patriis a finibus actos
Longa per exilia & caſus miſere ſiniſtros.
Hac rabie ſuccenſa feram priameia coniunx
Induit: & duplici creuerunt aggere dentes:
Longaque ſub geminis ſurgentia naribus ora.
Succenſi manſere oculi: & truculenta minaci
Fronte ſupercilia: & latrans in pectore uirus.
Quid memorem ſæuæ furias odiumque parentis/
Quæ miſeros nati flammis fatalibus artus
Vlta necem fratrum: & matrem ſe oblita cremauit.
Vix ea finieram cum formidabilis iræ
Caſtra ſequens aderat ſtygiis noua bellua ſignis.

Ingenti comitata manu:mendacia tectis
Vultibuſ & trepidæ dubia ſub imagine fraudes
Ignotiſq; doli ſub ueſtibus agmen agebant:
In medio ſtipata graui regina tumultu
Tollebat nigra umbroſam fulligine frontem.

Quartum monſtrum Philargyria.

Vri ſacra fames hæc eſt:rerumq; cupido
a Improba:diuitias amor infinitus habendi.
Hæc nũmi ſitis ardeſcens immẽſa uorago
Tartareis emiſſa uadis imitata rapaces
Vnguibus harpyas/armataq; grandibus ora
Dentibus in gyrum/quales quantoſq; elephanti
Aethiopes Indiue ferunt:ſinuatur in orbes
Et nodos in ſe rediens coma denſa figurat:
Tempora nec uelat/ſed agit ſuſpenſa tumorem
Vndiq; ſurgentem nudaq; recedit ab aure.
Nec ſolum uigiles obeunt hirſuta rotundo
Tempora circuitu/uerum ſub uertice canos
In ceruice micant oculi/ceu florea ſerta.
Effigies ueteri uultuſq; ſimillimus argo
Sed magis introrſum ſcrobibus ſubducta cauatis
Lumina diſcedunt/ſetoſaq; prominet atri
Sylua ſupercilii/macies ſquallorq; per omne
Corpus/iners dicas monſtrum/& uix oſſibus hærens
Sed geminis quotiens opus eſt/ira nititur alis.
Vt credas ferri Boream Zephyrũue per auras/
Præcipitemue Notum/lucri ſi nuncia fama
Surgat/ut acceptus nares odor imbuit auri/
Eleuat ingentes alas/& lumine fixo
Viſa petens quicquid falcatis unguibus auſert
Stulta ſuos nunquam uenturum ſeruat in uſus.
Sacra deum.ſanctas leges præclaraq; geſta:
Scriptores rerum egregios.celebreſq; poetas:
Qui procerum laudes chartis & nomina mandant:
Et quicquid non auget opes auerſa repellit.
Sola iuuant quæ lucra ferunt/ſint cætera quãquã
Laudibus & precio digniſſima/cætera ſordent
Sicut hyperboreis rutilans in uallibus aurum

Gryphes amant:auidiq; tenent:uigileſq; tuentur:
Vnde nec utilitas operæ preciumue laboris:
Sed metus & clades oritur:ſic pectus anhellum
Peruigilis monſtri grauiore cupidinis æſtu
Feruet opes cumulans:quas olim prodigus hæres
Diſſipet:& pingues ferat in conuiuia menſas.
Palla ſinu lato ex humeris decurrit in imos
Lapſa pedes:manicæ uelant extrema capaces
Brachia:quas ubi uult curuos demittit in ungues.
Vtitur his quotiens opus eſt uel fingere mores
Vel geſtu ſimulare fidem uel fallere quemq̄:
Seu furtum celare:manus leuis:apta rapinæ.
Perfida mens:nulliſq; potens manſueſcere dictis.
Indignas dignaſq; preces ſurda accipit aure.
Vt proiecta bouis detracto grandia tergo
Viſcera percipiens oculis uel nare ſagaci
Vultur edax auido coruus ue famelicus ore
Conuolat ad reſoluta graui conuiuia tabe:
Sic ad opes aurumq; cito ſitis iſta uolatu
Fertur:& ad nudum ſpolians fragmenta breueſq;
Relliquias ſtudioſa legit:gremioq; recondit.
Nec contenta bonis diuum quæ munere tellus
Protulit in partem ſcelerum uocat aſtra deoſq;:
Exercetq; preces magicas:& conſulit aras:
Infernoſq; uocans manes altaria circum
Nocturnas adhibet ueſtes:retroq; uapore
Orgia perluſtrat:ducenſq; in puluere circum
Murmurat:& uariis diſtinguit ſigna figuris.
Extaq; tyrrheno ritu ſcrutata requirit
Theſauros quæ terra tegit:liuentia plumbi
Pondera:& argenti globulos uiuentis & æra
Artifici mendax uertit medicamine in aurum.
Falſaq; cum ueris iungens cum doride bacchum
Cum gemmis fragiles hyalos cum palladis imbre
Miſcet Ariſtei ſuccos & cerea mella:
Mentituſq; nouas fuco errorem faciente
Confectis ſenio deludit mercibus omne
Turpiter emporium:lucriq; libidine feruet:
Et totos hac arte dies conſumit & annos.
Vtq; dies triſti ſic nox abit anxia monſtro:

Nullaq; pax uicio.rodentibus intima curis
Pectora nulla quies:poſt turpia lucra diurnæ
Fraudis & exlegem quæſtum:ſi lumina ſomnus
Occupat & duro furatur membra labori,
Pictus imaginibus formiſq; fugacibus aſtat
Morpheus:& uariis fingit noua uultibus ora.
Vanaq; ſopitos ludunt inſomnia ſenſus.
Nam rerum tenues umbras ſimulucraq; ſeruans
Lubricus aſſiduis ut fluxibus ambulat humor,
Et nunc ſumma petens repeat nunc ima relapſus
Antra cauernoſi capitis rigat:itq; reditq;
Nunc iter obliquum ſinuans:nunc tramite recto
Fertur:& ipſe ſibi redit obuius:aut agit arcum
In dextram leuamue cadens,ut pellit & urget
Fumus,& ingreſſi caua ſpiramenta uapores:
Sic rerum ſpecies uariis concurſibus:ut ſors
Obtulit,aut uſus,uel uis incognita cœli,
Spirituum ue potens induſtria nocte ſilenti
Diuerſo oſtentant diuerſos ordine caſus.
Ceu uarias uoces diuerſaq; nomina rerum
Si nouus inuerſis ſurgat compagibus ordo
Difformes eadam faciunt elementa figuras.
Hæc duo Roma notis & amor componimus hiſdem.
Tramite conuerſo,& retro redeunte meatu,
Quæ ſimulacra magis uigilans exercet,in unum
Nocte reuertuntur:ueriſq; ſimillima formant.
Oſtentantur opes cupido,quia tempore lucis
Cogit opum ſpecies,& iter quod luce frequentant
In tenebris repetunt,& noto calle recurrunt.
Cœcaq; præteritas imitantur ſomnia curas.
Quom tacitis ergo rediit nox humida pennis,
Atque ſoporiferos niueis argentea bigis
Luna uehit radios:ſomnus per rura per urbes
Spargit lætheo medicata papauera rore:
Et uigiles abigit ſecreta incendia curas.
Pulſæ abeunt celeres ad triſtia limina ditis:
Atque leues hærent ſub opacæ frondibus ulmi,
Vlmus enim diffuſa comas & brachia late
Surgit ibi a ualidis radicibus,illius ergo
Muta ſub umbroſis habitant quæ ſomnia ramis

In thalamos hominum & tenebroſa cubilia ducunt:
Dantq; ſuos illis uultus/uocemq; habitumq;:
Illa per obſcuros capitum delapſa meatus
Ad uigilem ſubeunt animum:caſuſq; figuris
Mobilibus formant:ſopitaq; corda iacentum
Sollicitant:nec uana minus q̄ uera fatigant:
Interea circum uittas & anhela frequentes
Ora uolant curæ.moxq; ut ſopor euolat/intrant:
Mordaciq; ſecant iterum præcordia roſtro.
Hæc eſt quæ titium uolucris ferit ore cruento
Aeternæ natum pœnæ æternoq; dolori.
Monſtrum igitur ſi quando quies blandita ſoporem
Reddidit aut auro inſudat:ſublataue furto
Semina frugiferæ Cereris:uel inania plangit
Horrea:uel dura decuſſos grandine fructus:
Effuſamue fretis mercem deprehenſaue furta:
Atq; iterum tractat ſub nocte negocia lucis:
Totaq; ſub curis it uita ſimillima morti.
Hæc animum turpi maculans & corpora labe
Quærere cœleſti precium pro munere iuſſit:
Vanaq; compoſito mendacia fingere uultu/
Quādo grauam ſacro morbum Naamanus in amne
Abluit/& puerum ſpoliis onerauit & auro.
Hæc eadem ſcelerum genitrix fraudumq; magiſtra
Reginam libycis poſuitq; in collibus urbem;
Aere/uiro/patria ſpolians:peregrinaq; circum
Aequora:per rapidas ſyrtes.per barbara pellens
Regna diu profugam terris iactauit & unda.
Hæc Priami natum:cui longa pepercerat ira
Martis/& a patria procul obſidione latentem
Trhaicio iuuenem innocuum mucrone peremit.
Ah ſcelus/ah dirum facinus/multoq; piandum
Sanguine/primæuæ imberbem ſub flore iuuentæ
Ignarumq; doli puerum nil tale uerentem
Perfidus obtruncat:placidum roſei decus oris
Et regale caput/ſimplex ſine crimine pectus/
Et natas ad ſeptra manus ueniamq; precantes
Vulnerat immitis repetito ſæpius ictu.
Prætereo conciſa ſui qui corpora nati
Diis epulanda dedit:quiq; auro uendidit urbem:

Quiq; ſuum ſuperans hoſtem ſuperatus ab auro
Exanimum phrygio uerſatum puluere corpus
Miſit ad extremos ignes patriumq; ſepulchrum.
Non prece non lachrymis motus non uoce paterna
Nec miſero caſu queruli ſenis: immemor omnis
Iuſticiæ ſolo placatus munere, tandem
Hectora reſtituit Priamo: ſua pignora patri.
Quiq; per undoſum dulceſne perderet æquor
Diuitias, retro conuerſa naue per undas
Ad patriam & ſæuos rediit non inſcius hoſtes.
Quiq; deum manibus rapiens pendentia dona
Sacrilegus ſuperum uanos irriſit honores.
Et qui ſurripiens auri duo millia pondo
Et lateres fuluos fucata ſubintulit æra:
Vt genus efrenum Naſamon qui uerſus in auſtros
Incolit iſiaco contermina rura canopo:
Naufragiis uictum quærens gauderet procellis
Turbinibuſq; ſolet: fuſaſq; per æquora merces
Colligit: & nautas ad punica littora pulſos
Auxilium ſimulans uiolat, Sic improbus auri
Raptor in aduerſis quemquam ſi uiderit angi
Caſibus, exultat: fictoq; aſtutior ore
Dum promittit opem ſpoliat: prædamq; reportans
Celat: & exuuias occulto congerit antro:
Hæc quoq; uenalem (tanti quis crederet aurum?)
Eſſe deum fecit: Semen cæleſte piando
Progenitum ſceleri diuinæ mentis alumnum,
Virgineoq; alitum gremio, crimenq; uolentem
Soluere, & antiquo contractam fomite labem,
Dira fames auri culpæ regina parenſq;
Perdidit, indigno ſignatum uerbere corpus:
Confixum caput: & duplici manantia fonte
Pectora: pallenteſq; genas: frontemq; cadentem
Ingratæ moriens plæbi monſtrabat ab alta
Arbore: purpureum terra abſorbente cruorem.
Hæc opera: hi fructus hæc gaudia mentis auaræ.
Hic memor antiqui ſceleris dum triſtia flerem
Funera uirgineæ prolis largoq; maderent
Imbre genæ, uidi ex alto telluris hiatu
Deformem prodire chorum: Satargine lata

Signifer armatus ueſtigia lentus agebat:
Quem confuſa cohors cultris armiſq; popinæ
Preſſa ſequebatur: patinas unctoſq; lebetes
Viſceraq; oblongis uerubus confoſſa gerebat:
His comes in bellum turmis ueniebat inerti
Turba canum greſſu: quorum cutis aſpera multam
Fluxerat in ſcabiem: ſanieq; fluentia linguis
Vlcera lingebant: & crebro ardentia morſu
Scalpebant terga: & ſcabras pruriginæ clunes.

Quintum Monſtrum Gaſtrimargia.

Oc quoq; cerbereis mõſtrũ de faucibus exit
h Ridiculũ: nã pingue caput: frons ꝑminet alta
Labra/genas/oculoſq; tumẽs/ſub gutture lato
Surgit & inflatum tollit cutis uuida pectus.
Trita, breuis: maculata mero, & pinguedine ueſtis
Vix renes clunemq; tegit: uentremq; profuſum:
Raraq; colliſis ægre ueſtigia mutat
Poplitibus: curuiſq; putruere ſub unguibus eſcæ.
Ad lumbos: ad utrũq; latus lacbrymantia circum
Tuceta: & guttis ſuſpenſa fluentibus hærent
Sumina: lapſus adeps iter & ueſtigia ſignat:
Oenophoro læua armata eſt, abdomine dextra.
Ante cibos quam preſſa graui ſub faſce priores
Concoxit natura/nouas ſuperingerit oſlas
Impatiens famis: eſcarum infinita uorago
Pocula prehenſa manu ſitis implacabilis haurit:
Et crebro exhilarat bacchus conuiuia potu.
Garrula: lenta, ſalax: petulans, improuida: turpis.
Immemor: indocilis: leuis: ebria: dedita ſomno
Semper olet: nateſq; graui contriſtat odore:
Talis erat multo ſpumans Silenus hiaccho
Quom capitis nutu in collum curuatus aſelli
Ceruicem ſuper atq; iubas ſtilante ſaliua
Riſus erat faunis nymphiſq; colentibus agros.
Concaua non tantum maris abſorbere charybdis
Dicitur a Calabris quæ diuidit arua pelori.
Quantum hæc ingluuies uini demergit in aluum
Hirſutam ſetis aluum denſaq; comantem

Pube per humentes it grex teterrimus umbras
Grex olim ſyllæ infeſtus uatiq; tragœdo:
Et pingui ſudore cutem depaſcitur udam:
Blandior ingreſſu primo ſemeleia proles
Incalet:atq; uias fumos exhalat in omnes:
Cõcluditq; aditus:per quos a pectoris antro
Spiritus aſcendit curuas in uerticis ædes:
Nam nebulæ feruente mero per guttura pingues
Attoniti capitis ſummam uoluuntur in arcem.
Pugnaq; fit:ualidis alti mens incola tecti
Defenſura ſuum limen ſuccingitur armis.
Sed conata diu bacchantem extinguere fumum
Victa fugit:uictor ſubiens penetralia Bacchus
Cui comes it ſopor:& torto dementia greſſu:
Per cerebri humenteſq; ſinus animæq; ſacellum
Lætheo ſpargens hauſtos de flumine rores
Inducit ſomnos hebetes:& morphea doctum
Fallere imaginibus:nocturnaq; fingere monſtra:
Pondere preſſa dei conniuent lumina crebris
Nutibus:& placidæ nequeunt obſiſtere nocti.
Lingua loquax prius & nullis obnoxia uinclis
Iam deluſa labat:uerba inconſtantia preſſo
Fine cadunt:blæſo ſonus euaneſcit ab ore:
Labentemq; pluit per mentum barba ſaliuam:
Qualis in umbroſo Protheus mutabilis antro
Preſſus Ariſteo iacuit:qua Carpathus inter
Niligenas claramq; Rhodon caput extulit undis:
Qualis in occidua pugnax Anteus harena
Et ferus æmoniæ uictore ſub Hercule taurus
Fuſus humi cubuit. Qualis minois in æde
Semiuir eructans ſpumantem ſanguine prædam
Cecropio:qualiſq; cauo ſub carcere plena
Cerberus ingenti diffundit uiſcera campo.
Talis in immundo uinoſum bellua corpus
Puluere diſtendit:tumidam ſic explicat aluum:
Aegraq; turbato ſic deiicit ordine membra.
Nunc uentoſa tument:nunc contrahit ilia flatus:
Alterniſq; ſonat uocis uia murmure rauco:
Pectus & ora lauat tepido fumantia rore
Sudor:& undantes currunt per tempora riui:

Somniaq; occurrunt:pingues ſunt ſomnia menſæ.
Atq; coronati fuſo crateres hiaccho:
At celeres nunc labra bibunt nunc humida muſcæ:
Lumina:nunc biſido rimantur tempora roſtro.
Dum loquor & turpis moror ad ſpectacula monſtri:
Ecce nouæ gentis reſonans fragor impulit aures:
Et tellus noua caſtra uomens ingentia fudit
Agmina:quæ campis immiſſa patentibus omnes
Compleuere uias:& culta noualia:nec iam
Rus cæpit has acies & non numerabile uulgus
Vicinas intrare urbes incendere templa
Viſa cohors:& ferre nouas in mœnia flammas.
Signa ſequebantur mœrentes ordine turmæ
Compoſito:ſigna arcus erant:fax:tela:pharetræ:
Et quãquã hæc eſſent hoſtilia caſtra genuſq;
Peſtiferum.ridere tamen facileſq; choreas
Ducere permixtis læta ad conuiuia turbis
Suadebant/fieriq; leues cum carmine ludos.
Dux erat his formoſa Venus ſuſpenſa cupido
Filius haſtili longo uexilla ferebat:
In gremio matris molliq; in ueſte uolutus
Inſidias iocus & uarias excogitat artes.

CALAMITATVM LIBER SECVNDVS

Sextum Monſtrum Luxuria.

AEc fera cocyti de triſtibus enatat undis
h Ore nitẽs:animo maculata ſimillima ſorbo
Q đ nitido triſtes claudẽs in cortice ſuccos
Decipit ignaros:morſuq; uenenat amaro:
Illecebris & fraude potens aſtuq; doliſq;
Dimicat:& uultu pacem prætendit amico.
Hanc contra certare caue:contendere uinci eſt:
Vincere terga dare:& retro ueſtigia ferre:
Fulget in egregio decor inſuperabilis ore:
Ornatuq; iuuat formam:ligat auricolorem
Luthea uitta comam:molles quæ fuſa per armos
Leniter inflexos ſenſim finitur in orbes.
Candida frons:lateq; patens ad tempora currit.

Clara ſuperciliis uelantur lumina nigris,
Picta genas:preſſi ſub honeſtis naribus oris
Purpureos coheunt imitantia labra colores:
Aurea procero teretiq; monilia collo
Pyrgotelis coelata manu:formatus in illis
Qualis erat uiuens paſtor formoſus Adonis
Pendet:& intextis uiridi curuamine ramis.
Myrtus opus cingit:geminæq; in fronde columbæ
Mutua porrecto collibant oſcula roſtro.
Cum graditur tenui ſummum bulla aurea pectus
Verberat applauſu:perſtringit eburnea ueſtem
Fibula coccineam:textoq; ſubalbicat auro
Corpus:& exili fila inter ſerica ueſte
Lacteus apparet mixtus cum ſanguine candor
Qualis odoratis peſti quæ naſcitur hortis.
Eſt roſa confuſis rutilante coloribus albo:
Rara ſinum chlamys:& uiſu penetrabilis ambit:
Albaq; ſub tenui cutis interlucet amictu.
In geminos orbes glomerata utrinq; tumeſcunt
Pectora:zona ſinus cohibet baccata fluentes:
Gemma humeros non una tegit digitoſq; micantes,
Hoc habitu ad ripas phrygii ſimeontis amatum
Ibat ad Anchiſen:marti uelamine in iſto
Eſt congreſſa:cauo dum uir ſudaret in antro
Mole ſub ætnea:qua fortibus æra lacertis
Voluit in ardenti durus fornace pyragmnon:
Qualis erat tyrios ludens Europa per agros,
Siue per hybleas errans Proſerpina ualles,
Cum Cyane in liquidum fluxit mutata liquorem:
Qualis in ornatu libyco ſidonia mater
Comptior.& feſtis ſolemni more diebus
Cum nuribus phrygiis multo ſpectabilis auro
Tyndaris ad diuæ ueniens Tritonidis arcem,
Seu quales ineunt regum conuiuia nuptæ,
Buxea cum lætos modulatur tibia cantus.
Tale ſuper picto per rura per oppida curru
Progrediens monſtrum nunc hos nunc uulnerat illos
Luminibus motis apte,geſtuq; uenuſto.
Obuia diffuſos crines ueſtemq; decoris
Motibus impellens diuinum ſpargit odorem

Aura:ſonat tenui ludens uaga bractea uento:
Ore pudicitiam ſimulat/caſtumq; ruborem:
Nam magis innocuo ſi ſit coniuncta pudori
Forma mouet:grauitate oris condita uenuſtas
Accendit rapidos furiis afflantibus ignes.
Hæc ſunt illa quibus Veneris puer arma ſuperbit:
Et quibus imperium terris quæſiuit & alto.
Hinc hominum ſurgit crucians inſania mentes/
Quæ dulces abigit ſomnos:quæ pallida reddit
Ora.parit gemitus:in amaros lumina fletus
Soluit:& in totum ſuſpiria ſeminat orbem.
Mira huius natura feræ:non enſe nec haſta
Vincitur:inter equos inter thoraces ahenos
Per galeas conoſq; truces incedit inermis:
Nuda manus:ſine thoracis ſine caſſidis uſu
Concita in hoſtilem uictrix agit eſeda turbam:
Præterienſq;/hominum uires deridet & arma
Martia.fert Macedo teretes in bella ſariſſas:
At ſythicæ longis utuntur Amazones haſtis.
Romulidæ certant pilis:celereſq; catheras
Barbarus aduerſos gallus iaculatur in hoſtes.
Parthus equo uerſis pugnat fugiente ſagittis.
Sunt uarii mores:uſus non omnibus idem
Militiæ:non omnè unis genus utitur armis:
Sunt iſti ſua tela ioci riſuſq; modeſtis
Nutibus:& pulchro ridentia lumina uultu:
Dura quibus penetrat compagibus æra ſolutis/
Scutaq; multiplici chalybis circundata ueſte.
Scit Paris/Aeneaſq; pius ſcit durus Achilles:
Alcideſq; Iouis proles:ſcit Iupiter ipſe
Sæpe feræ inſidiis factus fera.cygnus.& aurum.
Scit crudelis idem Theſeus:uictorq; Meduſæ/
Cuius adhuc retinent illuſtrem ſydera prædam.
Hoc regina modo Babylonia Paſiphaeq;
Sic Bacchi deluſa parens:ſic & Phaetontis
Victa cupidineo mater quæ languit igne:
Venatrixq; ſoror Phœbi.ſcit lamia rupes.
Hæc fera adulterium parit/inceſtuſq; nefandos:
Stupraq;:& igne ſcelus dignum/quo barbara quondã
Abſtulit immixtis ſulfur quinquurbia flammis.

Nunc lacus eſt:ubi tunc homines errare ſolebant:
Et qua pentapolis regio fuit/æquora lentus
Pigra liquor ueſtit:qui mortua corpora ſorbet.
Viua gerit tergo:ſceleris monumenta uetuſti.
Hanc uenerem dixere patres:quam ſpũmeus humor
Progenuit:leniq; ſalo delata propinquum
Littus ut applicuit/placido per pectora lapſu
Se inſinuans delubra ſibi quæſiuit & aras.
Flamma latens uenis Venus eſt:furor oſſibus herens.
Hinc iocus/hinc frater ſatus eſt/qui tela facemq;
Geſtat:& auratis ſine lumine militat alis:
Omnibus has natura potens & prouida curas
Addidit:hos ſtimulos atq; hunc animantibus ignem.
Quod preſtat/magis oſſa calet:uenus acrior urget.
Nam meliora magis prohibens natura perire
Ad genus augendum flammis grauioribus inſtat.
Aſt hominem cui plus diuini luminis auctor
Tradidit:& flecti uoluit rationis habenis/
Legibus hunc certis iuſſit cohibere furorem:
Impoſuitq; modum ueneri:ne pluribus una
Nubat:ut unius coniunx ſit coniugis unus.
Hinc proles.hinc ſancta fides:& honeſta feracis
Copula connubii:legis myſteria noſtræ.
Sed Venus hos mores naturæq; addita frena
Non patitur:nulloq; poteſt manſueſcere uinclo:
Ac uelut unda fluens pronus quam colligit amnis
Si ſolitos miſſo tardaueris obiice curſus
Murmurat:& clauſtris furit indignata teneri:
Perluſtranſq; aditum tumet:& ſpumantia terga
Eleuat:& molem fluxus quæ intercipit urgens
Pondere creſcenti ſemper conuellere tentat.
Et tandem euerſo celerem trahit aggere curſum
Aſſuetum per iter/notiſq; dat oſcula ripis.
Sic uenus iniectis creſcente libidine uinclis
Vento inflata calet:pedibuſq; repagula uincens
Libera perniſcem facto rapit agmine greſſum.
Ite procul iuuenes ſimplex & credula turba.
Præda eritis:dabitis pœnas:hæc bellua Thysben
Hæc Cyniræ natam rapuit:ſcyllamq; paterno
Crine ream:prœti ſobolem lotideſq; puellas.

Ite uiri procul:ite nurus:hæc bellua tinxit
Cæde maritales thalamos & ſanguine lemnon.
Hæc iras hæc bella parit:circūſpice campis
Quæ ſtigiis errant umbras.pallere uidebis
Triſtitiaq; premi:& rubrum ſudantia rorem
Tela coronari myrto:& nunc ire per umbras
Pallentes umbras nemorum cœnoſaq; luſtra:
Et nunc ære graues ueſtigia ferre per haſtas:
Nunc per equos:has dura uenus certare coegit:
Puluereq; aſpergi:& grauibus ſudare ſub armis:
Atq; pati geminum duplici ſub Marte furorem.
Dicta ſub exiguo claudantur & omnia uerſu:
Diuitias.animum.corpus necat.inficit.aufert.
Talibus exultans armis & milite tanto
Multa cathenatis heroum milia ſecum
Ducebat manibus:nitidoſq; per omnia flores
Compita iactabat.uiolas.hiacynton:& alba
Lilia:purpureaſq; roſas.Amaranthon.Anethi
Gramen odoriferum.Caſias.& cynnama.nardi
Semina.& aſſyriæ dederant quæ balſama ſyluæ:
Narciſum.croceaſq; comas rutilantia fila.
Sed paſſim infeſtæ iactis de floribus herbæ
Surgebant quas gignit ager ſardous amaris
Frondibus:& taxus.triſtiq; abſinthia ſucco:
Mordentis genus urticæ:curuiſq; rubeta
Dentibus:& tribuli.Titimallus.inane cicutæ
Germen:& erectæ tollunt quæ haſtilia ſentes:
Omnigeniq; ſeges ſubit importuna ueneni.
Dumq; oculis abiens agmen ſequor:ultima pigris
Paſſibus umbroſo gens aſcendebat ab orco:
Gens obſcura carens titulis.inglória.laudum
Indiga.uulgus inops.proles ignara laborum:
Segnis.iners.timida pictum teſtudine uelum
Ante ferens ibat torpor:ſine nomine longa
Turba ſequebatur pompa:dux ultima caſtra
Nixus equo tenui:uultum deformis agebat.

Septimum Monſtrum Acidia.

h Aec eſt curarum genitrix exercita nullis
Artibus officii nullo laudabilis uſu.
Segnicies inter ſocias nutrita Megæræ.

Doctaq; langores animi:luctuſq; magiſtra.
Sola ſedens:oculoſq; ſolo defixa:malignum
Criſpa ſupercilium:pallens.impexa capillos:
Phthiriaſim patiens ſcalpit caput unguibus uncis.
Os immunda.manus illota.cadente ſaliua
Barba madet:pluit imbriferis de naribus humor.
Debilis.& longo pendens in pectora dorſo
Fauce tumet:leuat anguſto ſub pectore uentrem
Vtris ad exemplum/morbiq; intercutis inſtar.
Crus exile.genu ſurgens:pes pinguis & amplus
Tardat iter:grauibuſq; dolet iunctura podagris.
Hæc fera ſeruilis ſanctæ faſtidia uitæ
Ingerit:& tardos ad clara negocia ſenſus
Somnifero langore premit:frigentia corda
Inuoluit gelido denſæ uelamine nubis:
Nil niſi terrenis hauſtum de fecibus unquam
Cogitat:annales ueterum dubiamq; futuri
Temporis ignorat ſortem:nunquãq; latentes
Cernere naturas rerum cauſaſq; tueri
Cura ſubit:ſubiecta oculis uix aſpicit:ægre
Palpebras leuat hærentes humore tenaci.
Lumen hebet:ſurdent aures:uox languida:ſermo
Barbarus:obſcuro uerba interclusa palato:
Seminat infelix lolium frigenſq; papauer
Lætheiſq; rigat ſteriles humoribus hortos:
Plumbea liuenti geſtat connexa metallo
Vincula/captiuos hominum quibus alliget artus.
Saturnus pater eſt iſti:nox humida mater.
Hanc genuit magnos Iouis ut compeſceret auſus
Itala cretæis petiit cum litora roſtris.
Penula trita.fluens humeris.a pectore aperta:
Sordida:neglecto cultu:demiſſior ante
A tergo breuior:textu laxata ſoluto
Fila oras circum pendent:roſere cothurnos
Articuloſq; pedum mures:& olentia nigris
Sordibus immundæ ſulcant calcanea rimæ.
Ipſa ſibi grauis eſt.turpi deiecta quiete
Mœret:& ignorat cauſam mœroris:& ortum.
Ebria lethargo ſemper triſtiq; ueterno
Virtutum formidat iter/monſtratq; labores:

Difficileſq; uias:& re maiora uideri
Cuncta facit:ceu ſi uitreo ſub gurgite uirga
Merſa ſit/aerio quia corpore denſior unda eſt/
Ingentem ſparſa mentitur imagine formam.
Sic hominum falſo deludit Acidia uultu
Spem minuens/animoſq; premens/operumq; futura effectus acedie
Præmia deridens:contemni fulmen & ignes
Tartareos fruſtraq; docet phlegetonta timeri.
Aeacon & minoa negat:nullum Rhadamantho
Iudicium tribuit:fœdæq; libidinis uſum
Et Veneris concedit opus:conuiuia:uentris
Ingluuiem laudat:ſic lentus pectora torpor
Occupat:& pigras ita uincit inertia mentes:
Inſtructis laute menſis/ſi copia detur/
Indulget:quęſita uorat:ſed quærere neſcit:
Inde graues curæ longæuaq; tœdia ſurgunt.
Sic nocet hoc monſtrum:& iuſtis conatibus obſtans
Suadet ab obſcœnis quæri ſolatia rebus.
Hoc inhonoratum ſcelus ignauumq; ſequuntur
Ignotæ triſteſq; animæ:quas nulla futuri
Cura nec æternæ ſtimulauit gloria famæ.
Si tamen hoc quædam retinent ex ordine nomen/
Non ſua ſed uirtus illos laudata priorum/
Vel genus excelſæ gentis uel regia uirga
Imbelli geſtata manu:uel nobile crimen
Egregiumue ſcelus/ſciri ſine laudis honore
Cogit.& inuitas hominum tranſmittit ad aures/
Iſtorum turpi ex numero & de plæbe nefanda
Vnus erat modico dominum qui uendidit ære
Vnus & oſtriferam ſeſto qui iunxit abydum
Pontibus/& magnum falſis Athon abluit undis
Mox ubi conuulſas audiuit in æquore puppes
Et pontem æquoreis confractum uiribus/amens
Qua phryxi germana iacet rate fugit inermi.
Talis & æneadum phrygio de ſanguine Cæſar
Vltimus/Auſoniæ labes/& dedecus aulæ.
Talis ab Aſſyrio ueniens longo ordine bello
Sardanapalus iners/qui non chironis in antro
Nutritus/non inter equos erat inter & enſes/
Sed calathos circum.ſaturataq; uellera rore

Muricis .& tenues lanas/quas Sericus altis
Pectit ab arboribus.uiolaſq; imitantia penſa
Purpureoſq; croci uultus.hyaliq; colores:
Crinitoſq; colos:ſolium regale tueri.
Neſcius:ut regni inuaſor iurata coegit
Auxilia & celeri maturans arma paratu
Attonitam cinxit ſubitis legionibus urbem/
Stamina depoſuit tandem:& de plæbe fugaci
Componens raras acies cum milite pigro.
Exiit in pugnam:molles tallaribus armos
Aſſuetum tunicis clypei grauis æreus umbo
Preſſit.ut horribilis pugnæ caua buccina ſignum
Aedidit:ut rigidum campos ingreſſa patentes
Terrifico cantu cecinit uox bellica Martem/
Et leuis inſonuit crebris hinnitibus aura:
Obriguit:ſtupuere oculi:liquere trementes
Lora manus:Clypeuſq; cadẽs (res digna triumpho)
Formicam oppreſſit ueteris de ſanguine natam
Myrmiones:quæ Myrmidonum genus acre uirorũ
Aedidit.excuſſum eſt roſtri de forpice granum:
Et triſtem moriens liquit ſub puluere uitam.
Non poterat tanta armorum dux mole ſepultus
E tanto ſine tæde pedem ſubducere bello:
Talis in ignauo regnabat pectore uirtus:
Poſt clarum facinus fugit:ſolitumq; cubile
Depoſitis repetens armis ſe miſit in ignes:
Fœmineos ſemper mores imitatus & artes
Hoc animi fortis moriens opus edidit unum.

Sta regunt orbem.ſcelerũq; licentia regnat.
Relligio contempta iacet:ſpretuſq; deorum
Cultus abit/tritaq; fides iam pallida ueſte
Infirmis titubat pedibus/peſſundata legum
Maieſtas/tot monſtra pios immania mores
Inuaſere:ſilet probitas:pudor exulat:alas
Explicat ad limen pietas reditura paternum
Vilis & attrita uirtus in ueſte relictis
Vrbibus egrediens loca per deſerta uagatur:
Solaq;nam merces.laus.gloria.fama triumphus.
Gaudia.pax.ſucceſſus.honor.reuerentia.cultus.
Maieſtas.fauor.imperium.populiq; ſecures

Virtutum comites olim dum pinguia curuo
Iuggera ſcindebat conſul Romanus aratro/
Et dum prima ſuis gaudebat ouilibus ætas
In ſcelerum fugere domos.dolus.arma.rapinæ:
Furta.uenena.neces.ueneres.iniuria.fraudes:
Inſignes celebrant ſolemni laude triumphos.
Pallida uelato uirtus abſcondita uultu
Qualis it ammiſſo mulier uiduata marito/
Viſa ſub ambiguo nocturnæ lumine lunæ
Sæpius eſt:& ſola die lugere per umbras
Per loca ſyluoſas inter frigentia ualles:
Qua dryades habitant:ubi feſſa quieſcit oreas
Eſt audita procul tales effundere queſtus.

Querimonia uirtutis.

Vt ego quæ magni ſum ſeminė nata tonãtis
Et cœleſte genus/ſenior ſublimibus aſtris/
Deſeror?humanis ne unquã fortaſſe negaui
Rebus opem?uel forte meis non amplius armis
Mundus eget?Cur nunc tanto ſurgente tumultu
Debilis hæc hominum ſoboles tot millia contra
Ditigenum noſtra nullum munimen ab arte
Poſtulat?An ualidæ non ſunt ad prœlia uires?
Nonne acies totidem?nonne eſt induſtria nobis?
Nonne animi?liceat de me mihi uera fateri
Fortunę domitrix ego ſum/ſcelerumq; flagellum:
Semper tela manu ferimus:cum crimine ſemper
Si genus humanum poſcat:ſunt aſpera bella:
In promptu nobis & opes:& miles:& arma:
Vtq; hominem tuear ſuperumq; in tecta reportem
Incolumen/ſtygias omnis demolior artes.
Ars mea mortales ad olympica regna deumq;
Orari:monſtrare uias quibus itur in altum
Aethera:ſum medium dirimens iter orbita recto
Limite/qua monſtrantur adhuc ueſtigia patrum:
Qua ueteres cœlo digni petiere tonantis
Limen ubi nitidis ſunt lactea flumina campis.
Neſcio delitias:nullum inſidioſa uoluptas
Mecum fœdus habet:mihi lis de limite regni

Cum uiciis:multumq; inter contraria pugno.
Nāq; meos inter regnum mihi contigit hoſtes:
Me labor aſſiduus ualidam facit:ocia frangunt.
Et quotiens opus eſt armis exterrita nullis
Congredior uinci & ſuccumbere neſcia:ſi quod
Pondus ab aduerſis iniectum eſt caſibus/æqua
Mente fero:ipſa hominem/doceo uariaſq; per artes
Erudiens paucis diis immortalibus annis
Per ſimilem reddo:ſine me cognoſcere rerum
Non licuit cauſas:per me pulcherrima mundi
Machina quæ miris ſubiectum legibus orbem
Temperat/expreſſo rapidi patet ordine cœli.
Me ſine quæ in magno humeris elementa ligantur
Corpore non poterant.nec ros nec fulmina ſciri.
Me duce nota ſoli uis eſt & mobilis undæ.
Me quoq; ſumma patris pietas interprete conſtat
Vnaq; cum duplici ſimplex eſſentia partu.
Ipſa feros hominum docui componere mores:
Ipſa Solonigenas leges præcepta lycurgi.
Plæbiſcita numæ:magni conſulta draconis:
Biſſenaſq; dedi tabulas:& ferrea iura.
Me duce regnarunt belus beliq; nepotes:
Et Perſæ libyciq; duces:me præſide Roma
Floruit:& lata rerum ditione potita eſt.
Ipſa comes grais aderam/quom troica contra
Pergama depulſis ex Aulide nauibus ibant:
Me duce romanus tyrias radicitus arces
Eruit:& ſolymas turres:bimaremq; corinthum:
Atq; ſyracuſios Arethuſæ mœnia muros.
Belliger extremas duce me tulit arma per urbes
Bacchus/& ardentes uictricia ſigna per indos/
Nyſeamq; locans Arabis de nomine Nyſæ
Dixit:& ad teretes hederas coniungere thyrſos
Pampineaſque comas tremulis agitare corymbis
Menades inſtituens dionyſia feſta quotannis
Iuſſit ab æoa fieri ſolennia pube.
Ipſa ego combuſtæ retinent quæ nomina mammæ
Fœmineas ad equos turmas & ad arma paraui.
Plæbis ego ſolymæ ſiccis ueſtigia plantis
Per maris erecti pendentes undique fluctus

Murorum in ſpeciem uada Phœbo incognita duxi:
Me quoq; prima uiros ratis inuentrice per altum
Aequor & audaci tulit aurea uellera curſu.
Alcides tot monſtra meis deformia uicit
Viribus:& quicquid muſis Phœboq; uetuſtas
Aſcripſit:noſtrum eſt:Vates ego ſanctaq; uatum
Pectora melliflui diuino nectaris imbre
Largius irroro:dulciq; aſpergine luſtro.
Fons ego Caſtalius:Pallas ego:nomina plura
Res eadem:Non ſum morbo confecta nec annis:
Incorrupta.uirens.immortaliſq; remanſi:
Cœleſtes etenim nihil in me motibus orbes
Sidera nil radiis poſſunt:nil lumine titan:
Poſt igitur tantorum operum experimenta fidemq;
Deſeror:ignotis errans inglorìa campis.
O uere ingrata & meritorum oblita meorum
Sæcula:nec priſcæ quicquam ſeruantia laudis.
O Numa romulidum ſanctiſſime uoſq; Catones
Maſcula progenies:tuq; o metuende ſecuri
Et celtæ ſpolio inſignis Torquate ſuperbo:
Voſq; genus Decii egregium:tuq; optime Quinte
Eximium patriæ decus:& tu magne Quiritum
Maxime:quo Cæſar fortuna & crimine tantum
Clarior eſt:uobis iſta cum gente profana
Iudicibus ſi fas eſſet contendere:coram
Dicere ueridicis cauſam ſermonibus auſim:
Sola queri poſſum:mecumq; ſub illice muta
Teſtis ubi nemo niſi numina conſcia recti:
Arguere ingratas gentes oblitaq; mores
Corda meos:mea ſit tacitis querimonia ſyluis
Nota:nec ad ſtolidi ueniat conſortia uulgi.
Patrono mea cauſa caret:quia pectora plena
Perfidiæ faſtuq; animos tollente ſuperba
Ire per anfractus audent impune malorum:
Aduerſaſq; ſibi leges inimicaq; iura
Frangere & audaci culpas defendere uultu:
Propterea ſanctis ratio cum moribus urbes
Iam fugit:& magni rector moderaminis ordo
Poſthabitis terræ ſolum tegit æthera curis
Sceptra ſcelus rapuit:poſitis cuſtodibus omnis
&

Scrutatur regni fines/adituſq; tuetur.
Scire pati ſanctum eſt:partem deus omnibus æquam
Seruitii imperiiq; dedit:non omnia ſemper
Aſtra:ſed alternis nunc hoc nunc imperat illud.
Delia regnabat mundiq; tenebat habenas.
Cum moles æquanda Ioui conſurgeret:& cum
Saxa gigantææ uoluebant ardua uires.
Tum primum ignotis homines ſermonibus uſi:
Diſtinctoſq; habuere ſonos.duce marte profuſum
Aequor in aerios miſit uada cærula montes.
Triſte reluctando non eſt leue uincere fatum:
Conariq; polos & fortia ſydera contra.
Nauis ut aduerſa remo cum impellitur unda
Fortia ni totis incumbant brachia neruis/
Ictibus & crebris inſtent/non uincitur amnis/
Cædendum eſt:leges in idonea tempora noſtræ
Peruenient:dabitur noſtris ſua moribus ætas.
Nec quod ſola uager doleo:perdenda uirorum
Millia tot tantamq; dari prædam queror orco.
Non pereo deſerta:perit qui deſerit:error
Alligat errantem:mea ſi tamen ora fuiſſet
Fas homini uiuumq; decus formamq; tueri/
Non illum blandis unquam peritura uoluptas
Flectitur illecebris/nec ficto falleret ore.
Sed mihi ſecretum uoluit pater eſſe decorem:
Vt labor obluctans iniucundiq; dolores
Humanos acuant animos:poſt perdita primæ
Munera iuſticiæ ueterumq; infauſta parentum
Exilia/& preſſos iniecto fomite ſenſus.
O miſerum mortale genus quid debuit ultra
Pro te proq; tua deus attentare ſalute?
Vltra immortales animos ſuperaddidit artes
Ornamentum ingens:ſociam me tradidit ipſum
Se tibi pollicitus:cœli tibi limen apertum:
Et fugis auctorem:ſeruatoremq;: ducemq;:
Et chaos obſcurum claro præponis olympo?
Olympo ſedes ubi ſunt:& templa tonantis:
Qui niue non albet:nulloq; madeſcit ab imbre:
Nec quatitur uentis:nec fulmine uapulat ullo.
Gliſcit ibi ſine fine quies/ſine fine uoluptas/

Pax æterna.iubar ſtellis & Apolline maius:
Ah genus ingratum:fera mens:ignobile ſemen:
Degeneres animæ:mores imitata ferarum
Progenies:tali proles indigna parente,
Nam pater eſt deus ipſe tibi:tibi maxima Tellus
Paret.& illius dono tibi militat aer:
Vnda ſubeſt:ſeruitq; tibi neptunia doris.
Tu refugis:patremq; negas:tot dona ferentem
Diſſimulas:quæ pœna tuis erroribus æqua eſt?
Quæ ſceleri tormenta tuo debentur? & audes
Aſtriferos oculis ſpectare rebellibus orbes?
Aſtra tibi clariq; ſuis quos aſpicis ignes
Motibus imperio patris hæc alimenta miniſtrant.
Dum tibi dumq; tuo patri ſe ſubiicit orbis
Totus:& aſſiduo properans obtemperat uſu:
Tu Veneri inſudas:auidiq; uoragine uentris
Rumperis.eſcarumq; ferens graue pondus anhelas.
Sed quid ego in tales nil profutura querelas
Effluo?cur lachrymis oculos:ſingultibus ora
In uanum indulges?tua quur euiſcerat iſte
Corda dolor quondã florens modo languida uirtus?
Et uidet & iuſta librat deus omnia lance.
Ipſe ubi tempus erit nos in uiolata reducet
Regna memor:pater ipſe meas ulciſcitur iras.
Singultus inferna palus & uerbera dira
Audiet.& triſtes umbras ululare ſub altis
Inter ſulfureos erebi fornacibus ignes:
Interea lucos poſito mœrore ſilentes
Tuta colam:uileſq; caſas:ignota latebo:
Vt poſtquã diti ſat erit uicioq; litatum:
Nobilibus ſuccurram animis:& lapſa reducam
In medium certis ueſtigia finibus arcens.
Sæpius audita eſt & talibus uſa querelis
Dicitur in ſyluis uirtus nemorumq; per umbras:
Vna camœnarum ſaltus tum forte per illos
Præteriens ſacrumq; petens helicona:notauit
Singula:& huic noſtræ dedit inſcribenda papyro.
Vt ſi uiperea ſtimulis accenſa Megeræ
Natorum impietas fuget & diſcordia matrem:
Exilioq; procul peregrinum inuiſere mundum

Vrgeat/illa licet caſu afflictetur amaro/
Et tepido lachrymans lauet ora ſinumq; liquore
Nil crudele tamen natis nihil optat acerbum:
Nam patiens natura pios non deſerit ignes.
Immo ſuum licet ſi quando reuiſere limen
In dulces ruet amplexus:dabit oſcula notis
Frontibus:& triſtes uincet ſingultibus iras.
Sic uirtus hominum dux & fidiſſima cuſtos
Quãuis pulſa graues gemitus lamentaq; fundit
Prompta tamen noſtris ſemper ſuccurrere rebus
Errores gemit humanos:gemit ebria corda:
Et quacũq; poteſt non deſinit arte mederi.
Fœdera mortales orci cum rege ſuperbo/
Cœlitibus ſpretis/iniere:datiſq; ligati
Obſidibus ſeruare fidem coguntur auerno.
Per medias urbes colubris crinita Megæra
Sanguineiſq; caput uittis intorta flagello
In ſcelera & culpas homines urgere laborat:
Criminis & pœnæ dux oratrixq; malorum
Fronte truci & toruo uultu comitatur Erinnys:
Sceptra tenens iudex ſolio plutonius alto
Ius populis dicit.leges periere deorum.
Hinc iræ uenere deum,morbiq; fameſq;
Improba:quæ ſteriles nimirum uerſata per agros
Hactenus intercœpit opes & credita ſulcis
Semina:noſq; pati ieiunia longa coegit.
Hinc bella armorumq; ſonans diſcordia motu:
Nam quia mens hominum mores oblita pudicos
Degenerat noxis ſemper creſcentibus/arma
Nos terrena premunt:& nos deus urget ab alto:
Multiplicíq; graues luimus ſub iudice pœnas.

Noua Iactura rei Chriſtianæ.

Spicis imperium noſtræ lacerũq; labanſq;
a Gentis ut hoſtili totiens certamine cæſum
Sãguine barbaricos ſpoliiſq; recẽtib9 agros
Impleat:& noſtra pingueſcat Achaica tellus
Cæde madens:iam græcus ager Machometia iura
Iam patitur ſeruile iugum/rituſq; nefandos.

Inſula qua pelopis muro circundedit iſthmon.
Qua fluit Alphei ſiculis potandus in agris
Eurotæq; liquor:qua ſurgit thracius æmus,
Aemus:cuius apex niueis candoribus albens
Adriacos fluctus euxinaq; littora cernit:
Qua uidet æthol as urbes Aracynthus ab altis
Rupibus & curuis Acheloia flumina ripis
Vſq; pruinoſos iſtri glacialis ad amnes
Thraicioſq; ſinus:bimares ubi boſphoros undas
Arctat,& Europes Aſiam diſtinguit ab oris,
Quaq; ſinu curuo Tethys ægæa recurrit
Ad Mitylenæas arces Leſbonq; ſuperbam,
Et Tenedon Priamiq; domos;ubi xantus ab altis
Se ſinuat phrygiæ deſcendens uallibus Idæ,
Imperium Machometus habet:crucibuſq; fugatis
Per quondam noſtras inſignia barbara turres
Apparent:captæ mutatis legibus urbes
Dedicere fidem & ſanctæ myſteria Romæ.
Hæc noua:ſed uetus eſt longe uictoria maior.
Pamphillum Ciliciumq; lares ubi mœnia Cydnus
Perſæa fundata manu labentibus undis
Partit Alexandri uada perluſtrata natatu.
(At quur Paule tuos pateris ſeruire penates?
Paule pater uiden ut ſæuis tua patria tarſos
Subiaceat dominis:fideiq; ut fœdera ſanctæ
Ruperit:& legis ſeruet commenta nefandæ?
Surge tuo pater enſe tuos defende nepotes.
Quam geris aduerſas feriat romphæa cohortes.)
Cappadoces,phrygii uirides ubi flumine ripas
Curua & argutos audit Meander olores
Et ueteres Eneti,Carres,ubi dicitur ortum
Augurium.lycii pontus:bithynia diues
Hannibalis tumulto inſignis. lidiq;,uetuſtum
Vnde genus tuſcis:fuluas ubi uoluit harenas
Diuitibus pactolus aquis,hæc omnia noſtris
Hoſtibus & rigido parent inuita tyranno.
Heu quot ſingultus.heu quot ſuſpiria matres
In uiduis laribus ducunt & cœlibe tecto,
Quarum parua feri rapuerunt pignora thraces:
Biſtoniiq; equites:capti pueri atq; puellæ

Flumine perfuſi ſacro fideiq; elementa
Iam docti ſua qui Chriſto iam uota preceſq;
Curuantes genua ante aras offerre ſolebant
Seruitum dominis miſerum crudelibus inter
Vel perſas immite genus uenere uel indos.
Qui tenuit ſolymos colles & ditia quondam
Regna paleſtinæ:totum cui paruit olim
Cæſariæ Anthiochiq; ſolum:qua mitis Horontes
Currit:& immiſſis urbem diſterminat undis.
Cui Maurus ſeruire ſolet:quem barbara Memphis
Horruit:& dubia ſurgens ab origine Nilus:
Qui gelidum Tanaim domuit:uictricia ſigna
Aethiopes ſcythicumq; gelu qui protulit ultra
Turiferoſq; arabes libaniq; repentis odores
Et iuga caucaſiis quæ rupibus ardua ſurgunt.
Victor ouans Chriſtus pœno modo pulſus ab orbe
Ammiſſis Aſiæ regnis magnoq; potentis
Europæ ſpacio extremas male poſſidet oras:
Nam partem heſperiæ dederat cui nomina Betys
Maurus habet:potiturq; domo Machometus ibera.
Hanc cladem nobis ſcelus attulit:Heu graue noſtro
Dedecus auctori:noſtri iam pœnitet illum:
Tutelæ piget aſſumptæ/ueterumq; laborum/
Atq; dati noſtra pro libertate cruoris:
Si tranquilla quies & triſtibus ocia curis
Libera me ſinerent ſanctos inuiſere fontes
Et totos helicona dies conſumere circum/
Prima ſalutiferi repetens exordia Chriſti
Ad ſuprema meum ueniſſet tempora carmen.
Actaq; tentaſſem maiori ſingula uerſu
Texere:& annales melioribus edere chartis
Sed nec ſumma ſequi trepidum faſtidia tempus
Me ſinit:& cœci uis formidata ueneni.
Noſtra breuis ueloxq; ætas & plena laborum
Nil altum tentare ſinit:contermina meta eſt
Carceribus:coniuncta neci ſubiectaq; fato
Vita fugit.paruo occaſus diſcrimine ab ortu
Diſtat.& innumeris premitur breue cladibus æuum.
Pauca tamen ne me ignauum triſtiq; iacentem
Deſidia inueniat miſeræ lux ultima uitæ/

Subiiciam:magni quotiens benefacta parentis
Voluimus a curis animo fugiente caducis
Lucida/cæruleis ceu toto e nubibus orbe
Sol abiens/monſtrat ratio q̄ turpe nocenſq;
Sit non iuſſa ſequi ſuperum & contemnere diuos:
Atq; dei iuſtas quotiens a limite fixo
Iuſtitiæ/electi uicio diſcendimus iras
Inſinuat miteſq; dari pro crimine pœnas:
Et noſtrum maiora ſcelus tormenta mereri.

Commemoratio beneficiorum Xp̄i.

Nte ſalutari q̄ tolleret unda lauacro
a Crimen/& irati ualuas aperiret olympi
Aera deos homines & ligna carentia uita
Eſſe rati lectas pecudes & debita cœlo
Orgia ponebat ſurdis altaribus/ante
Facta manu ſimulacra ſui cultoris & arte.
Numina fallebant ſiculos Erycina colonos.
Iupiter a libycis qui nomina ſummit harenis
Aethiopes ſoliſq; domos ardore peruſtas:
Gnoſciacos Dictynna lares:& rura Cayſtri:
Meotiſq; lacus:& clari regna thoantis:
Iuſſit ubi humanum ſpargi dea ſæua cruorem.
Perfida cæcropiam iuſſit Rhamnuſia plæbem.
Attica cecropios Pallas:Rhodon altus Apollo:
Orthigiamq; breuem micone giaroq; ligatam:
At tyriæ Iuno libycas Chartaginis arces:
Thraiciiſq; Sami circūdata fluctibus arua:
Barbara cornigerum Memphis plorabat Oſirim:
Lætaq; percuſſo pubes ægyptia ſiſtro
Inachiæ celebres ueniebat ad Iſidis aras.
Dindyma per Cybelemq; phryges reſonantia galli
Sacra dabant matri diuum:per Gargara & idam
Buxea multifori ſtridebat tibia cantu:
Tympanaq;:audito ſtrepitu de rupibus altis
Præcipites ibant Dammæ lucoſq; petebant
Doreades ignotos & inacceſſas conualles.
Feſta corymbifero Tyas renouabat hiaccho.
Et tedidas cornu ductus caper ibat ad aras.

Roma panomphæo ſacrauerat alta tonanti
Limina ſolemnes crebro uiſura triumphos:
Paſtaq; Clitumni uirides armenta per agros
Sic aliæ uariis deluſæ erroribus urbes
Numinibus fictis aras & diuite cultu
Ardua ponebant pario de marmore templa.
Sæpe quidem uiuo tanquã de corpore uoces
Et confuſa dabant ueteres oracula diui.
Sicut apud Delphos in parua phocide nigris
Speluncæ latebris clauſus uocalis Apollo.
Sicut Chaoniæ Phœbo illabente uolucres:
Et caua cumeum ſpelæa ſonantia carmen:
Verum hæc uel fallax hominum uerſutia fecit:
Vel ſtygiæ mentes auium per neſcia certis
Motibus humanum fingebant guttura murmur
Formabantq; leues per concaua ſaxa loquelas:
Et quod ſiderei radiis coeuntibus ignes
Monſtrabant/caute populis multo ante futurum
Siue per augurium ſeu per uatum ora canebant.
Diuinoſq; ſibi cultus curaſq; parare
Artibus his ſolitæ turbas & credula uulgi
Mobilis ambigua fallebant pectora uoce.
Non tulit hoc magni proles æterna parentis:
Et ſtygiis ergo canibus ludibria dixit
Semper erit mortale genus/nunquãne ueteri.
Nos diſcent manes/audacia ditis auari
Improba ſic impune meos inuadet honores
Semper/& obſcuri plæbs ambitioſa profundi
Sic perget ſe ſe ſuperis æquare deoq;/
Ibo:& terrenum luſtrabo incognitus orbem:
Nec patrias repetam ſedes cœlũue/ priuſq̃
Cerberus & trepidi me regia ſenſerit Orci.
Non uada non furiæ non ferrea clauſtra uetabunt
Nigra per & Phœbi radiis incognita regna
Ferre gradus:horrore tremens ululabit Erinnys/
Et caua terrifico quatientur tartara motu.
Flammeus obſcuros phlegethon qui ſuſcitat ignes
Saxa rotans mœſtoq; Acheron qui labitur amne
Cocytiq; graues parientia flumina luctus
Et liquor inducens læthæ obliuia lymphæ

Præcipites ſiſtent curſus,retroq; redibunt:
Et ſua ſulfureos repetent exordia fontes.
Cum mea uox aditus cæcos ingreſſa profundæ
Noctis & inſolitum penetrabit tartara lumen
Luce repentina chaos & fumoſa baratri
Atria clareſcent:ubi pallida frontibus hærent
Somnia:tenariis reuocabo a ſedibus umbras:
Inſontes umbras patrum quos longa ſub alti
Carceris includunt obſcuro uincula circo.
Propterea placidam terris inducite pacem
Sidera qui regitis diui,qui uoluitis orbes.
Vt dum bella gero cum principe gentis auernæ
Sentiat occultam ferri ſibi terra ſalutem:
Iam trepidant magnoq; pauent aduerſa tumultu
Caſtra:dies numerat Pluto:tempuſq; uolutum
Colligit:aduentuſq; meos ueſtigat & ortus:
Nocturnas cogunt acies:curſantq; per altum
Aera:& ingenti ſtrepitu mortalia terrent
Pectora:montanos apices atq; ardua ſaxa
Terribili quatiunt motu:pecudumq; per ora
Inſolitas fingunt uoces:ægyptia pallent
Sollicito ſimulachra metu:ſuſpirat Anubis:
Fatidicoſq; legens uates examinat omnes
Peruigil hiſtorias:& cœli cogitat ignes:
Ipſe igitur diuos linquens & limen olympi
Aetheriaſq; domos deus ad mortalia regna
Terrenoſq; lares medio dum frigida curſu
Suſpiceret cancrum nox inclinata ſub urſam,
Venit:& anguſtam tenuit præſepia ſedem:
Tunc hyberna gelu torpebant arua ſereno,
Et matutino ſiccatum frigore gramen
Perdiderat uernum demiſſa fronte colorem:
Pigraq; nocturnis albebant rura pruinis:
Tunc Rhodopes hęmiq; niues iuga ſumma leuabant
Altius:& niueo ſurgebant aggere montes:
Nudaq; ramoſæ tendebant brachia quercus:
Et ſyluas aquilo uiridi ſpoliarat honore:
Prauius æoa ſanctos a perſide reges
Ignis & inſolitis radians ſplendoribus ardor
Miſit ad infantis parua incunabulą Chriſti.

Ipſe ſub humana uelatus imagine mundi
Conditor ut tetigit matura uirilibus annis
Tempora naſcentis iaciens primordia ſæcli
Ante quaterdenis ieiunia longa diebus
Pertulit:& ſacro mox irroratus ab amne
Abſtulit errorum tenebras:noctiſq; profundæ
Nubila:longæuumq; chaos finiuit ab alto
Vndiq; diffundes illatam cardine lucem:
Extinctis oculis aciem lumenq; peremptum
Reſtituens opus ignotum noſtriſq; negatum
Viribus aerios tractus ſolemq; uideri
Fecit:& inſuetum terræ cœliq; decorem.
Sicca per æquoreos fixit ueſtigia fluctus:
Admirata nouum credebat Ariona Thetys
Cum cythera:curuos inter delphinas euntem:
Mox ubi ui propria tutos ſuſpendere paſſus
Vidit:& humanis liquidas iter eſſe per undas
Greſſibus:hæc non eſt audax induſtria dixit
Romanæ uirtutis,aquæ ſenſere tonantem.
Hæc ait.& fugiens imas ſe torſit in undas.
Imperio uentorum iras pelagiq; furorem
Preſſit:in excelſo galilæi uertice montis
Ora manus oculos & pectora ſancta beato
Lumine perfuſus paruit deus æthere lapſum
Numen & albenti ueſtitum nubis amictu
Aſtitit:auricomi ſonuit globus aeris ingens:
Carmine non magico non ui medicaminis ulla
Defunctos iterum uitam reuocauit in artus.
Emigrare leues animas retroq; reuerti
Obſtupuit celereſq; fremens Pluto induit iras.
Languida quæ nulla potis eſt humana iuuare
Ars ope:per uicos gradiens per rura per urbes
Nunc prece nunc ſolo ſanabat corpora tactu.
Sancta dei tenuem pietas induta figuram
Non perteſa rudes animos moribundaq; membra
Ferre:nec æſtiuo graciles aſpergere plantas
Puluere:nec luteis ueſtigia ponere campis
Erubuit:tolerare famem paſciq; per agros
Graminibus uitreoq; ſitim reſtringere riuo
Dulce fuit:coluitq; inopum conſortia:tantus

Ardor in accenſo regnabat pectore tantis
Curabat ſtudiis humana negocia:ut ipſum
Aethera tam poſſet ſe ſeq; oblita uideri:
Ante ipſam quicunq; hominum componere mores
Conati ſtatuere modum normamq; dedere
Viuendi uel pro certis incerta fuerunt
Falſaue pro ueris uel non perfecta loquuti.
Hinc pater omnipotens animos miſeratus inertes
Ac ſenſus ſimul exangues & pectora tarda
Immenſum æuo reſerauit ab æthere lumen:
Progeniemq; ſuam ſummo demiſit olympo.
Hæc ſunt illa:quibus deus inſtaurare caducum
Naturæ labentis opus tentauit:& omni
Conatus ſtudio ueteres auertere morbos
Vt patrias ſordes crimenq; aboleret auitum
Legit inauditum fari genus:illita fuſo
Sanguine & ardenti liuentia uerbere membra
Perfoſſumq; caput terebrataq; tempora duris
Sentibus erexit miles romanus in altum
Aera:frigentes plantas proiectaq; longe
Brachia & humentes oculos & pectus apertum
Concretoſq; pio crines barbamq; cruore
Ingratæ moriens plæbi monſtrabat ab alta
Arbore:& ingenti mortem clamore ciebat.
Cuius ad interitum cœpere elementa moueri:
Sol gemuit nigroq; caput uelauit amictu:
Contremuit tellus:timuit mare:palluit aer:
Et colliſa graui ſonuerunt marmora planctu.
Hæc fuit atra dies & lamentabile tempus
Cum ſubito media tenebris in luce ſubortis
Lumen in horribilem fugit ſine nubibus umbram:
Aurea cum uernus retineret uellera titan/
Lunaque longinquæ contraria ſidera libræ.
Sic eſt parta ſalus homini:longæuaque primæ
Cum gemitu & lachrymis deleta iniuria culpæ eſt.
Immemores tanti populus patreſque laboris
Neglecto ſuperum cultu ſpretoq; tonantis
Imperio Baccho indulgent Venerique miniſtrant:
Sacra ferunt auro:numis altaria condunt:
Auro uina libant:auro laquearia fulgent:

Scorta tegunt gemmis:canibus conuiuia ponunt:
Sordet in exili uirtus incognita ueſte:
Exuuiis inopum culti diteſq; rapinis
Succeſſu elati ſuperos Acherontaq; rident.
Propterea hoſtilis rabies inſurgit:& ira
Corda micant:maiora nouus fert prælia mauors:
Auſoniæ labentur opes:nam clauſtra liburnæ
Præteriens anguſta uiæ per rura timaui
Qua gothus algenti reſonans erupit ab axe
Seu qua piceni ſuperum mare littoris oras
Alluit epirum dirimens & iapygis arua:
Turcorum ingentem paruus uomet angulus undam:
Biſq; patens expertus iter magno agmine miles
Veloces aſcendit equos: ſonuere pharetræ
Cornipedum crebris reſonant hinnitibus auræ
Vallibus in mediis:& quadrupedante tumultu
Auditur longe ſtrepitus clamorq; uirorum
Sublati quotiens æſtu rapiente uapores
Alta petunt/piceoq; tegunt uelamine cœlum
Et noua tempeſtas clauſiſq; ſonantia uentis
Nubila per cœli tractus uoluuntur apertos
Rugitu ingenti minitans uolat aere grando
Pulſa noto borea ue:tremunt cum rupibus alpes
Tunc fracta ſi nube fragor ſubit ima profundæ
Vallis:& impulſu nemorum & telluris opacæ
Vndiq; comprehenſus fugit atq; repellitur aer
Aerii montes clamant:magnoq; boatu
Antra ſonant:ſtygium dicas mugire baratrum:
Horrida per campos procul exaudita pauentes
Corda ferit gelido ſtrages humana timore
Tale ſonat longo populatrix agmine turba.
Ore manu teloq; minax ſitibundaq; noſtri
Sanguinis irrumpit:ſcopuloſa ceraunia lugent:
Sylua uetus dodona timet:gemuere moloſſi
Rura ſoli:tremit omnis ager:pauet adria pondus
Claſſis:& adductum peregrino a remige martem.
Trans mare trans indos nabathæaq; regna nefandæ
Gentis in auxilium rutilo uolat Eurus ab ortu
Impiger:& firmæ captat iam littora terræ:
Butroti iam culmen habet:ſummaſque per arces

Dirrachii ſtridens frondoſa cacumina curuat.
Velaq; iam ſinuans proras æratаq; roſtra
Vertit in Italiam: ſalit æquor: & unda carinas.
Auſoniam uerſus ſenſim leuat: atq; ſecundum
Spondet iter: culpanſq; moras neptunia doris
Per noctem ad nautas ita circum littora clamat.

Tempora martigenæ quid idonea perditis. ite
Ite lares Italos & fundamenta malorum
Romuleas arces & pontificalia tecta
Colluuiem ſcelerum temerate fauentibus auris:
Ite citi: quando aſtra uocant quando omnia mandant
Numina: flammanti mauors quid cogitet ore
Gemite: Saturni facies inſenſa latinis
Quid uelit: atq; Iouem lætos non ire per ignes
Suſpicite: & qua fata uocant conuertite proras:
Aetheriæ mentes quibus eſt tutela latinæ
Gentis ab occulto bella hæc immiſſa uidentes
Imperio patris & longa clade eſſe litandum:
Imbelles hærent: atq; in ſua regna furorem
Ire ſinunt: Romaq; alio fugere relicta.
Cæde noua ueteres culpas abolere neceſſe eſt:
Ecce tarentinis uacuas in collibus urbes
Et nudas cuſtode domos: & litus inerme
Milite deſeruit dux parthenopæus abacto.
Etruſcas populata domos modo trans iuga pulſo
Marte per æmiliam & Venetos bacchatur Erinnys:
Nec uos immenſum dirimit mare: tranſitus una
Nocte breuis calabros turmas exponet in agros.
Vix ſpatio maiore fretum diffunditur iſtud
Quam quod adhuc fama notũ ẽ athamãtidos helles:
Et uada Leandri crebro ſulcata natatu.
Ite. quid ambigitis? uobis eſt debita tellus
Itala qui phrygios domuiſtis & hellada: gentes
Oenotriæ ducunt genus ab radicibus illis.
Quis Pallanteum: ueterem quis condidit albam?
Hoc opus æneæ: profugi fuit Archadis illud.
Dardanius phrygia ueniens Antenor ab ida
Euganeis latam ſtatuit ſub collibus urbem.
Quæ ſupereſt: tripliciq; ſedet munimine cincta.
Parraſii Piſas: pubes ſpartana tarentum

Struxit:& imperium Daunus partitus & agros
Cum Diomede fuit:cuius tenet inſula notum
Nomen adhuc:ſunt qui Auſoniam de nomine dicant
Auſonii laertiadæ de ſanguine Olyſſis
Progeniti.quid ſurentum tyrrhenaq; dicam
Regna?quibus lydi frater tyrrhenus ab agris
Męoniis Aſiæ ſortes & fata ſecutus
Attulit & leges alias & nomina fixit:
Et Phaetontiades loca per montana ligyſtus
Errantes populos domuit:lygureſq; uocauit:
Sardoum tenuit littus ſatus Hercule magno
Sardus:& a grais Cyrni deſcendit origo:
Roma phrygũ labor eſt:Capuanaq; mœnia:Manto
Filia Dircei uatis poſt condita tecta
Et clarii delubra dei comes addita lydis
Cum duce tyrrheno Venetos annauit ad agros.
Tybur ab argolicis poſitum:locrenſibus Aiax
Auctor:ab argiuis uolſci fundata Coracis
Oppida.Quid ſcopulis ſegnes hæretis in iſtis?
Veſtra nec aſpicitis ſeſe oſtentantia regna?
Arduus heſperio uobis garganus ab orbe
Oſtentat ſublime caput:cum mane colorat
Sol nouus oppoſitos æoa lampade montes
Cernimus excelſas umbris in rupibus arces
Piceniſq; iugis albentia mœnia:clamat
Vos ab oliuiferis lætiſſima collibus ancon
Brachiaq; in portus pandit ſinuata capaces
Amplexura rates:& ſuſceptura benigno
Maumeti genus hoſpitio:fautrixq; futura.
Gloria uos æterna manet:generoſa nepotes
Facta legent:patrumq; uolens exempla iuuentus
Magna ſequi pugnas animoſior ibit in omnes:
Et partas augebit opes:natoſq; per artes
Ingenuas ducet uirtus audita parentum.
Sic uiuet longæuus honos & fama ſuperſtes
Per populos ibit late:Si troius hæros
Iſta per iratum diis aduerſantibus æquor
Nauibus amiſſis & milite cœpit inermi
Arua:quid hæc delecta manus congeſtaq; claſſis
Fœta armis animiſq; ducum numeroq; uirorum

Moliri poterit:longo iam uincitis æuo:
Nec fugere a ueſtris audet uictoria caſtris:
Vos immane genus Thracas & Marte ſuperbos
Nubigenas ſæuoq; ſatas Iſione gentes
Atq; pelectronios laphithas uiciſtis:& omnem
Euboiam:Pelopiſq; domos:altamq; corinthum:
Euxinum pelagus ueſtrum eſt:& lata propontis:
Ioniumq; fretum:læto uos Adria uultu
Nunc uocat:& fines thethys quæ cingit etruſcos:
Et minor eſt uobis audacia uiribus:ite
Diuitias.aurum.pecus.& ſola pinguia uobis
Heſperii ſeruant.iſtis audete potiri:
In uetitas non itis opes:in ueſtra uenitis.
Hæredis non hoſtis erunt oenotria regna
Cum ueſtræ dictionis erunt.modo poſſidet hoſtis
Auſoniam:patiturq; truces inuita tyrannos.
Nocte dieq; gemunt urbes:durumq; recuſant
Ferre iugum:populi tenſis ad ſidera palmis
Maturare.rogant:ita ſe finire labores
Aerumnaſq; putant:& libertate potiri.

CALAMITATVM LIBER TERTIVS.

Alibus indomitas mẽtes & barbara corda
Iritat dea ſæua maris:de littore claſſis
Soluit:& noſtros uenit euerſura penates.
Chaoniæ noſtris uicinæ finibus alpes
Acclamant:& ſaxa cauis quæ plurima pendent
Rupibus acceptas confuſo murmure uoces
Conglomerant:nec clara ſinunt reſpondeat echo.
Magnus apud manes Itala de gente coacto
Agmine Pompeius rogat ad ſua mœnia mitti
Italiæ laturus opem:ſub pectore forti
Viuit adhuc patriæ pietas:ſtimulatq; ſepultum
Libertatis amor pondus mortale necari
Si potuit:ueteres animo poſt funera uires
Manſere & priſci uiuit non immemor æui:
Sollicituſq; hiſdem curis:quem Romulus æuo
Grandior his acuit dictis.I.Magne meorum
Immortalis honos & gloria ſumma nepotum

I.cōmune bonum ſerua:quando hæc tibi ſemper
Cura fuit:totum pietas tua nota per orbem
Imperio dignum noſtræ te fecerat urbis:
Cœlo aliter uiſum eſt:cœlum culpare quis audet?
I.patrium deffende ſolum:quando Itala uirtus
Vſq; adeo cecidit:quando Germania quondam
Armipotens nunc lenta iacet.nec Cæſaris ullum
Audet opus Cæſar:genus hoc ignobile gentis
Barbaricæ procul Auſoniis a finibus arce.
Te pontus:te nouit arabs:te græcia & omne
Aegeum Ioniumq; fretum:te punica tellus:
Tyrrhenum magnis equitaſti claſſibus æquor
Te lygur/alpinæq; niues te ſenſit Iniberus:
Galliaq;/& latis ingens germania campis.
Per freta per campos uictricia ſigna tuliſti:
Regna.urbes.maria.& terras felicibus armis
Calcaſti:totuſq; tuos miratus honores
Orbis ut indigno raptum te uulnere nouit/
Ingemuit.fleuere Arabes:fleuere Sabæi:
Indus:& extremi flerunt tua funera ſeres:
I.decus Auſoniæ regno ſuppone cadenti
Ingentes humeros:& fortia pectora tantis
Fluctibus opponas:magnæ teq; obiice cladi:
Communes tutare domos:communia ſerua
Regna mea fundata manu:ſententia fratri
Iſta remo ſedet:id Curii Deciiq; precantur:
Id numa cœlicolum cultor:ſanctiq; Catones:
Id populus patreſq; rogant:ne deſpice gentem
Nate tuam:uiden ut campis tam multa uirorum
Millia præſtantum generoſis frontibus errent
Elyſiis:te nemo tamen præſtantior ore/
Non animo melior/nec ad horrida promptior arma.
Te externi noſtriq; duces uenerantur:& ipſe
Depoſitis odii cauſis liuore ſepulto
Te præfert Cæſar:ſe maioremq; fatetur.
Quando quidem pietas & neſcia rumpere leges
Dignior eſt ſceptro & regni diademate uirtus.
Hac prece motus erat:mentemq; mouebat ad arces
Antiquas artes belli Martiſq; laborem:
Cum pater eloquii culto ſic Tullius ore

Flexit ab inceptis animos.cœtumq; reſoluit:
Magne pater noſtri generis:tuq; optime ciuis
Optime dux:patriæq; ingens pietatis amator,
Quem ciues colui ante alios dum uita manebat,
Ferre urbi auxilium fruſtra meditamur:olympi
Ipſe pater qui regna tenet qui fulmina torquet,
Sic ſtatuit:ſcelus hanc hominum ſibi ſuſcitat iram:
Diuiſæ excitis ſe ſeditionibus urbes
Auſoniæ lacerant:uria intra mœnia liuor
Ambitio nummiq; ſitis corrumpere mores
Vt cœpere pios,nulla eſt reuerentia recti
Nulla quies animis:nulluſq; ſalutifer urbi
Ciuis:opes patriæ rapiunt æraria nudant:
Et commune bonum in proprios elabitur uſus.
Hæ prauæ uiuendi artes:hæc peſſima morum
Colluuies nobis latum qui reximus orbem,
Abſtulit imperium:romamq; aliena coegit
Iura pati:ſeruiret adhuc,niſi prouida Narſis
Cura redemiſſet Tanai capitolia pulſo.
Quæ rapuit patres eadem fortuna nepotes:
Inſequitur:uiret æterna ſors aſpera fronde,
Proſpera brumales pluuias & frigora ſentit:
Aſtraq; debilibus non fert ardentia ramis:
Atq; omnis timet incurſus æuoq; ſeneſcit
Sponte ſua.cum fixa:manens,ſtabiliſq; putatur,
Occidit exemplo:fugitq; infida repente.
Sorte ſua utantur:lex eſt deus omnibus æqua:
Omne quod a ſuperis bellum eſt reuocabile non eſt:
Sed neq; rex erebi quẽquam tranare paludem
Ne ſuperis iterum reddi ſinit:eſt pſa quæ te
Romule cura mouet ſed ſubdita legibus orci.
Nos iſtis æterna ligant ergaſtula campis:
Nec licet ad patrium limen cœlumq; reuerti:
Felices animæ ſedem quibus ætheris alti
Iupiter indulget poſſunt ea fata mouere
Nos orbis quondam domini ſeruimus auerno:
Fata regunt illæ:terrenaq; regna gubernant.
Verte alio mentem:nec nos ea cura fatiget.
Sit ſatis exilio nobis leuiore teneri.
His animæ dictis cœtu ſiluere relicto.

Interea noſtras odiis flagrantibus orbes
Exercent furiæ:per rura:per oppida ſæuit
Martis opus:petriq; domus polluta fluenti
Marceſcit luxu:nulla hic archana reuelo:
Non ignota loquor:liceat uulgata referre.
Sic urbes populiq; ferunt:hic rumor ab auſtro
Cimerios ultra latices per opaca ſilentis
Clauſtra uiæ:ſale concreto qua plurima creſcit
Stiria frigentes Scythiæ penetrauit in agros:
Venit ab herculeis per iberum gadibus æquor
Qua ſubit excelſam Thetys interflua calpen
Ad uada gangaridum:magno qui proxima gangi
Rura tenent:gemmaſq; leguntrea fama per omnem
Iam uetus Europam mores extirpat honeſtos:
Sanctus ager ſcurris:uenerabilis ara cinedis
Seruit:honorandæ diuum ganimedibus ædes.
Quid miramur opes recidiuaq; ſurgere tecta?
Turis odorati globulos & cynnama uendit
Mollis Arabs:Tyrii ueſtes & muricis imbrem:
Indus ebur:croceum cylices & Tmolus odorem:
Mel ſiculi:ferrum chalybes:tenuiſſima ſeres
Vellera:cretenſes molliſſima uina:tanager
Pernices mercatur equos:uenalia nobis
Templa.ſacerdotes.altaria.ſacra.coronæ:
Ignes.tura.preces.coelum eſt uenale.deuſq;.
Syſte pater fidei cuſtos ouiumq; magiſter
Quas bonus effuſo moriens in ſanguine paſtor
Abluit:ætatis damnoſa licentia noſtræ:
Quam ueterum ſemper creſcens incuria patrum
Et ſceleri pendens aditum moreſq; ſeueros
Aduerſata parit:tua ſentiat arma:coherce
Hanc uitem:ancipiti ramos preme falce uagantes:
Nanq; feros fructus & triſtem frugibus umbram
Fert inculta:iacens cererem necat:occupat agrum.
Mille ſub his latebræ foliis:& mille rapaces
Hac habitant ſub fronde feræ:uulpeſq;:lupiq;
Mitiaq; inuadunt laniantq; animalia paſſim.
Sic cicurum genus omne perit:per ouilia regnant
Sæuus aper:tigres rapidæ:truculenta leonum
Semina:multicolor Pardus:griphs naribus uncis:

Et uariæ panthæra cutis:grauis unguibus urſa:
In genus hoc pater arma moue:ſua paſcua redde
Fœcundis ouibus:ſtent ad præſepia tauri
Qui ſignata iugis longoq; attrita labore
Colla gerunt:poſtq̄ rerum te Roma potentem
Fecit & obſcuro iubar hoc reſplenduit orbi
Exanimis uirtus ſcelerum ſub mole ſepulta
Reſpirare parum uiſa eſt:& tollere frontem.
Et niſi tot uiciis hæc ſæcula noſtra fuiſſent
Deprauata:boni poterant rectoris habenæ
Errantes frenare rotas.ſed tantus equorum
Impetus aurigam ſuperat:fruſtraq; retractans
Lora gubernator ſine lege per inuia fertur:
Propterea ſortem doleo mitiſſime patrum
Syſte tuam:fueras annis melioribus aptus.
Eſt tibi quæ tanto ſatis eſt in principe uirtus.
Sed uelut obſcuris Phœbi ſub nubibus ardor
Languet:& umbra diem piceæ calliginis aufert:
Sic tua corrupti uicio clementia ſæcli
Obſcuratur:cunt peſſum pietaſq; fideſq;.
Lerna palus terra eſt:uiciorum exercitus hydra.
Alcides nuſquam eſt:ardentem ſæua chimeram
Monſtra tenent:nec adeſt Clauci caſtiſſima proles.
Candida gorgonei capitis coma fluxit in angues:
Et neq; Mercurii proſunt nec Palladis arma.
Dedaleis incluſa uiis minoia monſtra
Paſſim habitant crebris uterum quæ cædibus augent:
Nec potis eſt multa ingluuiem ſaturare rapina.
Nec ſuperat theſæa manus.per tecta per aulas
Harpyę funeſta lues fluxuq; fameq;
Infeſtę uolitant.boreę genus omne receſſit.
Syrenes redeunt:& Phœbi filia circe
Quę placidos hominum ferali carmine uultus
Vertit in immites formas & in ora ferarum.
Plurima ſunt nobis ſancti ueſtigia ſecli:
Et gentis monumenta pię:ſunt ardua templa:
Sunt ſacris congeſta patrum ſancta oſſa ſepulchris.
Eſt fidei caput eſt ueri latria tonantis
Iſta ſed heſperidum uelut aurea mala dracones
Cerulei ſeruant:res deteſtanda,nec ullis

Flenda ſatis lachrymis:nec me conuicia quiſquam
Texere cauſetur mordaxq; excudere carmen:
Hæc ſunt pro ſanctis gemitus lamenta dolores
Moribus:& ſuperum pro maieſtate querelæ.
Iſta mouent ſuperos:uocat hoc ſcelus æthere ab alto
Bella famem & diri genus inſuperabile morbi.
Heu ſortem gregis aduerſam fiduſq; malignum
Quom cuſtode caret:cum fracto uimine ſepes
Nocturnos aditu fures admittit aperto.
Præſertim cum dura fames ieiuna luporum
Inteſtina premit:rabidiq; mapalia luſtrant:
Præda ſumus:fracto ferimur temone per altum:
Qua furit œbaliæ uiolentior ira maleæ.
Nunc uada latrantis Scyllæ nunc ora Charybdis
Radimus:& libycas rapido nunc æquoris æſtu
Pellimur in ſyrtes:nunc per tua ſaxa Caphareu.
Pulſa dies tenebris:nubes Erymanthidon urſam
Abſtulit:indicium cœli magneta latentis
Perdidimus:tumet in montes:& lapſa remugit
Doris.harenoſi ſaliunt ad ſidera fluctus:
Aduerſaq; undis undæ:contrarius euro
Flat Zephyrus:Boreas auſtro.ſubuerſa dehiſcunt
Aequora & inter ſe ſpumis albentia pugnant.
Vicini trepidant agri:pulſata reclamant
Littora:uixq; obſtant colliſa rebellibus undis:
Ah miſeræ quæ nunc inter cunabula matres
Paruula ſecuro nutritis pignora lacte:
Quot tepidi erumpent oculis turgentibus imbres.
Quot gemebunda premet feſſus ſuſpiria pulmo
Mœſta quot attractis ſalient ſingultibus ora:
Quom tepido dulces rapientur ab ubere nati:
Atq; uiris ipſo cæſis in limine ueſtræ
Diripientur opes ſparſis cum crinibus ipſæ
Præda eritis:manibus uinctis hoſtile per agmen
Ibitis attonito proſtrata cadauera greſſu
Calcantes laceraſq; comas atq; ora cruenta
Veſtrorum ſeu natorum ſeu forte parentum.
Atq; pio late ſtagnantes ſanguine campos.
Summe pater cœli ſaltem cui regia paret
Singultus audi inſontes:fletuq; piorum

Flectere:crudeles gladii ſaturandaq; cæde
Spicula primores populi:fronteſq; ſuperbas
Oraq; blaſphemo feriant inflata tumore:
Parce rudi populo maiorum exempla ſequenti:
Imbellemq; manum ſalua:qui cætera ſaluas.
Quid meruere greges?paſtorum incuria damno eſt.
Cerne laborantem freta per ſalientia cymbam:
Et miſeris fer opem nautis: pontumq; furentem
Sterne:ſuis manda uentos liget Aeolus antris.
Fatales properant anni:nouieſq; uoluta
Fert alias leges centeno machina curſu.
Nec deus has labi ærumnas prohibebit ab aſtris.
Tempus adeſt quod iam uenturi præſcia uatum
Pectora:fatidicæ quod prædixere ſybillæ.
Corripite arma uiri dextris:leuaſq; reflexis
Inſertate manus clypeis:deus odit inertes.
Ecce procul denſo nigreſcit puluere cœlum:
Sublataq; :leues nymbi tolluntur harenæ.
Accipient fuſcæ cædis caua flumina riuos:
Rubraq; pampineos imitabitur unda liquores.
Non igitur fruſtra diros ardere cometas
Vidimus:& medio Phœbum palleſcere cœlo:
Defectumq; pati:nigraq; in ueſte ſororem
Inter nocturnos ignes incedere mœſtam.
Tempus erit pacis celeres glomerantibus annos
Quom mediis foſſor campis tellure ſubacta
Inueniet conoſq; truces & nuda uirorum
Oſſa graueſq; ſolo galeas enſeſq; ſepultos:
Armaq; noſtra ſuo non conuenientia ſæclo.
Atq; immutatos rerum mirabitur uſus.
Hæc properant:dictum fides non ſera ſequetur:
Sed ſteriles gelidæq; animæ quas imbre Megæra
Læthæo aſpergens requie ſopiuit inerti:
Contemnunt:tepidoq; trahunt ſecura cubili
Ocia tractantes lautis conuiuia menſis.
Nubila mens hominum ſortiſq; ignara futuræ
Terretur uanis & uera pericula ridet.
Non tamen iſta minus properant:incredula pœnas
Turba dabit:curiſq; breui tabeſcet amaris.
At ſi tantus amor ſuperum ſi tanta moueret

Corda uirum pietas: ſtudiis ſi talibus artes
Ingenuas colerent homines: nec iacta perirent
Semina: nec litui ſtreperent: nec claſſica cantu
Terribili: nec dira lues præcideret annos:
Nam licet obſequiis opifex lucentia mundi
Aſtra ſuis aptans ſemen cauſaſq; malorum
Ignibus ætheriis dederit, cœloq; uolanti,
Ipſe tamen liber nulloq; cohercitus aſtro
Vultq; poteſtq; piis precibus uotiſq; ſuorum
Annuere; & cœli flammas cohibere nocentes.
Aſpice magnanimum bellatoremq; ducemq;
Qui promiſſa ſuum genus introduxit in arua:
Et facilem cognoſce deum: miſeriſq; fauentem
Caſibus: & noſtra ſuperum prece numina flecti.
Barbara gens populum reducem prohibebat ab agro
Pollicito: contra ſumptis dux impiger armis
Caſtra mouens hoſtes ingenti ſtrage fugatos
Preſſit: & infeſto turbas dum cæderet enſe:
Iam nox atra caput uelata nigrantibus umbris
Pallentes urgebat equos: lentumq; ſoporem
In terras biiugo ſecum temone uehebat.
Ne tenebris decepta manus uictoris ab ictu
Cædeq; ceſſaret, ſolymis ut gloria maior
Eſſet, & euulſa generis radice ſuperbi
Libera pacificis habitarent agmina campis,
Vota preceſq; ducis deus audiit: atq; uolantis
Ipſe manus phœbi uolucrumq; retraxit equorum
Lora pater: plureſq; diem produxit in horas:
Vincendiq; moras dedit: & comes iuit in arma.
Sol ſtupuit: fixoq; diu reſplenduit orbe.
Cætera quæ cœli dominum Titana ſequuntur
Ordinibus certis ſua ne interualla uetuſq;
Sidera mutarent iter, & ne curreret orbis
Ordine turbato, currus traxere citatos.
Et iuga frenatis ſubito tenuere quadrigis
Solis ad exemplar: regemq; imitata quierunt,
Vranie dulci ſeptem diſcrimina cantu
Quæ regit immoto uocem compreſſit olympo.
Sic pater edixit: ſic dii fecere minores
Sireneſq; octo: quibus eſt data cura mouendi

Immortale dei templum bis quattuor orbes.
Ipſe arcem ſuper excelſam ſuper ardua mundi
Culmina qua roſeum ſurgens aurora colorem
Explicat:æterno patrem modulamine laudant:
Cunctaq; diſtinctis aptant mortalia fatis.
Humanis igitur ſi mitia numina rebus
Cernimus antiquos tantum curaſſe labores
Vt tardata polis mundi mirantibus aſtra
Paruerint:homini:credo ſi neſcia labis
Totaq; ſub magni imperium collecta tonantis
Semper noſtra piis pareret legibus ætas
Sollicito terrore carens felicibus armis
Mortales agerent ſub diis cuſtodibus æuum.
Noſtraq; non nimbos metuens non miſſa per auras
Ardenti Iouis arma manu:non torua furentis
Ora noti/libycum ſpumans quibus æquor in altum
Tollitur:& campis uerſata liquentibus unda
Serpit in Auſoniam tyrrhenaq; littora pulſat/
Sed neq; tecta timens cœco ſub gurgite ſaxa/
Non uada non ſcopulos turcorum a littore uictrix
Fœtaq; multiplici remearet fœnore claſſis

Quomodo deus placandus ſit.

q Va prece placari quo poſſint munere flecti
Numina caſtalides oſtendite:numina uobis
Cognita terrigenum miſeræ ſuccurrite ſorti.
Dum precor Vraniè cui ſidera nota deumq;
Tecta/ſupercilio ſic eſt effata ſereno:
Corpora ſiderei ſicut mortalia cœli
Imperio ſubſunt/& nulla rebellibus armis
Bella audent/ſequitur magnes erymantidos aſtrum:
Et quo luna iubet fugit atq; reuertitur unda/
Tempora ſol uariat:ſic mens æterna parenti
Iuſtitiam ſanctos mores & laudis honorem
Perpetuum debet:ſunt hæc gratiſſima cœlo
Orgia:& infeſtis obſtare potentia fatis.
Sed poſtquam liquit terras aſtrea nocentes/
Fugit & ipſe hominum leges qui condidit ordo.
Temporeq; ex illo ſummi reuerentia patris

Sanctaq; diuini ruit obſeruantia cultus.
Hi quoq; qui nomen de relligione ſuperbum
Vſurpant/q̄q̄ ſanctis a patribus ortos
Se iactent/ouium molli ſub uellere fraudes
Mente lycaonias ſeruant & crimine ſordent
Quod ſpeciem uirtutis habens ſcelus omne colorat.
Nec tamen his maculis ſordet pecus omne:magiſter
Ne pereat/quædam ſibi ſeruat ouilia/ ſemen.
Qui prece ſollicitant ſuperos multoq; per omnis
Ture litant aras ueniam pacemq; precantes
Inuiſi:ſuperis fœdaq; libidine olentes
Heu fruſtra inceſtis iterant ſacra orgia dextris.
Polluti circum quotiens altaria uultus
Conueniunt/celebrantq; choros/& carmine mixto
Sancta deum uanis penetralia uocibus. implent/
Irritant iraſq; mouent non numina flectunt:
Hac prece nil opus eſt:nil adiutoribus iſtis
Auxilii ſperate:nouis date templa miniſtris.
Sacrilegum genus ex adytis templiſq; deorum
Pellite.nec longos ſcelera hæc uertantur in uſus.
Quid ſolymos ritus quid montibus æmula templa
Aequatamq; iugis molem longumq; per æuum
Limina ſolemnis late celeberrima cultu
Antiquaſq; dei ſedes cum mœnibus altis
Eruit:& pulchram ex imis radicibus urbem:
Sacrificæ gentis ſcelus & contagia paſſim
In patrias prolapſa domos mouere tonantem
Qui romana uocans ad opes & regna. ſuorum
Caſtra ſecundabat curſus claſſemq; regebat
Auſoniam:ſtimuloſq; animis addebat & ignes.
Ipſe acies inter tenui circundatus aura
Verſabatur agens animoſam in prælia gentem:
Oppugnanſq; altas arces ſcelerata ruebat
Mœnia:cœlicolum poſt longa ſilentia tandem
Euigilans furor imperiis regniſq; ruinam
Ingerit:& celeri peſſum trahit omnia cæde:
Sicut in antiquas flammis uolitantibus ædes
Quom ſæuit Vulcanus/eunt laquearia iunctis
Cum thrabibus tabulæq; leues: atq; ardua tecta
In cineres:longoſq; rapit breuis hora labores.

Si robuſta fides/ſi ſpes immobilis/ ardens
Si pietas ſenis & uicio inuiolabile pectus
Afforet ignicolor quem lapſus ab æthere currus
Suſtulit in Phœbi ſyluas atq; ardua templa/
Ferret opem poſſetq; inſtans auertere fatum.
Ipſe ſacerdotes phytonia pectora falſos
Abſtulit:& longo campis arentibus æſtu
Elicuit largum ſubitis de nubibus imbrem.
Traxit & æthereos ſuperis ex orbibus ignes.
Et noua circundans liquidis altaria riuis.
Quum boue mactato rutilans ſuperincidit ardor
Et quom dura ferens regis mandata ſuperbi
Attonitus ſenſit flagrantia fulgura/miles.
Hic antiqua tuæ iecit primordia gentis:
Nanq; rudem tunicam tetræ fuliginis inſtar
Cui ſimplex experſq; artis natura colorem
Fecerat/indutus per ſæcula cuncta nepotum
Progenies iuſſit ſimilem geſtaret amictum.
Incola carmeli primus fuit:ipſe pudoris
Virginei princeps & uitæ cœlibis auctor.
Ipſe ſuo ſanctos urbes & mœnia patres
Linquere & in tacitis ſeruare ſilentia campis
Exemplo docuit:ſolus namq; ipſe per umbras
Errabat nemorum pomis contentus & unda:
Gramen ei pro melle fuit pro nectare lympha.
Sed felix nunc arua colit ridentia ſupra
Frigoris aerii:& lapidoſæ grandinis oram.
Ille licet gemina uertex æſtate quotannis
Sudet/& a nobis cum ſol declinat in auſtros/
Et cum littorei petit humida brachia cancri:
Scilicet æquali libræ phryxiq; ſub aſtro/
Depreſſo quoniam multum telluris ab orbe
Tollitur/infeſtis nunquam tamen ignibus ardet:
Purpureos ſemper flores ſpirantibus auris
Ora tepens ſemper uiolas & candida ſemper
Lilia fert:breuibuſq; dies abſconditur umbris.
Quattuor ex iſtis labentia flumina campis
Lata rigant Aſiæ ripis ingentibus arua:
Sunt rigui fontes:uitreoſq; nitentia riuos
Prata bibunt.terſus ſemper ſine nubibus aer

Nec quatitur uentis nec rauca tonitrua frangit.
Brachia pomiferæ curuant redolentia ſyluæ:
Pendulaq; electri gratum induit uua colorem.
Collibus in paruis ubi paulum iuggera ſurgunt
Perpetuas ramis fœcunda feracibus arbor
Semper habet fruges:quibus & contemnere fatum
Poſſit:& expertem morbi ſeruare iuuentam:
Nulla patet curis illuc uia:nulla dolori.
Nulla neci:colit iſta ſenex loca ſancta beatus:
Atq; ſub occaſum mundi rediturus in orbem
Non timet interea parcæ ne ſtamina rumpant.
Hoc ſene nunc opus eſt.& te mitiſſime uatum
Cuius ad ingreſſum rubri ſalis unda receſſit
In geminas rupes:patuit maris alueus ingens
Præteriunte duce & populo per concaua regna
Neptuni:timuit triton:ſonuere cauernæ.
Delphines curui & phocæ fugere natantes.
Subq; imas ægit Protheus pecus omne latebras.
Si deus hos noſtro miſerans concederet æuo
Dura inter uapidos paterentur iurgia patres:
Vſq; adeo inuiſa eſt probitas/odioſaq; uirtus.
Tempore namq; iſto uicio datur eſſe pudicum:
Eſt ſcelus eſſe pium:ſæcli hæc eſt gloria noſtri.
Parce igitur pro gente tua tabeſcere uates:
Pone preces:ambire deos & ſidera noli.
Quod cœlum ſuperiq; ferunt mutabile non eſt.
Dixerat Vraniæ cum Teſpias altera uocem
Extulit:& tales eſt orſa polymnia cantus.
Hic iuuat antiquam cladem ueterumq; dierum
Fata recenſere:& primæuæ gentis ab ortu
Illuuiem repetens miſſos trans littora fluctus
Ignotoſq; prius nymbos & nubila dicam.
Scilicet ut memores iuſto ſub iudice ueſtros
Ire dies certaſq; ſequi poſt crimina pœnas
Cautius ambiguæ curſus & euntia uitæ
Tempora curentur:nec inerti preſſa ueterno
Mens habeat:ſed prompta graues ſupereuolet artus.
Venturamq; timens cladem uicinaq; fata
Mobilium turpi rerum ne ſe inquinet uſu.
Sed ſolum uideat patrem & reuerenter adoret:

Qui ſedet:& ſtabilis ſolo mouet omnia nutu.
Cum pater oceano ſceleratam perdere gentem
Vellet:ad imbriferos errantia ſidera piſces
Duxit:& officiis aptauit triſtibus aſtra.
Sed tamen ante rudes turbas & barbara regna
Quam ſubitis deleret aquis/præmiſit in orbem
Fatidicum uatem qui crimina longa piari
Poſſe libidinibus ſi noxia parceret ætas/
Inſtanteſq; iras caneret cladem q; futuram.
Interea diuum monitu contexere uaſtum
Inſtar montis opus cœpit:quo clauderet omne
Quadrupedum uolucrũq; genus ſtirpẽq; nepotum:
Formabatq; ratem magnis ſuper æquor ituram
Motibus/& grandi preſſuram nerea mole.
Clarus adhuc radiis Phœbi lucentibus æther
Splendebat quum ligna faber cæſamq; pararet
Materiem:nondum tellus cognouerat imbres:
Sed creſcentis adhuc poſt prima exordia mundi
Terra potens proprioq; madens humore ferebat
Omnia:prouentuq; ſuos meliore colonos
Iugera paſcebant:grauioraq; ſemina culmos
Pomaq; maiori curuabant pondere ramos.
Tunc etiam uirides animalia tuta per agros
In longos uentura annos æuumq; ſenile
Gramina tondebant:nondum uiolata pruinis
Nec gelidas experta niues:ſed mitia uiris
Tempora & aſſiduum placidiſſima frigora rorem.
Nondum Lampeties ithacis armenta colonis
Obfuerant.nex fixa ueru uerſauerat exta.
Gerione nondum fuerant magalia:nec dum
Raptor auentinos macularat ſanguine colles:
Impia nec cæſis uiuebant ſæcula bobus.
Tunc igitur populi indociles ignara deum gens
Mirantes ratis immenſam conſurgere molem
Conſilium ſpreuere uiri:nec dicta putarunt
Digna fide:& ſanctum ſenis irriſere furorem.
Ecce niger piceis uelatur nubibus aer:
Et Phœbi lux alma diem diffundit opacam:
Iam cœlum inſolitis reboat mugitibus:ingens
Nymbus adeſt:fugere feræ fugere uolucres

Flumina certatim tumidis nereides undis:
Et freta tollebant:nigro pallentia cœlo
Nubila conglomerans pennis rorantibus auſter
Aethyopes libyamꝗ ſuper ſtridente uolatu
Ibat:& excuſſis ardebant ignibus auræ.
Aeoliæ tremit omne ſolum:furit æolus:antra
Fracta ſonant/factoꝗ uolant procul agmine uenti.
Contremuere urbes:triſtes per rura coloni
Cogere ab imbre greges:ſtabulis armenta tueri
Dum properant/creſcentis aquæ lata æquora curſus
Impediunt.fruſtra pecudes ballantibus agnos
Sollicitant:fruſtraꝗ uocant ſua parua capellæ
Pignora.conuellunt frondoſa cacumina Cauri:
Diripiuntꝗ caſas:uolitantꝗ per aera culmi.
Attonitæ matres ſtrictis ad pectora natis
Ardua tecta petunt:iuuenum robuſtior ætas
Annoſas ſcandunt quercus:fugiuntꝗ gementes
Quod nulli fugiſſe datur:confuſa per urbes
Infantum iuuenumꝗ ſonant lamenta:ſenumꝗ:
Itur in excelſas turres & ſumma domorum
Culmina:Neptunus ſpumans ultricibus undis
Inſequitur.miſeros arctant præſentia fata.
Imbre madent tunicæ:porrectis crinibus unda
Liquitur:oceanum dicas ex æthere labi:
Et lachrymæ miſcentur aquis:ad nubila fruſtra
Tolluntur cum uoce manus:ſua numina quiſꝗ
Clamat:in erectas boreæ uiolentia frontes
Nymboſo ſpuit ore tonans:& uerba precantum
Suffocat/ne forte dei referantur ad aures.
Iamꝗ ſuperfuſum campos abſconderat æquor:
Nulla fugæ ſupereſt:ſupereſt ſpes nulla ſalutis.
Hæc uada non greſſu non ſunt tentanda natatu:
Et iam montanis ueniunt qui e fontibus amnes
Et quæ per campos latis uada concaua ripis
Magna mole fluunt gremio complexa capaci.
Vix tanto ſatis eſt oneri neptunia doris
Iam ſole extabant excelſa cacumina quondam
Nunc humiles merſæꝗ altis in fluctibus alpes
Vtribus innixi tabuliſꝗ ad pectora tractis
Complexiꝗ trabes hauſtum ſæpe ore uomebant

Oceanum tandem uicti oppugnantibus undis
Ora ſub immenſos mergebant pallida fluctus.
Vallibus ex imis profugos qui ſumma tenebant
Culmina montanoſq; apices:cum nerea ſemper
Alta magis petere:& plenis de nubibus imbres
Certatim ruere.& iam mortem inſtare uiderent
Pœnituit tandem ſeraſq; dedere gementes
In uanum lachrymas:& fallere numina uotis
Conſueti quum uota darent:ridebat olympus
Flumina non norant ripas:nec litora fluctus
Aeriæ uolucres humore madentibus alis
Præcipiti caſu lapſæ cum brachia multum
Iactaſſent pelago fatum tandem ore trahebant:
Fugerat in latices Rhodope:magnuſq; latebat
Apeninus aquis:nigro ſub gurgite ſummum
Preſſerat oſſa caput:non apparebat olympi
Altus apex:ipſis auibus non peruius ante:
Tunc tamen & curuis ratibus(ſi forſitan illa
Aetas uſa fuit ratibus)pecoriq; marino
Peruius.æquoreoq; nunquam tingitur imbre
Vicinis timuit mergi ſub fluctibus urſa.
Apta prius bello.atq; armis procera gigantum
Corpora cum paruis.turba cum paupere reges
Purpurei nabant ſine maieſtate ſupinis
Pectoribus:merſo ſub gurgite fœmina uultu
Diffuſiſq; freto uittis & crinibus ibat.
Inuoluit ſors una omnes.diſcrimine nullo
Griphes.equi damina atq; canes cerui atq; leones
Agna lupus ſimul errabant:certamina litis
Mors dirimit:certamq; dies parit ultima pacem
Iamq; homines iamq; unda feras populata fluebat
Libera:non ſcopuli toto non inſula ponto
Nec Cyprũ Venus alma uidet:nec delphica Phœbus
Templa:nec alcides thebas:nec cynthia delon:
Nec Iuno ſua rura ſamon:nec gnoſia regna
Iuppiter:extincta fugit Vulcanus ab ætna:
Quãuis claudus erat triuiæ uicina petiuit
Atria.præpetibus pennis celeriq; uolatu.
Nec cupreſſiferam Cyllenen aſpicit hermes:
Nec tyberim mauors audax:tegit omnia pontus.

Protheus & doris glaucus Matuta Palæmon
Cuncta terient:Pindi phocæ uidere cacumen.
Occiderat Tellus:ignis,Neptunus & aer
Mundus erat:Cererem Thetys amplexa premebat
Vndiq;:Neptunum quartę reuerentia ſortis
Non uetuit uiolare domum thalamoſq; ſororis
Herbiferæ:tentare etiam iunonia regna
Non metiens auras ſpatio breuiore coegit.
At ratis omne uehens animal terreſtre per altum
Ibat:& obiecta dirimebat corpora prora.
Atq; uidens utrumq; polum ſublimior ipſis
Nubibus æthereum per iter qua caſus agebat
Nunc zephyros contra errabat:nunc ſolis ad ortus
Nunc auſtros nunc uſta petens aquilonibus arua
Donec in armeniæ rupis delata cacumen
Iam retro labente mari ueſtigia fixit.
Nam pater excelſa mundum ſpeculatus ab arce
Vt genus humanum ſaluo uix ſemine uidit
Interiiſſe:fretum iuſſit ceſſare:nec unquam
Amplius Aegeon dixit montana reuiſet
Culmina:nec Scyllæ glaucus iungebat in altis
Montibus extremæ luſtrabunt cætera flammæ:
Cum uetus ingenti tellus arſura camino
Abſordebit aquam pelagi ſitientis:& ipſos
Aetherios montes camporum æquabit harenis.
Tunc altos mortale genus uoluetur in ignes:
Immenſumq; dabit uolitans uaga flamma fragorem:
Et fornace gemens mundus fumabit eadem.
Nec tamen hæc Phaetontis erunt incendia Phœbo:
Quæ nolente crement orbem:tunc omnia uires
Aſtra ſuas irata dabunt:& noſtra faceſſent
Imperia:atq; alias alio pro crimine pœnas
Gens humana luet:cinerem ſoluentur in atrum
Quæ mare quæ tellus:quæ corpora poſſidet aer.
Nec tunc ulla uirum flammas induſtria uincet.
Hæc dicente deo nubes fugere:notuſq;
Occidit:& pulſus claris aquilonibus auſter.
Iam taurus iuga tollebat deformia limo:
Lentus & ex altis ſtillabat frondibus humor.
Semiſepulta inter cumulos humentis harenæ

Corpora ſiccabant auræ:paſſimq; abeunte
Rupibus in ſummis hærebant æquore conchæ.
Iam claro rutilans ardebat lumine Phœbus:
Monſtrabatq; procul diſcuſſis nubibus idam
Turribus ex altis primum titana uidentem.
Ryphæas arces liciæ ciliciumq; ſuperbis
Aggeribus frontes:Athon & rhodopeia ſaxa
Et caſias moles magniq; cacumen olympi
At pyrrheneos apices Atlantaq; magnum.
Ex alta ſenior ſpecula caput extulit album
Telluremq; uidens ſalue ſanctiſſima dixit
Terra hominum pecudumq; parēs fœcūdaq; nutrix
Quæ frugum genus omne paris:quæ uulnera tergo
Infinita pio pateris quo pignora paſcas:
Tu rapidos ignes elementaq; cætera fixo
Limite tu cœlos ſicut grauis anchora puppes
Inconcuſſa tenes:pedibus tua mitia noſtris
Pectora ſubſternis gaudens:& mœſta capaci
Membra ſinu defuncta foues:ſiccare:tuamq;
Accipe progeniem pelagi tot caſibus actam:
Longaq; perpeſſam anguſtis incommoda tectis.
Hæc ait.& preſſas ualles ſpeculatus aquoſos
Vidit adhuc campos:nebulaſq; errare cadentes
Arua per & lento circum iuga ſerpere greſſu:
Et prono petere ima gradu:Zephyriſq; fugari
Lenibus:& ſenſim notis ſua flumina ripis
Reſtitui:& preſſos ſua littora quærere fluctus.
Tum pater ingentes rupto ſibi limite portas
Oceanus fecit:per quas ire atq; reuerti
Poſſet:& imperio lunæ labi atq; relabi
Motibus alternis:mediaſq; reuiſere terras.
Tunc gelidi ſinus euxini tunc alta propontis
Ioniumq; ſatum:longis quod fluctibus altum
Currit ad Atlantem:ſolidis tum caſpia ripis
Colligere occultas cœperunt æquora uenas:
Fluminaq;:& miſſos ſcythicis de uallibus amnes.
Tunc arabes inter campos Niliq; lacunas
Se late mare diffudit:tunc perſica doris
Eſt ingreſſa ſolum merces latura per indos.
Tum quoq; Mæotis latam diffuſa paludem

Fecit:& immenſo glacies induruit orbe:
Deſpiciens iterum ſublimibus alta feneſtris
Protulit ora ſenex:& circum lumina uertens
A ciliis pendente manu deprehendit Araxem
Finibus includi propriis:tigrimq; uolantem.
Sic ratus Euphratem ſic eſt ratus ire Niphatem
Sic rhenum Venetumq; padum, rhodanumq;, Ararimq;,
Sic thermodontem dubiis e fontibus ortum.
Et latos hypanis latices biſaporis & iſtrum.
Sic uada Iordanis ſic nili flumina ſeptem
Et ſua qui nigris dat nomina gentibus indum:
Immixtumq; fretis ſolumq; Boryſtenis amnem:
Tunc etiam nitido cœlos incedere uultu
Et Phœbi occaſum croceo ſplendore rubentem
Humentiſq; noti flatus caſſaſſe nocentes
Contemplatus:habent dixit bella aſpera finem.
Et tandem maris & cœli cecidere furores.
Mox reſerata uidens bipatentibus oſtia ualuis
(Namq; deus limen quod clauſerat ante recluſit:)
Omine frondiferæ lætus redituq; columbæ
Seruata cum plebe ſenex exiuit & agris
Reſtituit pecus:& nemori genus omne ferarum
Et leuibus pennis uolucres abiere per auras.
Finierat tali reſponſa polymnia cantu,
Altera cum docti nutu ſoror annuit oris:
Et placidam Clios ſurgens extollere uocem
Cœpit:& exemplum Priſci memorabile dixit
His adiunge ſenis:qui marmore primus acuto
More ſacerdotum phrygiæ pudibunda Cybelis
Membra ſecans magno dedit orgia grata tonanti.
Ipſe pater ſanctæ fidei,pater ipſe timoris.
Hunc habeant tua ſæcla ducem:ſic flectere cœlum
Sic mutare deos poterant ſic fata mouere.
Tu dea dic inquam:tuus hic labor:ipſa capaci
Mente tenes:uitaq; memor monumenta prioris
Cernis & annales æterno pectore ſeruas,
Cunctaq; præteriti memoranda negocia ſæcli.
Tunc dea uirgineos oculos frontemq; uenuſtam
Mouit:& in cœlum uerſis ita uultibus orſa eſt.
Da pater ingeniis lumen da cordibus aures.

Et chaos humanis cœcum de mentibus aufer:
Oblitoſq; nouas ſordes laudata priorum
Facta ſequi patrumq; uias concede nepotes.
Mox ad me conuerſa ſuoq; innixa ſedili
Talibus hiſtoriam cœpit percurrere dictis.
Clara iacet tellus ultra Babylona ſuperbam
Quam ueteres ideo ueſtri dixere medamnem
Quod geminos inter late diffunditur amnes:
Scilicet Eufratem Tigrimq; e fontibus iiſdem
Progenitos:& mox diſiunctis flumina ripis
In duo diuiſos:quorum ſecat illud eoas
Occiduas aliud partes:longoq; meatu
Per nigros Arabum populos uerſata rubentes
Ingrediuntur aquas:& ſe cum doride miſcent.
Terra igitur fluuiis prius intercepta duobus
Frugum terra ferax argenti diues & auri:
Quæ nimio neq; ſole calens neq; frigoris æſtu
Preſſa graui tepet æterno placidiſſima uere:
Indiga lympharum tamen eſt:pauciſq; rigatur
Frontibus:aſſiduo paſcuntur gramina rore.
Hæc hominum ſublime genus claroſq; uirorum
Fert animos diuum ſacris aptiſſima rebus
Pectora cœleſteſq; uias & ſidera doctos:
Quos dixere magos:etiam per perſidis agros
Fœnicumq; domos habitant:& Agenoris arua:
Hos antiqua tyrus nouit:piſcoſaq; ſidon.
Terra tamen gemino primum quæ clauditur amne
Hos tulit:& primos horum ſibi uendicat ortus.
Hac igitur de gente ſatus grauiſſima cœlo
Progenies magniq; ſagax Habramus olympi
Cognitor:errores uarios damnauit & aras
Indigenæ gentis:ueras namq; ipſe per artes
Illapſuq; dei monitus diuerſa negauit
Numina:ſed ſolum ſumma confeſſus in arcē
Eſſe patrem rerum artificem mundiq; magiſtrum
Abſtulit & fati leges & inania iura
Fortunæ:caſuſq; leuis damnabile nomen.
Aeternoſq; docens animos poſt funera dixit
In requiem & uitæ patriam melioris ituros:
Qui ueriti numen maieſtatemq; tonantis

Clauſiſſent ſine labe dies/& ſancta ſequuti
Quæ generi dedit ipſe ſuo mandata/fuiſſent.
Propterea falſis aſſuetæ legibus urbes
Vt noua tradentem populo mandata deoſq;
Tollentes nouere uirum: communia ſanctum
In ciuem uertere odia: infenſaq; fuerunt.
Qualis ſocraticæ quondam gens attica uoci.
Id metuens natale ſolum patriamq; reliquit:
Regnaq; ſidonio petiit contermina ponto.
Rex erat aſſyriis Ninus: atq; Semiramis uxor
Extincti poſt fata uiri uictricibus armis
Protulit imperii fines per Bactra per Indos.
Inachus argiuiam paruo poſt tempore gentem
Rexit: & inachia tum Iuppiter iſide captus.
Tunc atlas humero cœlum tulit: igne Prometheus
Humanum madido formans in puluere corpus
Contigit: & uenas uitalibus imbuit auris.
Nondum Roma ſuum Tyberi nec magna futuræ
Troia parens Romæ Xanti cognouerat undas.
At cum dura fames agros & mœſta teneret
Regna paleſtinæ/mutata ſede petiuit
Niligenas felixq; ſolum quod pinguibus undis
Horrea centeno latiſſima fœnore complet.
Tunc rudis ægyptus campos & dura colebat
Iugera: nec cauſas rerum ſpeculata latentes
Nouerat. æterno currentia ſidera motu
Lanigeros curare greges/caua cymbia dulci
Lacte coronare/& mites nutrire iuuencos:
Tunc communis erat labor: hoc ægyptia pubes
Exercebat opus glebaſq; domabat aratro.
Traxit ab his curis animos Habramus: & altam
Suſpiciens arcem mundi: Cognoſcite dixit
Aetherios ignes/& non mortalia magni
Templa patris: ſanctiq; operis ſanctiſſima ſigna:
Artificemq; deum qui ſidera calcat & ipſam
Grandibus infuſam membris cognoſcite mentem:
Neu ſinite æternos animos aſſueſcere terræ:
Lætariq; luto/& rebus gaudere caducis.
Terra perit/pereunt undæ/mutabilis aer.
Intereunt ignes. ſemper durabile cœlum

Permanet:& noſtris animis habitacula ſeruat/
Ob ſcelera & culpas hominum rituſq; nefandos
Impia diffuſo perierunt ſæcula ponto.
Ob ſcelera & culpas hominum rituſq; nefandos
In cineres abiit tellus tenuemq; fauillam.
In ſuperos eſtote pii:ſatis ampla feretis
Sacra deo templiſq; ſuos reddetis honores
Quom ſine ſorde preces & labe carentia uota
Offeret intactum maculis & crimine pectus.
Iuſtitiam moreſq; pios offerre:litari
His ſibi uult pater:infractus licet irruat orbis/
Virtutes animiq; manent:benefacta ſuperſunt
Semper:& arbitrio deus omnia iudicat æquo.
Viuite uirtutum memores:uirtutibus æther
Scanditur:& ſummos quos cernitis itur ad orbes.
Hæc populis præcepta ferens Habramus olympi
Explicuit curſus omnis:biſſenaq; ſigna
Quæ uariant nitidum ſtellati limitis orbem:
Innixaſq; fretis terras/pontumq; teneri
Aere/ſublimes ferri circum aera flammas.
Aſtra ignes circum/ſuper ardua culmina mundi
Aeternum regnare patrem/ſceptrumq; tenere.
His ſuper addebat prolem poſt longa futuram
Tempora quæ renouet meliori ſæcula lege.
Rura petens iterum proli promiſſa futuræ
In primos quos ante fame regnante penates
Fugerat/argenti locuples remeauit & auri.
Et cum rege loci percuſſo fœdere greſſum
Cum conſorte thori ſeruorumq; agmine magno
Fixit:& aſſiryos impleuit ouibus agros.
Tum primum cœleſte genus ſub imagine uiſum
Creditur humana:quom forte ſub ilicis umbra
Frigora captaret/uenientia numina uidit:
Vnum quod dulcem nati prædiceret ortum/
Et duo quæ flammis ruerent cœleſtibus urbes:
Infames uiciis urbes & ſulfure dignas.
Et quoniam mater uentura ſenilibus annis
Pignora ſubriſit/materni nomina riſus
Induit auſpiciis oriens felicibus infans:
Spes generis/cœli proles habitura fauorem/

Et longas uiſura dies:magnamq; datura
Progeniem:uiſura deum:uiſura tonantis
Semina de ſeris exire nepotibus olim:
Pulcher & eximiæ diuino frontis honore
Præditus undenos iam bis puer egerat annos
Quom deus Habramo dedit hæc mandata fideli.
I celer:ut noſtræ dulcem tua pignora riſum
Sacra feras aræ:ſummi pete culmina montis.
Compoſitiſq; ſuper truncis altaria flammas
Subiice:& arrepto nati pete guttura cultro:
Accenſoſq; ſuper ramos effunde cruorem.
Impiger oſtenſum chara cum prole cacumen
Struxit ubi celſam templi rex tertius arcem:
Solus adit famulis umbroſa in ualle relictis.
Sæpe patri dixit iuuenis:tibi culter & ignis:
Victima nulla tamen:ſuſpiria longa paternum
Pectus agens noſtris inquit lectiſſima flammis
Victima mox aderit:lachrymæq; per ora cadebant.
Et iam multiplici ſtabat rogus arbore grandis:
Subiectiſq; nouę rutilabant ignibus aræ:
Quom pater ætherii referans mandata parentis
Talia uix preſſis nato ſingultibus inquit
Chare puer dulcis uitæ mihi dulcior annis:
Quem mea clauſurum ſperabam lumina:cuius
Auxilio leuiter ſenii graue pondus inertis
Laturus fueram:mea ſpes:mea nate uoluptas
Ob decus egregium formæ teneramq; iuuentam
Ingeniumq; pium ſacriſq; accommoda rebus
Corda uidebaris longo digniſſimus æuo:
At ſecus eſt cœlo uiſum ſummoq; tonanti:
Sicut mira tibi fuit & cœleſtis origo:
Sic memoranda tuum renouat miracula funus:
Sanctaq; felici mors non diſcordat ab ortu.
Non morbo ſenioue cadis:non occidis hoſte:
Hoſtia cœlitibus fies:manibuſq; paternis
Mite feres mortis genus hoc:inuita tremenſq;
Triſtibus officiis accedit dextra:pauetq;
Pectus:& immotis frigent præcordia fibris:
Sed ſuperum mandata ſequi & parere neceſſe eſt:
Nec te dura breuis moueat pœnitentia fati:

Quando tibi melior dabitur uita æthere in alto.
Hac pater illachrymans charaq; in imagine nati:
Lumina defixus minuebat uoce dolorem.
Filius hæc contra.pater hæc ſuſpiria pone:
Pone pater fletum ſi quicquam fata doloris:
Funera ſi quid habent pœnæ:fugit ocyus citra.
Ergo dei ſortem potuiſti credere nato
Difficilem?teneris ne ſui ſic doctus ab annis?
Hos puero mores pater hæc præcepta dediſti?
Intrepidus fati genus hoc reuerenter honeſtum
Suſcipio:nec me flammæ nec uulnera terrent.
Immo ego me fruſtra genitum:& uitalibus auris
Contra iura frui credam/ſi iuſſa pigeret
Iſta pati:mea membra deus melioribus auris
Imbuet:interea donec noua uenerit ætas
Pace fruar,placida patrum cum mitibus umbris
Te expectans:tua namq; iterum pater ora uidebo:
His pater in fletum dictis prorupit.& ibant
Ora per & barbam lachrymæ:cecidere trementi
Arma manu:cum ſic iterum puer ora reſoluit.
Quid patris & nati tantum te nomina terrent?
Quid te falſa ligat ſtultæ pietatis imago?
Eſt pietas ſuprema deo parere:nec ullum
Gratius eſt ſacrum.nec uictima ſanctior ulla.
An ne doles tua quod ſuperis fit & æthere digna
Progenies?quid adhuc trepidas Habraame qd hæres?
Quid tam felici fraudas tua pignora ſorte?
Redde deo precor hanc animam terrena peroſam:
Eripe me tenebris:aditumq; ad ſidera pande
Proſpicit ex alto deus hæc ſpectacula cœlo:
Haſq; moras dudum & dextram miratur inertem.
Sic ait:& molli denudans guttura ueſte
Poſt patrem rutilos puer accedebat ad ignes.
Iam pater ardentes plorans aſcenderat aras:
Nudatoq; pium nati caput enſe petebat/
Quom deus amborum motus pietate miniſtro
I dixit celer.& ueniens clamabat ab auris
Pone pater cultros:mitem ne interfice natum.
Sat tua nota fides:pietas tua cognita cœlo
Iam ſatis eſt:ceſſa.gratam nobiſq; tibiq;

Progeniem ſerua:& matri ſua pignora redde
Obiecitq; caprum gladio/qui cornibus altis
Vepribus hærebat:tenuiq; euanuit aura.
Ernis ut indomitis hominũ ceruicibus iſtet
c Ira deum?duraſq; terãt quo turbine frontes?
Aſpicis ut ſubiecta foués & ſancta gubernãs
Corda pius pater æquali regat omnia lance?
Nos igitur quos tot ſurgunt immania contra
Signa/tot hoſtiles uultus:truculentaq; toruis
Ora oculis/qui tot deuaſtatricia monſtra
Perq; agros paſſimq; ipſas errare per urbes
Cernimus/& noſtris inſtare pericula rebus/
Si grauibus moniti exemplis oracula diuum
Et reſponſa deum ſequimur:nec flumine ſacro
Pœnituit prima fuſos ab origine crines/
Clara ſoporatas illuſtrent lumina mentes:
Luſtremuſq; animas:humiles in ſancta feramus
Templa preces:exempla patrum meliora ſequuti:
Purior interea depulſis nubibus aer
Induet antiquos uultu ridente colores/
Grana ferent ſulci/dulceſq; racemifer uuas
Palmes:& alma Ceres mitiſq; fauebit hiacchus
Atq; ſalutiferis immiſſæ flatibus auræ
Innocuos cœli tractus ſynceraq; reddent
Atria fatifero paſſim moriente ueneno.
Bellaq; compoſita ceſſabunt horrida pace.

F I N I S.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI PRIMA PARTHENICE INCIPIT FELICITER.

ſ ANCTA PALESTINAE REpetens exordia nymphæ:
DIFFICILES ORTVS:ET Formidata profundo
INCREMENTA IOVI:MOres:hymeneaq; feſta
Virginis:& ſacri referam miracula partus:
Actaq;:& acceptos mundi melioris honores:
Sed neq; pierii fontis neq; phocidis undæ
Nunc uada ſunt tentanda mihi:maiore camoena
Et maioris opus nunc eſt ope numinis:ergo
Tu mihi diua faue cœlum cui militat omne:
Quam trepidant herebi ſedes cui terra fretumq;
Vota preceſq; ferunt.noſtro tu ſola labori
Sis præſens:operiq; tuo largita futuro
Præſidium noſtræ ueniens illabere menti.
Tu licet a noſtro ſpatiis ingentibus orbe
Diſiungare:ſuos quantum polus eleuat ignis
Non tamen humanos caſus oblita:tuumq;
Nil perteſa genus:uigili mortalia cura
Suſcipis & lachrymæ tangunt tua pectora noſtræ
Tu placidum terris ſidus quod liberat omnis
A pelagi feruore rates:quod luce benigna
Saturni:Martiſq; graues eliminat iras.
Tu nobis elice:nobis Cynoſura:per altum
Te duce uela damus portus habitura ſecundos.
Tu mare:tu uentos:tu ſidera cuncta:deumq;
Concilias:tu tuta ſalus:tu pacis origo.
Tu commune bonum:generis tu gloria noſtri.
Huc ades:& cœptos præſenti numine curſus
Dirige:& infirmam rege per uada cerula puppim.
N na diu uanos ſecum plorauerat uſus
a Connubii:ſterileq; thorũ triſteq; hymeneũ:
Propterea dupliceſq; manus:fronteq; ſupinã
Attollens:humili ſuperos ita uoce precata eſt.
Numina:quæ regitis cœlos:quæ uoluitis aſtra

Vos penes eſt genus omne boni:uos omnia rerum
Semina ſeruatis:gremium telluris inane eſt
Et ſine fruge ſolum niſi ſumat ab æthere uires
Siue per aſtrorum curſus:radioſq; calentes
Siue dei ſolo:qui temperat omnia nutu.
Venimus ad canos frigeſcentemq; ſenectam:
Et noſtræ ſine prole dies abiere iuuentæ
Longa infelicis thalami conſortia ſine
Claudimus infauſto/uir pluribus exulat/annis:
Cóſpectus hominum fugiens:domus orba magiſtro
Fluctuat/ammiſſo ceu nauis in æquore clauo.
Currimus in fatum:tacitiſq; recedimus annis:
Mortuaq; ætatis pars eſt iam maxima noſtræ.
Pallida præteriti ſpatium mors occupat æui:
Quod ſupereſt expectat hians:iam plena meorũ eſt
Terra cadaueribus:conſanguineoſq; ſepulchra
Vix capiunt:ſoli ſteriles ſeruamur in omne
Dedecus:& certe breuis eſt felicior æui
Conditio:primo deus indulſiſſe parenti
Creditur & fragili bene conſuluiſſe ſenectæ
Quom uetuit primos iterum decerpere fructus:
Et fruges guſtare quibus produceret annos.
Nam quid longa dies homini niſi longa dolorum
Colluuies:/longi patientia carceris ætas
Longior:eſt curſus uitæ labyrinthus:in ipſum
Ex utero ingredimur per limina mortis abimus.
Iam capulo inſtamus:nec adeſt:qui lumina claudat
Oſſaue componat tumulo tepidiſq; ſepulchrum
Fletibus irroret:nobiſcum it tota ſub umbras
Progenies:nec erit noſtris:qui marmora ſignet
Nominibus:deſerta domus tabeſcet:& iſtas
Longæui ſudoris opes:quas legimus ambo
Pluribus obſequiis heres ignotus habebit:
Nobiſcumq; cadent noſtri monumenta laboris.
Cernite communes amborum numina curas:
Et ſeruate genus:cernant ſe in ſtirpe parentes:
Et ſua natorum uideant in uultibus ora.
Sint qui nos facie referant geſtuq; nepotes:
Progeniemq; ſuam noſtro de nomine dicant.
Sint qui nos proauos numerent & ſtemmata longo

Limite deducant:iteraraq; nomina ponant.
Pignora longæuæ concedite numina matri:
Quæ celebres ad ueſtra ferant altaria cultus
Pinguibus & priſcum donis imitentur Abelem.
Sæpius a nobis hoc exoraſſe precando
Antiquas eſt fama nurus:& ſupplice uoto
Collapſum genus atq; domos ſeruaſſe cadentes.
Sic alacer Sanſon:ſic & formoſus Ioſeph:
Sic puer Iſaacus ſatus eſt:& filius Annæ:
Qui primum liquido Regem perfudit oliuo.
Talibus orabat ſterilis:gemituq; ſonoro
Crebra dabat longos inter ſuſpiria planctus.
Audit omnipotens:animumq; in uota:preceſq;
Flexit:& infuſo caluerunt uiſcera fœtu.
Cœpit & humanos paulatim ſumere uultus
Semen:& in noſtram ſenſim tranſire figuram.
Vt quom uere nouo tepefacta roſaria multæ
Veſtit frondis honor primum dureſcit in orbem
Folliculus:barbæq; comam producit acutæ
Mox inflare ſinus tunicaſq; implere uirentes
Incipit:& concreta diu ſub cortice proles
Turget agens rimas tenues & uertice ſummo
Purpureas oſtendit opes:rubicundaq; labra:
Poſtremo quom pulchra ſuos aurora colores
Explicat & uitreum glomerant noua gramina rorem
Panditur omne decus:ualuiſq; emiſſus apertis
Flos hiat:& læto arridet uenientibus ore.
Sic noua progenies utero congeſta parentis
Emerſit non tota ſimul:ſed ſingula certo
Diſcreuit formans opifex deus ordine membra
Cor prius:ex illo quoniam deſcendit in artus
Vitalis calor a pleno ceu flumina fonte:
Illic prima domus uitæ:poſtrema per illud
Diſcedens terris animus ueſtigia ponit.
Tum ſuperum pater illius procul ire caducas
Iuſſit ab hoſpitio curas:habitacula dixit
Spiritibus dulcemq; mihi ſeruate receſſum.
Mox cerebri concreta domus:quæ plena pudicis
Creuit imaginibus caſtoq; imbuta pudore.
Os roſeum ſine labe dedit:frontiq; decorem

Sidereum:& lætos formæ cœleſtis honores.
Ambroſiaq; comas tinxit:mox ubera pectus
Protulit:in teretes humeri fluxere lacertos
Ramoſaſq; manus:quas hac pater imbuit arte
Vt ſolos fierent habiles pietatis ad uſus.
Hæc ſunt membra quibus diuinæ mentis imago
Cernitur humanis animis impreſſa:quibuſq;
Omne opus ætherio dignum tentamus olympo.
Inferiora magis pecudum ſeruare uidentur
Naturam moreſq; feros tamen omnia ſemper
Officiis habuit ſanctis accomoda uirgo.
Non tam multiplici diuorum munere:non tot
Deliciis:non tam grato pandora decore
Claruit Aſcræi cantu celebrata poetæ.
Sic ope cœleſti quãuis humana negabat
Materni ſoboles iniit tentoria uentris.
Omne quod excellens opus:& ſublime futurum
Difficiles ortus habet incrementaq; tarda.
Sic iunco nemus alcidæ ſic tardior exit
Populeis abies ramis ſic abiete pinus
Segnior:& pino longe uiuacior Ilex
Et robuſta larix igni impenetrabile lignum.
Nam magis opprimitur partu natura potenti
Pluſq; operæ impendit grandi ceu pondere preſſa
Plauſtra gemunt magis:& magno ſub uomere taurus
Sudat & obluctans uires labor haurit onuſtas:
Sic opus in longum differt:finiq; reſiſtit.
Aſt ubi naturæ diuini ſuperaddita uirtus
Adiuuat:ut remis lembus fugit actus & auras
Sic leuis ad metam prono patet orbita curſu.

Ed quia longæuam fecit diſcordia litem
ſ Aſſimilemq; iugi loris:quæ gordius olim
Nexuit atq; Iouis phrygii ſuſpendit ad aram
Dædaleæq; domus errori Paſiphaæ:
Conceptus ne ſacer fuerit:uel ſorde paterna
Illitus:antiqui referam certaminis orſum:
Et ſobolis noſtræ infelix repetetur origo.
Quom pater humentes redigens in corpora glebas
Vitalem humanos auram ſpiraret in artus:
Vt noua progenies pugnam tuta iret in omnem

Vltra animi claras dotes & corporis arma.
Iuſtitiam cœleſte decus ſuperaddidit unde
Et fati rigidas leges & funera poſſet.
Vincere & ambroſia ueſci ſummoq; potiri.
Aetheris hoſpicio ſuperumq; aſſueſcere menſis:
Sed poſtq̄ uetitas fruges & noxia mala
Fœmina ſurgentis poſt prima exordia mundi,
Vipereis decepta dolis admouit ad ora,
Mox aſtrea domos hominum pertæſa rediuit
In regnum ſublime patris miratus olympi
Tam celerem reditū dominus/quare inquit ad arces
Siderias mi nata uolas terramq; relinquis?
Illa pater fallax hominem deluſit imago
Dixit & a tectis egreſſa rebellibus adſum.
Tum genitor meditans reſecare piacula tanta:
Fraudis ait careant poſt hac cuſtodibus iſtis.
Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.
Iuſtitia nudi diſcant ſudare:fameмq;:
Et diuturna pati ieiunia:frigus:& imbres
Seruitium:& fati ſortem experiantur amaram.
Vexati ſapient:iucunda & amabilis æſtas
Poſt brumam & ianos ſteriles gelidoſq; decembres
Dulcior eſt:quid ſint tranquillæ commoda pacis
Ferrea bella docent:homini labor utile ſemper
Calcar erit ſegni pigros rubigine ſenſus
Ocia corrodunt:ſopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat:ferrum ſi tranſit in uſus
Aſſiduos/ſplendore micat:uultuq; nitenti
Audet ad argenti decus aſpirare ſuperbum.
At ſi longa quies ierit fuſcatur:& atram
Vertitur in ſcabiem:celeriq; abſumitur æuo.
Inter multa hominum fata infelicia: damno
Non erit hoc minimo:triſtem ſperata/ ſuperbum
Iam præſens/āmiſſa facit fortuna dolentem.
Hæc pater:& mortem mox implacabile monſtrum
Hactenus obuinctam textis adamante cathenis
Carcere diſcluſit cœcoq; emiſit ab antro:
Cui terris regna ampla dedit:pelagiq; per undas:
Atq; per aerios tractus:raroſq; per ignes
Quos Phœbi germana ſinu complectitur amplo:

Et quædam ſcythicis chalybum durata caminis
Tela dedit: quædam lerneo infecta ueneno.
Nec ſatis hæc: aliud telum letalius addit:
Nam gladii roſtrum: caudam trigonis aquoſi
Qua quondam magno fatum tentauit Olyſſi
Thelegonus circes uſus fatalibus armis,
Præfixit iaculis: ſtygiaq; extinxit in unda.
Mox iecur exemit monſtro: præcordia bille
Cærulea infecit: celereſq; inexuit alas.
Hæc fuga iuſticiæ noſtris mala cuncta diebus
Intulit: hæc abiens nobis monimenta reliquit:
Quæ patres ab auis & nati a patribus omnes
In ſeriem mittunt per ſæcula longa nepotum.
Hoc uirium prima ueniens ab origine ſumpſit
Fomitis & duri nomen crudele tyranni:
Nam ſcelerum accendit flammas: & colla ſuperbis
Imperiis humana premit. cocytidas undas
Letheoſq; amnes ſpargit ſtygiumq; uenenum.
Hos ſuperum facit immemores: curaſq; nocentes
Ingerit: his animos audacibus incitat auſis:
His phlegetonteas iras inſpirat: olentem
Cyprigenam fraudum matrem: cui cuncta ueneni
Nota miniſteria & phœbeæ carmina circes
Semper habet comitem: primæ hæc diſcrimina culpæ
Propterea magnum dixere Promethea uates
Dum ſtudet æthereis furari e nubibus ignem
In noſtras traxiſſe domos morbumq; necemq;.
His igitur ne membra malis obnoxia ſanctæ
Parthenices eſſent, iſta pater obſtitit arte.
Ante tener ſacra fœtus q̃ uiueret aluo
Conceptus ne prima nouos exordia pullis
Inducrent maculis, mens ne ſyncera nitenſq;
Communem imbiberet labem, ne pigra liquore
Pectora letheo fierent: quæ lactea magno
Pabula & amplexus fuerant latura tonanti,
Semine confuſas ſordes & uirus inuſtum
Diſſecuit: felici anima mox imbuit artus.
Sunt tamen audentes contra ſentire. nec illos
Incuſamus. habent quo ſe tueantur: & olim
Iſta hominum communis erat ſententia: uerum

Iam ſenio exangui frigens ſua robora ſenſim
Perdit:& ammiſſa iam maieſtate recedit
Sponte ſua:ceditq; nouo Latonia Phœbo.
At quoniam ſacræ legis de fontibus hauſta
Creditur:ex omni nondum eſt exploſa theatro:
Iudicio nec dum ſancti damnata ſenatus:
Qui uaticani Romana palatia ſaxi
Et piſcoſa regunt ſulcantem cerula puppim.
Sed prior/ut nobis æquum ſentire uidetur/
Dignior eſt:& grata magis nato atq; parenti:
Nam legi aſſurgens mariæ decus addit opuſq;
Materna dingum attribuit pietate tonanti.
Adde q; & multis fert adiumenta fidemq;
Roborat infirmam:nam nec ueniſſe ſub aluum
Sorde laborantem tali ſublimia cœli
Numina nonnulli ingenio præſtante putarunt.
Religio maior:pietas animoſior iſtam/
Conſumata fides legumq; peritia fecit.
Altera uerborum textum & faſtigia tantum
Summa uidens abſtruſa dei myſteria neſcit.
Quod ſi ſiderei tanto ſplendoris honore
Fulgetur æterno qui temperat ordine mundum
Geſtarit gremio:lactauerit ubere:dulci
Strinxerit amplexu:ſummoq; uocarit olympo
Quare illam in noſtras opus eſt detrudere ſordes
Et turpi inceſtare luto? mortalibus æquas
Cui pater ætherias mentes ſubiecit & aſtra?
Scrutandum potius ſi quæ præconia iungas
Eius adinuentas per plurima ſæcula laudes.
Nulli adeo uiuax animi ſolertia/nulli
Tam felix aderit florentis gloria linguæ/
Vt mariæ poſſit laudes æquare loquendo.
Quę data ſunt illi nunquã mortalibus ullis
Antea conceſſit nec poſt concedet olympus.
Quãuis creta Ioui chorybantia cymbala pulſet
Feſtaq; tyrſifero celebrarit græcia patri:
Quot miſeros pelaginautas ſubtraxit ab undis?
Cum iam præcipites fluctus Aquilonis & Auſtri
Viribus aduerſis cœlo æquarentur/& ipſa
Tranſtra per effuſi certiſſima fata tuliſſent.

Quot traiecta graui ſeruauit pectora telo
Pectora:peonias quæ non ualuere per artes
Reſtitui:nec opis noſtræ poſcentia quicquã.
Quotq; etiam retro ſquallentes carcere fractis
Ocyus obiicibus manicisq; reſoluit ahenis?
Quot famis exhauſtos macie uix ægra trahentes
Membra datis cœlo dapibus miſerata reduxit
Robur in antiquum:uireſq; refudit in artus?
Nec minus ingenti uitiorum mole ſepultos
Infixoſq; luto & toto tellure iacentes
Corpore diuini luſtrauit numinis aura?
Propterea totum ſurgentia templa per orbem
Illius immenſam laudem regniq; perennis
Perpetuos faſces & fine carentia iura
In noſtrumq; genus ſummum teſtantur amorem.
Ipſa eſt aduerſis commune in rebus aſylum.
Ante preces:etiam nec dum obſecrata fauorem
Donat:& ad miſeros maternas explicat ulnas.
Quid niuis æſtiuæ pluuias:quid mœnia dicam
Littore piceno impenſis communibus orbis
Condita & adriaco tranſuecta cubicula ponto?
Quidue fluentinas ædes.delubraq; donis
Aucta peregrinis referam? ſiculiſq; ſedente
Littoribus drepani molem:qua maximus olim
Cœlicolum & legis cuſtos Albertus auitos
Aequauit patres:patriamq; accepit olympo:
Et cuſtodite æternum pietatis honorem.
Perpetuos igitur merito ſoluemus honores:
Conceptuſq; die uenient ad templa quot annis
Orgia.& æterno Mariæ primordia ritu
Annuus ardentes cultus reuocabit ad aras:
Tum pius hybernum Chyron titana premebat
Cui comes in lucem nitidis argenteus alis
Ibat olor:Phœboq; ſuos cedebat honores:
Quom fœcunda ſibi concepto ſemine mater
Diuinum illabi cœpit ſentire fauorem.

T iam ſigniferum nouies luſtrauerat orbem
e Lucida maturos ſoluens latonia partus.
Conuenere nurus circũfuſæq; iacenti
Mite puerperium matri:dextroq; rogabant

Sidere uitales fœtum prodire ſub auras.
Letior eoos proles Hyperionis ardens
Alipedes iungebat equos:poſtremaq; ſanctæ
Erigones iam regna legens uicina coronæ
Sidera & Alcidem geminos qui interiacet anguẽs
Ad ſuperos nigro ſecum reuocabat ab orco.
Portitor Helleus nitido cum Gorgonis ore
Stellatæ dux noctis erat:cum piſtrice longo
Eridanus tractu claris lucebat in aſtris
Quom noua progenies felicibus edita fatis
Phœbeam primum lucem:mortaliaq; ora
Vidit & humanæ tranſmiſſo limine uitæ
Decidit in patriam luctus regnumq; laborum.
Candida naſcentem mox ut uidere puellam
Omnia iucundo fulſerunt ſidera cœlo:
Arriſere poli ſummoq; auditus ab axe
Concentus:proliq; nouæ pæana canorum
Argutumq; melos diui cecinere:paternas
Velarunt aulea domos:pendebat in illis
Longa patrum ſeries:primiq; parentis origo
Et colubri deluſa dolis ſtringebat eburna
Poma manu uirgo:gladio paranymphus:& igne
Exilio damnabat auos.adolebat ad aras
Pinguia ſacra puer flamma ſtridente:ſupinos
Tollebat uultus & numina ſancta colebat:
Annoſiq; ſenes ſtabant cum prole.colũnas
Vnam perpetui de marmore roboris unam
Fictilibus muris plaſtes formabat aquarum
Flammarumq; minas contra:quia nouerat olim
Ventura excidio terræ neptunia regna:
Vulcaniq; graues æſtus.puerile ſecutus
Obſequium ſenior quernæ ſub tegmine frondis
Deplorabat auum cœco:quem fixerat arcu:
Et faber incudem feriens & follibus actis
Aera coquens ferrum uarios conflabat in uſus.
Sola mari in toto ſuper alta cacumina puppis
Nabat & imbriferæ paſcebant æquora nubes.
Vitiſatorq; pater miti deluſus hiaccho
Monſtrabat nudum pueris ridentibus inguẽn
Primus hic undoſum ſulcauit nauibus æquor.

Quãuis prima ratis credatur Iaſonis argo:
Primus hic effoſſa uitem ſupponere terra
Cœpit:& apricis mites de collibus uuas
Tollere:dircæo licet hæc ſit gloria Baccho:
Ardua terrigenæ uoluebant ſaxa gigantes
Conati molem ſuperis æquare ſuperbam.
Lanigeras Habraamus oues per littora paſcens
Sacra dabat:ſaxo gemens pudibunda ſecabat.
Lætior ãdducta medo remeabat ab orbe
Cum conſorte puer:cœliq̧ ex arce pluebat
Sulfur:& ætheriis ardebant ignibus urbes.
Biſſeni patres longa cum ſtirpe nepotum
Pabulaq̧ ægypto ſeruans præſagus Ioſeph
Frigida defuncti referebant oſſa parentis.
Regna nouis fugiens longe perterrita monſtris
Trans mare purpureum nili ducebat ab oris
Dux animo uultuq̧ pius magno agmine longum
Vulgus:& erecti dirimebant æquora fluctus.
Ipſe dabat ſacros ritus:arcamq̧ locabat
Legiferam:lateq̧ arabum deſerta peragrans:
Iuſq̧ ferens populo:ſterili de marmore dulces
Eliciebat aquas:optatos arida fontes
Abſorbebat humus:fugienſq̧ in gramina flumen
Ibat:& obliquo lambebat ſaxa recurſu.
Culmina pancheos tollebant ardua montes
Turriferiſq̧ iugis hærentia nubila ſupra
Igne deus fumoq̧ latens in uertice ſummo
Scribebat legis duplici noua fœdera ſaxo.
Inuiſam ſuperis gentem ſemenq̧ ſuperbum
Concaua terribili tellus ſorbebat hiatu:
Clamabatq̧ ruens iam ſemiſepultus abiron.
Impia ſublimes uitulos ſtatuamq̧ bicornem
Turba deum mentita:manus tollebat & ora.
Strenuus indigenas populos abigebat Ieſus
Parta ſuis æquo permenſus limite regna:
Inde ſenatorum turbam regeſq̧ togatos.
Atq̧ ſacerdotum ſeriem:partoſq̧ triumphos:
Bellaq̧:& ætherio ſurgentia templa tonanti.
Et docti Salomonis opes:Roboamq̧ ſuperbum
Palladia textor filis intexerat arte.

Ezeciæ illuſtres morbos ſolemq; reuerſum
Et phaetonteos uerſis temonibus axes
Ferre ſuos retro curſus/iterumq; relabi/
Oſtentabat opus longæua in ſæcula ductum.
Hinc Eleazarus diuina uolumina regi
Ttradebat phario:ſenibus diſtincta magiſtris
Tecta uoluptates uarias/diuerſaq; tempe
Multipliceſq; auium plumas:& carmen habebant.
Captiuam totiens gentem nunc ire tyrannis
Seruitum aſſyriis/iuga nunc ægyptia ferre/
Clauſaq; trans altos hominum tot millia montes/
Et templi euerſas ſolymæq; reſurgere moles
Pendula monſtrabant picto uelamina textu.
Quinq; triumphales currus:& prœlia fratrum
Diuiſum populi regnum poſtrema tenebat
Pars operis tanti:circum uirentia ſemper
Brachia tortilibus ramis fundebat Achantus.
Prima coronarunt redolentibus atria ſertis:
Graminibuſq; fores & limina ſumma uirebant.
Perq; uias famulæ ramos ſparſere comantes.
Læta dies egit feſtos uicinia paſſim.
Tota puellari reſonarunt compita cantu.
Ornabat roſeo ridens cunabula uultu:
Dulciaq; attollens in matrem lumina uirgo
Quom traheret dulces lactanti a pectore ſuccos
Stringere complexu natam ferre oſcula fronti
Non erat auſa parens:nec enim mortalis in illa
Humanus ue decor/ſed erat cœleſtis imago:
Aethereaſq; uigor flammas & ſidera uincens:
Mira ſupercilii grauitas/ponduſq; uenuſtæ
Frontis:& eximia fulgentes indole uultus
Suſpenſas hominum mentes atq; ora uidentum
Per longas immota moras retinere ſolebant:
Non infeſta fuit luctu non ebria ſomno:
Sed uigilans riſuq; genas ornata modeſto.
Nunc matri arridebat ouans/nunc paruula tendens
Brachia uicino miſcebat dulcia patri
Murmura:dixiſſes ſtudio geſtire loquendi.
Temporis innocui nondum diſceſſerat ætas/
Plenaq; iam docili formabat uerba palato.

Os erat antiquis longum ſeruatus in æuum
m Aede puellares annos includere ſacra:
Aetatemq; deo teneram:primumq; dicare
Virgineæ florem uitæ:& generare pudoris
Ingenui curam:ſanctoſq; inducere mores.
Mox ubi ueſtitum prima lanugine tempus
Venerat/in thalamos ibant hymeneaq; tecta:
Coniunctæq; uiris proli indulgere ſolebant:
Propterea legum memores & moris auiti
Venturi ſolymam trima cum prole parentes
Deſeruere ſolum/galileaq; nazareth arua.
Floribus intextis & odoro gramine cinxit
Virginis ora parens.ſtellatæ lumina frontis
Hærebant cœlo:teneroq; in pectore clauſum
Numen erat:niueo tunicæ talaris amictu
Albebant humeri:quam circuntextus oliuæ
Laureus ambibat torques ad colla:per imas
In ſtrophium flexis palma ibat frondibus oras/
Matris opus:molliq; ſinus uariauerat auro.
Ventum erat ad magni templum ſublime tonantis/
Quo ducunt terquinq; gradus de marmore uiuo:
Et iam porrectis curuabat prona lacertis
Serua manus ſummum ad limen latura puellam/
Quom mox uirgineo conceptum pectore numen
Affuit:& retrahens promptæ ſinuata miniſtræ
Brachia/debilibus plantis/animoq; uigorem
Addidit:& ſupra ætatem fiducia creuit.
Protulit audaces ſublata cyclade paſſus
In ſublime uolans uirgo:turbamq; relinquens.
Sicut ubi multæ uolitant ad littora puppes
Ocyus illa ſubit portum:quæ mole minori
Labitur/& melius uelis & remige fertur.
Vertice iam ſummo magni penes atria templi
Stabat/ubi aſcenſu feſſos ſolata parentes
Riſit:& æternum curuato poplite numen
Cum nuribus uenerata piis in clauſtra receſſit
Virgineę ſecreta domus.fleuere parentes
Cognatæq; nurus gemitumq; dedere miniſtræ/
Quando e conſpectu uultus abitura nitentes
Vertit:& induxit ſublatam in tecta ſacerdos.

Res una comites habitãt æros/Elpora/Piſtis/
Sidereus fronti quibus eſt nitor:aurea primæ
Veſtis/& ardenti pictum face pectus & igne:
Aſt aliam cœli uultus imitata ſerenos
Læna tegit:quam corda manus intexta ſupinæ
Tollentes ſparſim uariant:Toga piſtios artus
Candida/& argenti niueo ſplendore coruſcans/
Nocturnæq; fugans umbras caliginis ambit.
Multa ſinus & colla uirens ornabat iaſpis:
Quæ nigros abigit lemures/uanumq; timorem.
Prima patris ſummi ſtirps immortalis:& æuum
Non metuens:annis aliæ longaq; ſenecta
Interitum paſſuræ olim cum cardine fixo
Per ſua ceſſabit ueſtigia currere mundus.
Parthenices iſtæ uenturæ ad limina nymphæ
Quattuor egregias ſecum duxere ſorores
Pulchram Metrioten:phrenandreamq; potentem
Viribus:atq; graui lites componere doctam
Voce dicaſpoliam:memoriq; futura uidentem
Mente prometheam/ſummo genus æthere miſſum.
Alta panomphæi ſubeuntes tecta tonantis
Ad Mariæ thalamos famulam miſere Siopen:
Quæ prægreſſa/citos ut mouit ad hoſtia paſſus/
Clauſaq; per tenues uigilare cubicula rimas
Vidit:heras/nutu uocat:ingreſſumq; miniſtrat.
Iam nocturna quies operas manuumq; labores
Clauſerat/& mollis per opaca cubilia ſomnus
Miſerat extinctis pallentes ignibus umbras.
Ipſa diem tepidæ reparabat lumine teſtæ/
Primæuamq; patrum geneſim:mundiq; recentis/
Et noua monſtriferæ repetens miracula uirgæ
Noctis in occiduam prono iam uertice calpen
Inſomnes taciti ducebat temporis horas.
Oſcula poſt & prima data: iam uerba ſalutis
Amplexuſq; pios/genus antiquamq; ſuorum
Progeniem & ſtudiis quibus oblectentur:& artes
Et uarios mores diuerſaq; nomina gentis
Vt docuere ſuæ:noſtri uigilantius oris
Effigiem/dixere/alto ſub pectore ſerua:
Nam quædam hoſtiles noſtris ſub uultibus umbræ

Humanas ambire ſolent & fallere mentes:
Dumq; ita multiplices dant accipiuntq; loquelas
Clara per ęoos fluctus aurora rubebat:
Flammaq; ſurgebat niueis argentea bigis
Luciferi gelidos ſpargens in gramina rores.
Et cupiens prolem dulceſq; reuiſere nidos
Garrula ſub lucem modulos iterabat hirundo.
Vm pater omnipotēs ita compellare coæuos
t Aggreſſus comites:regni qbus una poteſtas
Quos rerũ par cura tenet:nã nomina rebus
Plura tribus:tamen una ſubeſt eſſentia ſimplex.
Numina quæ æterno mecum regnatis olympo
Et quibus unus honos: eademq; potentia/mecum
Principio informē grandi quom corpore maſſam
Fecimus:& cœlum in latos ſinuauimus orbes/
Scitis ut a nobis animos & lumina uertens
Inq; ſuum conuerſa decus/propriumq; nitorem
Contemplata/graui ſub pallida tartara caſu
Spirituum pars magna ruit quam ſulfuris ardor
Sub nigris ſpecubus tenet:æternumq; tenebit.
Nec dum Phœbus erat:nec claro lucifer ore
Ante diem ſurgens primo rutilabat ab ortu:
Nondum mane rubens/pulchros aurora colores
Induerat:nec luna ſuos accenderat ignes/
Cum modo facta cohors turpem meditata rapinam
Imperium noſtri ſperare audebat olympi.
Propterea immenſum ſcelus indelebilis error
Aeternum durat/nec enim mutabilis illa eſt
Naturæ ſortita genus:quo lapſa receſſit:
Fixa manet:quod mente ſemel complexa recepit:
Inconcuſſa tenet ſemper:nec amata relinquit.
At neq; nos illi uota ad meliora fauemus.
Tunc hominem:meminiſtis enim:qui flectere ſe ſe
Poſſet/& a nobis animo uerti:atq; reuerti:
Condidimus.magni quo damna rependere caſus
Fas foret:& uacui complere ſedilia cœli.
Et iam magna cohors hominum:quibus ætheris arcē
Annuimus:mœret/longas pertæſa latebras:
Exiliiq; rogat finem:ſed debita primo
Pœna uetat ſceleri:uocat hinc amor.inde reclamant

Iuſtitiæ leges negat hæc petit ille fauorem.
Iudicium ueros decet & clementia reges.
Sed neq; mortali poterit fata ſanguine proles
Iuſtitiæ placare minas & ſoluere nodos.
Addeq; a uanis terra eſt reuocanda deorum
Cultibus:atq; deo iam ſeruitura triformi.
Non opus humanis tractandum uiribus iſtud.
Hoc opis eſt tantum noſtræ:qui condidit orbem:
Liberet.artificem:qui fundamenta locauit:
Inſtaurare domum decet:& ſarcire ruinam.
Nate mei ſpeculum uultus:& mentis imago:
Ars mea:nate precor terras inuiſe iacentes:
Atq; tuis onus hoc humeris:hanc ſuſcipe curam.
Illa puellares inter pulcherrima turbas:
Quæ nobis totienſq; manus totienſq; ſupinam
Attollit frontem:& tota ſuſpiria nocte
Ingeminat uigilans:terrenis libera curis:
Orta tibi eſt:illam non aſpernabere matrem.
Poſt ubi tempus erit lateri contermina noſtro
Fiet:& ingentes mundi tractabit habenas.
Cernis ubi modico ſurgunt capitolia ſaxo
Templa Iouis falſi:mediam:qua diuidit urbem
Thybris & etruſcos conuoluit in æquora fontes:
Illa tui ſedes regni:cum pulſa deorum
Turba:tibi ueteres aras & templa relinquet:
Te libyes Aſiæq; colent latiſſima regna:
Europæ magis arua tamen:tibi Roma latinæ
Gentis apex:phœbumq; uidens hiſpana cadentem
Doris:& algentem regio:quæ ſuſtinet arcton
Seruiet:atq; nouo tellus luſtrabitur imbre.
Tunc tua cum propriis ſugent inſignia reges:
Et crucis aereas ſignabit purpura turres.
Me magis Aſſyriæ gentes:Indiq; Arabeſq;:
Atq; paleſtinæ populi nouere:ſed olim
Forſitan & noſtro lætabitur aphrica nexu:
Templaq; ſpiritui ponet celeberrima ſancto.
Talibus omnipotens nato mandata ferebat.
Nota ſalutiferæ placuit ſententia proli.
Nam quia mens eadem tribus eſt eadẽq; uoluntas:
Semper idem ſentire omnis & amare neceſſe eſt.

St locus æmoniæ macedūq; ꝓpiquior aruis
c Orchomenū dixere.tenet mō uādala pubes:
Illic perſpicuo uitrei ſub gurgite fontis
Vt perhibent olim dum dorica regna manebant,
Tres charites habuere domos dulcemq; receſſum.
Hæ ſimul aſſumptis iuga quæ pimplea colebant
Mnemoſynæ natis patrios liquere penates:
Ornataeq; comas hederis & uirgine lauro
Aſſyrios petiere lares:iordanis ad amnem:
Vt uenere,uadis lauere nitentibus omnes
Quicquid labis erat:uenerandaq; limina ſanctæ
Parthenices ingreſſa cohors ad mutua primum
Oſcula:& ad dulces mox ſe uertere loquelas.
Et tandem dextriſq; datis:& fœdere facto
Perpetuas illi ſe iurauere ſodales:
Et quocunq; iret,comites dixere futuras.
Iamq; uigil primam uirgo præceperat artem,
Atq; coloratas uoces,linguæq; nitorem:
Menſuræ numeriq; modos,cœliq; meatus,
Et quas luna uias & quas obſeruat Apollo,
Et quos Mercurius trahat,& Venus aurea gyros:
Et uarias cœli uires,& nomina norat.
Nam dum plæbs iudæa deo parebat olympi
Sciuit iter:pueris etiam fuit agnitus æther.
Aſſiduis ueterum ſtudiis oracula diuum
Peruigiliq; legens cura:moſemq; piumq;
Iſaiam:mœſtiſq; uirum:qui uerſibus urbem
Plorat.ab ingenio,curas,a lumine,ſomnos
Sedula pellebat:paruo ſua uota ſacello
Supplicibus palmis narrabat & ore ſupino.
Ocia nulla die carpens,nulla ocia nocte.
Cura cibi:ſomniq; breuis:quæ paſceret artus.
Pauperibus menſis genium fraudabat & ora:
Et caſtigato tolerans ieiunia uentre
Carmina diſcebat:ſanctiq; poemata regis,
Qui tetricis olim fidibus cantabat ad aras,
Sacraq; fatidico pſallebat ad orgia cantu:
Quicquid habent ſacræ diuina uolumina legis,
Quicquid ineſt arabum libris,luſtrarat:& omnis
Graiorum annales:romanorumq; triumphos:

Et quantum latii fudiſſent arma cruoris
Punica:quot bellis rubuit naualibus æquor:
Qui troiam petiere duces:quo milite perſas
Rex macedum,parthoſq; truces ſuperarit & Indos.
Monſtra quot Alcides domuit:quo remige cretam
Dedalus ad geligas fugiens annauerit arctos,
Et quibus adiutus pennis equus aliger auras
Preſſerit,& dulcem plantis excuſſerit undam.
Hippolyti caſtos & bellerophontis amores
Illuſtres Helenæ raptus & Phyllidis ignes:
Biblidaq; inceſtam curas & uulnera Thyſbes:
Tarpeiæq; dolos,& gratam phorcida glauco,
Pomaq; cydippes,orythiamq; furenti
Sublatam borea clymenen,& belides auſas
Cæde maritales thalamos implere,piumq;
Pectus hypermeſtræ:ucrſaſq; in ſæua uirorum
Funera lemniades:hellen,cinyreq; puellam
Tres quoq; ſirenes,& amazonas:œdipodæq;
Fata domus norat.nymphaſq; heroides omnis.
Quicquid in his tumidū:quicquid crudele procaxq;
Et quæcunq; pios non atteſtantia mores
Offendit:damnabat,apes imitata legendo.
Nunc lænam pingebat acu,nunc penſa trahebat
Serica,& immiſſis per litia pendula filis
Vela ſacerdotum ſacros texebat in uſus
Terrenum nihil ore ſonans,incluſa,latenſq;,
Plena deo pectus:toti gratiſſima cœlo.
Non robuſta nimis teneros neq; debilis artus
Incolumis,morboq; carens,non mole ſepulti
Corporea ſenſus:crines,caput,ora,ſinuſq;
Brachia,colla,manus,poſtremaq; membra ligarat
Solerti compage deus:promptiſſima menti
Ingenioq; acies,atq; inſuperabile robur,
Neruoſæq; animo uires:ſemperq; uoluntas
Iuſtitiæ rectiq; memor,moderamine certo
Diſcordes animæ motus luxumq; domabat:
Qualis purpureo radians carbunculus ore:
Obſcuros inter lapides gemmaſq; minores
Splendet,harenoſo quia tingitur India gange:
Qualia ſylueſtres inter pincta miricas

Quæ tollunt ſublime caput:ramoſq; comantes:
Frondiſer æmonias ubi pelion aſpicit urbes:
Vel qua parthaſii ſurgunt iuga ſumma licæi:
Parthenice mea talis erat iam grandior æuo:
Iam ſocianda uiro lucinæq; apta labori
Virgineos inter cœtus comiteſq; puellas.
Eſta dies aderat Solymi qua diuite menſa
f Pinguia ſub uiridi celebrant cõuiuia fronde
Antiquæ memores uitæ:quom ſmite ſuperbi
Imperium regis:patres fugere per altos
Incolumes fluctus araburũ deſerta peragrans
Sub diuo populus menſam ponebat & umbras
Frondibus obductis texebat & arbore cæſa:
Poſteritas igitur caſus imitata parentum
Sub ramis cœnare ſolet cum ſeptima luna
Imperat:& lampas claudit Phœbea coronam.
Tunc igitur ſolymas arces charamq; reuiſens
Progeniem mater ſic eſt affata puellam.
Nata meo quondam ſuauiſſima pondera uentri
Dulce patris ſummi donum:mea ſumma uoluptas:
Poſtq̃ parua lares noſtros:& limina nota
Liquiſti:nunquam ne tuæ te cura parentis?
Vlla ne te patriæ mouit pietatis imago?
Optaſti ne ſinus noſtros intrare? ſenemq;
Cernere:quem longæua grauant iam mẽbra parentẽ?
Debilitat uires:ſenſus obtundit:amorem
Diluit:& nobis affert obliuia tempus.
Ipſe pater ſacra poſtq̃ te clauſimus æde:
Quottidie menſes digitis percurrit:& annos.
Hæc duo luſtra putat:duo ſæcula:ſuſtinet ægre
Tam longæ tormenta moræ:iam uidimus inquit
Aequæuas Mariæ thalamos intraſſe puellas.
Aſpice:q̃ firmo ſurgat iam ſtipite laurus
Natali defixa die:iam brachia baccis
Veſtit:& ingentem ramis iam porrigit umbram.
Sic ait:& caderet paucis in fata diebus
Ni te forte ſuos paruum poſt tempus:ituram
Credat in amplexus.dudum tibi plura parauit
Munera tu noſtræ requies:tu ſola ſenectæ
Gloria:tu feſſæ producere tempora uitæ:

Tu truncare potes:nec opum nos amplius ardor
Sollicitat:nec ſpes tangit reſolubilis æui.
Sola places curaſq; leuas tu ſola ſeniles.
Sicut inoccidui magnes ad ſideris aſtrum
Vergit & arctoo nunq̃ diſcedit ab axe:
Sic ſolet in natos/amor inclinare parentes.
Hoc natura iugum peperit:placidaq; ligauit
Compede.non fertur ſuperos Vulcanus in orbes
Mole pari:non ſaxa ruunt ex aere tantis
Viribus.ipſe ſuos ſol deſeret ante meatus
Et fluere alterno ceſſabunt æquora curſu
Quam te nata patriſq̃ te mea cura relinquat.
Vt pario ſculpti durant in marmore uultus
Nec metuunt pluuias hyemes boreamq; niuoſum:
Sic penetrans arcana animis præcordia noſtris
Hæret:& in nobis ſemper tua uiuit imago.
Sermonem tu luce paris:tu ſomnia nocte.
Ah quotiens dum cura mihi eſt clamare miniſtram:
In mea dulce tuum nomen/ſe ſe ingerit ora.
Ah quotiens feſta redeunt ubi gaudia luce:
Lætaq; per pingues reſonant conuiuia menſas:
Te memoro:tuoris omnes te ardentibus optant.
Et quia ſolus abeſt tuus hic:mea uiſcera/uultus:
Vileſcit mihi quicquid adeſt:non excitat aures
Tibia:non triſtem mulcent obſonia linguam:
Vlla nec infirmos capiunt ſolatia ſenſus.
Iucundum ſine te nihil eſt:& uiuimus in te:
Noſtra nec in nobis uita eſt:quæ ſuſtinet artus
Aura tuos:nobis animam ſenſumq; miniſtrat:
Et uitæ ſumus umbra tuæ.pia cura parentum
Incipiat quando amborum:ſic poſtulat ætas:
Iam ſenio curuata graui:te nata mouere:
Hæc tua dilectæ tam longa abſentia frontis
In quot me gemitus:in quot ſuſpiria mittit.
Vnica tu ſoboles/generis ſpes unica noſtri:
Debetur tibi tota domus:tibi ſeruiet uni
Et pecus:& cultæ felicia iugera uillæ:
Sic noſtras partimur opes.pars optima templo:
Altera ſors inopi ſeruit:pars tertia nobis.
Tu quoſcunq; uoles/illas mutabis in uſus:

Sic tamen & uita tecum: quæ militet omni
Cura dei: qui nec falli nec fallere nouit.
Magna deo cura eſt hominum, qui numina curant.
Ipſe maritales poſt primi exordia mundi
Inſtituit tædas: æternaq; fœdera ſancti
Connubii: quo poſt ueterum defuncta parentum
Corpora ſint qui ſacra ferant: qui numina norint:
Quiq; ad diuinos gignant noua pignora cultus.
Sic pietas æterna manet renouataq; proles
Accipit a patribus doceat quod & ipſa nepotes.
Duratura deus quædam, ſemperq; futura
Condidit. hæc ex ſe gigni prolemq; creare
Nil opus eſt: nec ſol ſolem: nec ſidera ſidus
Seminat. aſt quędam fato ſubiecta: neciq;
Protulit: hæc ſe ſe generant: eademq; manere
Cum nequeant: in prole manent: ſimulacra parentum
Sunt nati: penes hos opus eſt ſit cura nepotum:
Sic proles ex prole fluit ceu lubricus annum
Annus agit: menſis de menſe renaſcitur: horam
Hora refert abiens, & ab arbore pullulat arbor
Sic dauida pater tulit: Ezeciaſq; manaſſem:
Sic Eſormus Aram genuit, Salamona, Naaſſon.
Et quia maiores ætas tua uenit ad annos:
Nam tibi ni fallor: bis ſeptima uoluitur æſtas,
Propterea natoſq; uiro nobiſq; nepotes,
Cultoreſq; deo, debes: ſatis æde morata es.
Nata redi: noſtræq; libens ſuccurre ſenectæ.
Vocibus his uirgo in fletus prorupit: & ibant
Per roſeos uultus lachrymæ: quas chara legebat
Admoto ſiccans oculos uelamine mater.
Dedidicit fletum & preſſis ſingultibus orſa eſt.
Chara parens, tantum materni flumen amoris,
Quod lachrymis gemituq; tumet: qđ plenius acerbis
Significat curis & ſollicitudine ſermo,
Quæ non corda domet uel ferrea? lumina quæ non
Miſerit in fletus? tepidoq; impleuerit imbre?
Hæc tua tanta parens pietas, mea uiſcera dudum
Stringit: & accenſam mouet ad ſuſpitia mentem.
Si fineret: quo inclinat amor, ueſtigia ferre:
Nec tot opus lachrymis: nec tot ſingultibus eſſet

Nāq; animus totis uota in tua uiribus iret:
Nec fuit a teneris quicq̄ mihi dulcius annis,
Quam curam gerere & uotis parere parentum.
Sed cœleſte meum tulit in contraria pectus
Numen:& impatiens ſtudiis ingentibus ardor
Sollicitat:cogorq; nouo parere furori.
In noua cœpta meos ſenſus imaſq; medullas
Impulit ætherius genitor:magis ardua nobis:
Et melior tentanda uia eſt:deus ire per altum
Suadet iter:q; ſi eſt uobis aliena uoluntas,
Curaq; non eadem ueniam diuina ſequenti
Iuſſa date:& quo fert cœlum conuertite mentem.
Me mea uirginitas impollutiq; pudoris
Immortalis amor,gratam fecere tonanti.
Ille meo amplexu fruitur:ſemperq; uirentis
Flore pudicitiæ:Thalamum fortaſſe ſubire,
Atq; maritales potero coniungere tædas,
Non poterit maculare meum uenus ulla cubile:
Virgineumq; decus:cuſtodiet ipſe pudorem.
Qui dedit hæc mihi uota pater:caſtiq; nitorem
Corporis:& mentem nullum mihi polluet æuum:
Hæc eadem ſanctos mouit ſententia uates:
Et magnos habet auctores:temeraria forſan
Dicerer,& propriæ male conſuluiſſe ſaluti
Auſa per ignotos calles ſi prima fuiſſem
Vadere & ambiguis ſolam me credere uentis:
Rumpereq; audaci nundum uada cognita greſſu.
Clara per hos magnus liquit ueſtigia calles
Elias,eliadeſq; uiri,gratiſſima cœlo
Progenies uiſura ſuo de ſemine diuos.
Sic ſtat & immotum tenet hæc ſententia pectus.
Tu genitrix patiare oro:& ſolare parentem
Longæuum:curæ ſe ſe ſciat eſſe tonanti.
Ipſe aderit:ſenioq; graues ſolabitur annos.
Sic uirgo:& mater lachrymantem amplexa receſſit.

Ic Mariæ natale ſolum ſedemq; paternam
h Et genus antiquū paucis memorate puellæ
Caſtalides:etenim memori uos omnia mēte
Tempora:uos terræ tractus:pelagiq; tenetis:
Et uos parthenicę comites famulæq; fuiſtis.

Eſt arabes inter cadmææq; ſidonis arua
Palmiferamq; Pharon libycis quæ iungitur oris
Et mare quod læto fœcundam gurgite cyprum
Alluit/aſſyrii pars non ignobilis agri
Terra ferax:belloq; potens atq; inclyta cultu
Vnius iudæa dei:clara oppida claras
Suſpicit apricis poſitas in collibus urbes:
Aſcalon hic:hic gaza potens/æraria quondam
Perſidis antiquæ magna ſedet ędita mole
Fulta ſupercilio præruptiq; aggere montis
Hic uetus Andromadæ uinclis inſignis Ioppe
Antiqua prior illuuie:ſummo ardua colle
Regia tecta ſion:& pulchram ſuſtinet arcem
Imperii caput:& ſolymi moderamina regni.
Illic ſolennes aras dauitica proles:
Altaq; cadenti poſuit de marmore templa.
Illuc ex omni turbæ regione ſolebant
Dona deo & primæ frugis portare maniplos.
Illic triticeæ Cereris domus inclyta Chriſto
Conſcia naſcenti.montanaq; Nazareth:ambæ
Illuſtrem tenuere locum:genus iſta paternum/
Altera maternum mariæ dedit.iſta tonantis
Conceptu felix:ortu felicior illa.
De patria ſatis hæc:poſthac de ſanguine dicam.
Iſmeriæ ſoror Anna fuit:regalis origo
Et ſoboles magni ueniens dauidis ab alto
Sanguine:Zachariæ coniunx/ſata ſemine primæ.
Tres triplici partu marias:tribus Anna maritis
Progenuit/ſanctũ & ſummo genus æthere dignum.
Prima/deo ſacros partus dedit.altera natos
Quattuor Alphęo/Iudam/Simona/Iacobum
Et qui iuſtitiæ clarum cognomen habebat:
Tertia de natis tibi quos Zebedæe duobus
Aedidit:ad calpen unum tranſmiſit/& unus
Si populi præſtanda fides rumoribus ulla eſt:
Viuus Amazoniis epheſi ſepelitur in agris.
Sicq; duos inter ſtuduit concludere natos
Regnantem latio Chriſtum Romæq; tenentem
Imperium:leuam tellus Aſiatica:dextram
Gens hiſpana tenet:regnum inter utrũq; latinum.

Parthenicæ Liber Secundus.

a NXIA RESPONSO GENITRIX
in tecta redibat
Multa mouẽs aĩo:nec enim ſentẽtia natæ
Viſa ſatis legi:priſciſq; accommoda patrũ
Ritibus:in uacuos etenim partuq; carẽtes
Expertesq; thoros ſobolis ſuperosq; deumq;
Iraſci tunc fama fuit:dirumq; minari
Supplicium in ſteriles uteros:multo ante maritum
Non aliam ob cauſam paſſum conuicia norat:
Summotũq; procul templo ſpectantibus ipſis
Ciuibus & triſtem caſum miſerantibus ultro.
Nãq; uir ardentes uotum poſiturus ad aras
Ante habitam prolem:dum ſe in ſecreta tuliſſet
Templa:ſacerdotum ſtrepitu diſcedere ſacro
Ex adyto iuſſus fuerat:turpemq; repulſam
Paſſus:& hoc patriam fugiens ob dedecus urbem
Rus coluit pluresq; latens inglorius annos
Duxerat in luctu triſtem ſine coniuge uitam.
Sicut ubi amiſſo thalami conſorte per agros
Sola uolat turtur:nitidis neq; potat in undis:
Ne comitis priſci triſtetur imagine uiſa:
Nec uiridi poſthac fertur conſidere trunco.
Sed miſeram diuina ſenis clementia ſortem
Proſpiciens:annæq; preces & dona gementis
Miſit ab ætherea uolucrem regione miniſtrum
Qui dedit hæc mandata uiro.tua tecta reuiſe
Conſortem ſolare ægram mœſtoſq; penates.
Anna tibi lætos partus:prolemq; datura eſt
Fœmineam:magno ſanctæ dabis omine natæ
Fatidicum ductumq; maris de ſidere nomen
Et mariam dices:annæ mandata miniſter
Attulit hæc eadem:mirantiq; inſuper addit
Hos monitus.limen notæ pete concita portæ:
Qua tibi rus itur ſacris hic mane peractis
Obuius occurret coniunx:greſſu illa citato
Venit ad urbanæ:quæ dicitur aurea portæ
Limen:& offendit redeuntem rure maritum.
Illic ſuſcepti hoſpitio communis amici

Amplexu:longiſq; una ſermonibus illam
Conſumpſere diem:& certi de prole futura
Mane ſuos petiere lares.gauiſa reuerſum
Tota domus largo dominum ſuſcepit honore.
Hæc igitur mœſto uoluens ſub pectore mater
Aegra fatigabat tacitis præcordia curis:
Et gradiens tali ſecum ſermone locuta eſt.
Curæ:o uani pro poſteritate labores:
O dolor o pietas infortunata parentum:
O ſtudium infelix:ubi res & tempus:& ipſa
Viſcera:& exhauſtas in ſollicitudine mentes
Triuimus:ut canis caput aſperſere dolores:
Linquimur:immemores demens incuria natos
Separat a nobis.meritorum oblita propago
Non æquat curas:& non reſpondet amori.
Sed quid te fruſtra miſeram coquis Anna? quod ipſi
Fecimus:hoc patimur:patres ut amauimus ipſi
Sic noſtrum nos ſemen amat:taxamur eodem
Iudicio:ſic fata ferunt:ſuſpiria perdis.
Iſte modus rerum mundi productus ab ortu
Tranſmeat ad gentem per ſæcula noſtra futuram.
Singultire potes:turgentia lumina fletu
Exhaurire licet:ſed ferrea fata mouere
Non potes:aerei pellant ſine carbaſa uenti:
Quod dederit fortuna libens amplectere littus.
Forſitan utilius q̄ tu tibi conſulet aura.
Conqueſtum dauida diu puero q; iacenti
Produci periiſſe dies/auertere mortem
Non ualuiſſe ferunt:audit deus omnia:præſtat
Optima.mortales audent orare:quod optant.
Opprime ſuccenſum ſtudiis melioribus ignem:
Nec ſine ſupremas animi dolor occupet arces.
Talibus ut fama eſt curis dementia quoſdam
Cœpit:& in ſaltus atque in deſerta ferarum
Luſtra tulit.pater Aiacem narrare ſolebat
Inſanum mactaſſe pecus dum quæreret hoſtem.
Et furias idem memini recitabat Oreſtis:
Quem comes ad ſythicæ uexit delubra Dianæ.
Magna quidem credo quotiens pugnatur in agris
Aduerſæque uolant acies in prœlia:ſurgit

Tempeſtas:ſed mens etiam cum nocte dieq;
Sollicitis agitur ſtimulis:in pectore magnos
Extollunt ſtrepitus & grandi corda pauore
Concutit:& recte tetrici dixere parentes
Quattuor aduerſis miſcetur ut æquora uentis
Heoo zephyro libyco gelidoq; aquilone:
Sic totidem noſtras ingenti turbine mentes
Subuerti furiis pectuſq; in prœlia mitti.
Spes leuat:arrectos metus alto a uertice fluctus
Deiicit.hinc animum pulſat furibunda uoluptas:
Inde dolor.fluctus ceu fracti fluctibus altum
Clamorem ingeminat:piceis abſcondita nymbis
Nec radios fundit ratio nec uela gubernat.
Felices quicunq; iſtis a ſyrtibus altam
Viſuri pacem loca ſunt in uita recepti.
Nam neq; mens ullam ſecus eſt habitura quietem:
Nec lætos ſenſura dies nec dulcia ſæcla.
Propterea quid te miſeram coquis Anna:dolores,
Et triſtem dediſce metum:natura repugnat
Moribus his.monſtrare uiæ compendia poſſunt
Languentes:gelidiq; ſenes:at ſcandere montem
Sole ſub ardenti uiridis male ſuſtinet ætas.
De uirtute loqui minimum.uirtutibus uti.
Hoc Sanſonis opus:tamen aſſuetudine longa
Aſſiduiq; operis tractu formatur:& in ſe
Virtutem natura trahit:præludia multa
Egregias artes pariunt.in pace.togaq;
Bella diu miles diſcit:mox obuiat hoſti
Impiger:& firmum parat ad certamina pectus.
Sæpius a placitis mens eſt arcenda:diuq;
Seruitio duranda graui:nam prona ſequaxq;
In peiora ruit niſi lora retraxerit uſus:
Aſt ubi iam legis patiens aſſuetaq; uinclis
Seſſori parere poteſt:quo iuſſeris ibit.
Tunc ubi tempus erit:caſu cum triſtis acerbo
Sors aderit:feret æquales rationis habenas.
Ante negat.uelut indomita ceruice iuuencus:
Aut uelocis equi ſoboles animoſa:priuſquã
Impoſito ſcierit greſſum glomerare magiſtro.
Ars ubi poſſeſſam mentem complexa ſubegit:

Quo uirtus quo ſancta uocant oracula uertet.
Nam neq; tunc labor eſt duros tolerare labores:
Quid ſi nata uirum refugit? ſi nulla nepotum
Poſteritas? quid noſtra iuuant poſt fata nepotes?
Iuſtitiam coluiſſe ſat eſt. nullius egebis
Subſidio defuncta, pios ſi uixeris annos.
Sæpius in natis ſæuum pater educat hoſtem:
Cumq; ſuo ignorans interfectore iocatur.
Sæpe ſibi lachrymas ſperant dum gaudia matres:
Atq; ſuæ paſcunt uentura opprobria genti.
Propterea uanos hominum noua fabula mores
Exprimit: hoc pelagus galilæa quod abluit arua
Extimuiſſe ferunt olim cum uidit in orbes
Nubila conuolui: uolitare per aera montes
Credidit: at poſtq̃ largus de nubibus imber
Depluit: unde prius damnum interitumq; timebat:
Incrementa tulit fuſa procul æquoris unda.
Fallitur in dubiis hominum ſolertia rebus:
Corda nec euentus capiunt humana futuros.
Id quoq; non nunquã mentes ſolatur amaras
Quod durare nihil patitur fortuna: uiceſq;
Mobilis alternat: uentoq; ſimillima proram
Nunc premit a puppi: placida modo murmurat aura.
Forſan & hos luctus minus importuna ſequentur
Tempora: felices iterum deus afferet annos.
Talia uoluenti paruæ iam Nazareth arces
Apparent: nigro rutilans ſurgebat ab ortu
Veſper: & ingenti Phœbum demiſerat umbra
Carmeli ſublimis apex: in mœnia mater
Nazareth: & feſſis intrat ſua limina plantis.
Vt pater accepit charæ noua nuncia natæ:
In mœrore diu iacuit: curiſq; ſepultus
Impexi capitis canos ſquallere, ſitumq;
Ducere: & a mento triſtem concreſcere barbam
Suſtinuit: nec enim potuit cohibere querelas:
Parcere nec lachrymis: nec diſſimulare dolorem.
Crebra diu mœſtum traxit ſuſpiria pectus:
Et iacuit ceu truncus iners: & inutilis arbor
Frondibus ammiſſis ſine terræ fertilis imbre

Es tandem prolata palam peruenit ad ipſas
r Sacrorum & templi doctas antiſtitis aures:
Quem penes arbitriũ nodos aperire latentes
Iuris:& obſcuros legum diſſoluere caſus:
Ipſius imperiis altam conſcendit in arcem
Concilium:uenere ſenes ænygmata legum
Rimari ſoliti:& dubiis reſponſa parati
Reddere.iamq; ultro multum:citroq; locuti
Cum certi nihil afferrent:iamq; humida noctis
Tempora ſuaderent ſacros dimittere patres:
Quærendum quæ ſit cœli ſententia tandem
Communi ſanxere prece:& ſolemnia templo
Sacra dari:& dubiis orari numina rebus.
Atq; ita ſedato res eſt certamine uiſa
Indice digna deo:quando eſt non reddere magnum
Vota nefas:uiolare piam res impia legem:
Interea ſumptis diuorum nuncius alis
Parthenicen adiens placidis ita uocibus inſit.
Nympha puellarum cœlo gratiſſima ſalue:
Cuius apud ſuperos iampridem cognita uirtus
Floret:& in noſtros creſcit uentura penates.
Ne trepida:tua uota pater firmauit:& auxit:
Nulla tuum uenus eſt unquã uiſura cubile:
Virginitas æterna tibi conceſſa uolente
Conſeſſu toto ſuperum.tibi gloria ueſtæ
Et triuiæ debetur honos:inuicta ſequentur
Virginei tua ſigna chori:quos more dianæ
Nunc pede nunc iaculo nunc exercebis & arcu:
Vrſula uirgineæ dux & regina cohortis
Hoc explebit opus:tandemq; in ſidera magnum
Agmen aget:celebrem referens ex orbe triumphum.
Tethios occiduæ populi littuſq; britannum
Et gelidi faciles pugnas gens accola rheni
Dulciaq; arrecto cernent ſpectacula uultu:
Laus igitur te magna manet:rude uulgus & ipſos
Iura ſacerdotes non intellecta fatigant.
Et deus ingratas atra calligine mentes
Tardat:& in pœnam ſcelerum deludit inani
Corda metu:rident ſuperi:ceu grandior æuo
Securuſq; animi iuuenis:ſi pectora quando

Infantum obſcuræ trepidant formidine noctis.
Ipſe adero:nam ueni huius certaminis ergo.
Lex ea quæ fieri matres & nubere cogit
Lata eſt/cum pauper ueniens ad templa ſenatus
Paruaq; plæbs humiles ſacrum ponebat ad aras:
Poſtq̄ magna uirum creuit fortuna/tribuſq;
Vix duodena ſolo capitur:ſeruare pudorem:
Et thalamum neſcire fuit præſtantius: ergo
Eliades erraſſe putant? iam ſæcula poſtquam
Expertes ueneris degunt/biſquina propinquant:
Hi populis exemplar erant.ne crederet ullus
Eſſe nefas ſyncerum eſſe & dediſcere tædas.
Tu tamen es tradenda uiro:qui frigidus annis
Atq; tui conſors uoti cuſtoſq; pudoris
Non inuaſor erit:tacita nos arte mouemus
Corda hominum:non tot fingunt ſe prothea quondã
Immutaſſe modis:nec tot uariaſſe figuras/
Quot formis animos hominum mutamus: aguntur
Quo minime credunt:ſed nos in ſancta uocamus
Officia:aſt alii tradant retinentq; uocatos.
Vt quando in leui ſtat ferrea lamina diſco/
Si dextra magneta loces adamanta ſiniſtra/
Quo ueniat neſcit:dubitatq; utrinq; uocata
Cui faueat:cuius magis ortamenta ſequatur.
Tu uoti ſecura omnem mihi deſere curam.
Ibo.& peruigili tractanda remetiar arte.
Vix ea finierat cum fracta nube ſolutum eſt
Corpus/& in uentos aſſumpta receſſit imago.
Tempora uelatæ tenſis ad ſidera palmis
Conuenere nurus/pueri/trepidæq; puellæ/
Rugoſiq; ſenes tremulo pia murmura mento
Voluere certabant:ſuperoſq; mouere precando
Canicie oſtenſa diuis & uertice nudo.
Et tremulis circum lucentes ignibus aras
Sancta ſacerdotes/albaq; in ueſte miniſtri
Carmina & inſigni celebrabant orgia ritu.
Tertia lux aderat/poſtq̄ uulgata per omnem
Concilii concordis erat ſententia turbam:
Iam labor orantes & diffidentia tardos
Reddiderant:ſegni frigebant pectora motu.

Tum diuina preces mens quæ non deſpicit æquas
Ad ſummum ſecreta dedit reſponſa choragum
Sacrorum:tenues fugit leuis ille per auras:
Ingreſſuſq; ſenis nocturna cubicula ſomnos
Abſtulit:& tali eſt aggreſſus uoce pauentem:
Sumere thraicia uirgas de fronde tribules
Quemq; ſuam:& ferri ſumptas in templa iubeto.
Mane reuertantur:cuius frondere cacumen
Videris:illius domino coniunge puellam.
Hæc ait:& motis abiens euanuit alis.
Mane ſenex ſol ante iubar q̄ tolleret undis/
Conuocat exemplo patres:miſſoq; per urbis
Compita perq; domos populum precone coegit.
Confluxere omnes:campo plæbs denſa patenti
Vix capitur:ſurdum ſpatioſa per atria murmur
Confuſumq; ſonat:pede pes:& pectore pectus:
Virq; uiro premitur:ceu quom collecta theatro
Stabat roma graues ſimul auditura tragœdos.
Conuentu ſenior patrum ſtipante ſacerdos
Exiit:& tandem populo diuina ſilenti
Iuſſa aperit:didicitq; tribum:iuſſitq; ſolutos
Connubio acciri:uirgiſq; in templa relatis
Vota preceſq; iterant:magicis componere quidam
Philtra ueneficiis:circæaq; carmina & herbis
Phaſidibus uoluere nouas inducere frondes:
Horum unus uetitas artes edoctus:ut almum
Intempeſta diem tacitis nox abſtulit umbris
Solus in aeriæ turris faſtigia ſecum
Arma togaſq; ferens ſacrauit manibus aram
Sub diuo:teſtis nemo niſi uentus & aſtra.
Nocturnaſq; preces iterans præſcire uolebat
Parthenices ne ſibi thalamum ſperare liceret.
Ecce per aerios tractus magno agmine ab arcto
Spiritus obſcuris ad turrim annauigat alis.
Qualis ubi ueniens ad fœda cadauera uultur
Brachia præcipiti iactat plummoſa uolatu.
Atq; gradum ſiſtens nigro ſic incipit ore.
Fare:quid infernas nocturnis cantibus aures
Sollicitas?quæſita dari reſponſa uetantur.
Aetheriæ prohibent animæ:numenq; triforme:

Altius abſtruſum latet hac in uirgine quiddam:
Quod dici ſciriq; nefas:ſententia noſtros
Circūſert anceps animos:ſortiſq; futuræ
Ambigui caſus multaq; ambage latentes.
Sicut cum modo ſol nubes modo nubila ſolem
Exuperant/nunc lætatur nunc mœret arator
Spemq; metumq; inter dubius.ne diſcere tenta
Quæ quoq; doctorem fugiunt:cōmunia quædam
Fabimur:addentes quæ nec didiciſſe pigebit
Ne fruſtra uideare deos in uota uocaſſe:
Quandoquidem te non minimo dignamur amore.
Nos inſpectores ſcelerum ſumus orbe futuri
Vltores alio:ſæui ſunt uincla dracones.
Tartarus eſt carcer:ſunt uerbera:frigus & ignes:
Lux incerta diem ſpargit per nigra malignam
Tecta:ſonant late planctus.plæbem ordine terno
Diuidimus.primo purgati crimine circo
Pœnarum expertes degunt:ea tecta uetuſtas
Elyſium uocat.hac uates & longa parentum
Progenies demptis habitant ſtatione duobus.
Hi partus ſpectare nouos dicuntur:& arcem
Aetheriam ſibi promittunt:finemq; propinquum
Exilii muſſant:apud hos de uirgine quadam
Plurimus/& multa tectus calligine ſermo
Vertitur hi nec adhuc faciem uidere tremendam
Aetherii regis:ſola hæc & maxima pœna eſt.
Sedibus his quoſdam uenturo numina ſæclo
Sufficient/quos a nobis nulla auferet ætas.
Alter habet ſontes animas:quibus igneus ardor
Eximit inſectum ſcelus & telluris odorem.
Hæ niſi ſoletur pax expectata/quieſq;/
Vix tormenta ferant:tanto locus æſtuat igne.
Tertius inſelix hominum genus orbis in amplo
Carcere conuoluit:magis hæc diſcēdit ab aſtris/
Introrſumq; fugit regio.penetralia noſtri
Principis hic:altis animæ fornacibus ardent
Spe uiduæ:nullamq; audent ſperare quietem.
Iuppiter huc multas:multas huc mittit Apollo.
Mercurius multas:nec non Saturnus:& autor
Bellorum:Phœbe innumeras:& nata diones

Pellitur huc quicquid cœlum faſtidit:& hirquis
Diſpiciunt ſuperi obliquis. ſors ultima rerum hic.
Nos ueros: quotiens animas magus euocat orco,
Illarum aſſumpta mentimur imagine uultus:
Carminibus foliis auibus fumoq; ligari
Dicimur:& circũductis in puluere ſignis.
Sed ueluti pleriſq; aliis, ita fallitur iſto
Mens hominum: ueniunt ultro ueſtraq; ſalute
Sollicitimanes uobis uentura loquuntur.
Dixit:& alato diſceſſit in aera tergo.
Perculſum trepida iuuenem formidine ſortis
Pœnituit: ſecumq; putans audita ſeueros
Carmeli patres adiit: tunc omnis eremi
Cura fuit penes hos:& cœlibis ocia uitæ:
Moribus auxilium fractis habiturus ut altam
Se tulit in montis requiem, ſyluaſq; ſilentes:
Per ſecreta tulit greſſum ſpelæa, uirumq;
Viuendi cœleſte genus miratus amorem
Imbibit immenſum cœli: ſeq; ipſe peroſus
Incola carmeli uixit: tandemq; uoluto
Tempore cum magno fidei myſteria paulo
Edidicit: Mariæ primus cum patribus ædem
Vertice carmeli poſuit: ſocioſq; uocatos
Ad iordanis aquam luſtralibus abluit undis,
Cum Baptiſta nouæ iaceret primordia gentis
Hiſpidus hirſutæ uilloſo tegmine capræ:
Protographus Lucas Agabum uocat: omnia multo
Ante uidens animo fuit interpreſq; futuri:
Nãq; cathenarum nodos & ferrea Paulo
Vincula prædixit: longoſq; per æquora curſus,
Vipereos morſus, ſimoniacoſq; uolatus,
Inſidiaſq; ſuæ gentis: bellumq; ſub ipſo
Et celebrem palmam uenturaq; fata Nerone.
Ed deus elatas ſtudium cui fallere mentes
ſ Frigentem & caſto ſolitum ſeruire pudori
Elegit de plæbe uirum: cui cana ſenectus,
Cui caua ſulcantes criſpabant tempora rugæ.
Mane reuertuntur: ſcrutatiq; ordine uirgas
Vt uidere ſenis ſummum frondere cacumen
Illud thraiciæ de Phyllidis arbore tractum

Vimen erat:longæq; nuces in fronde uirebant:
Inuidit:ceciditq; animis fraudata iuuentus.
Vt quando in ſomnis aurum ſe credit auarus
Inueniſſe/dolos meditans exultat inani
Lætitia:mox euigilans ſua ſomnia mœſtus
Voluit:& in triſtes abeunt noua gaudia curas.
Ducitur in medium ſenior:plauſuq; ſonoro
Suſceptus iuſſuſq; gradu diſcumbere ſummo
Obſtupuit:nec enim ſenio iam fractus Ioſeph
Ad tam inſperatos animum tollebat honores:
Venerat edicto cupidus parere/relictam
Mens uel ad incudem uel ad ærea ſigna uocabat.
Et tanta hæc fieri de ſe ſpectacula nunquam
Crediderat:iuuenes poſt tam manifeſta repulſam
Omnia perpeſſi demiſſis frontibus ibant:
Et rerum ignaris tam florida uirginis ora
Non bene coniungi gelidæ turpiq; ſenectæ
Murmur erat.tamen & uirgæ noua ſigna uirentis
Mœſta per ancipites ducebant pectora curas.
Diſceſſere loco:uirgiſq; abiere relictis.
Interea matrum longa comitante caterua
Adduxere nurus inſignem in templa puellam/
Cuius ad aſpectum q̄q̄ tranſcenderet ore
Omne decus mortale/tamen ſuppreſſa libido
Omnis/& extincto ſemper Venus igne quieuit:
Ac ſi feruentem gelidos in dorida rores
Palladioſq; ſuper calcem diffuderis imbres.
Ardua quadruplici ſurgebant ordine templa
Porticuum:communis erat pars extima cunctis/
Fœmineis etiam turbis/quas menſtruus humor
Liquerat:ingrediens igitur diffuſa ſecundo eſt
Tota cohors circo:miti ſacra pronuba nuptæ
It comes accedit comitante uir auſpice longum
Agmen agens:mediam uolitans hymeneus in ædem
Iungite clamauit felici ſidere dextras:
Sanctaq; longæuæ connectite fœdera uitæ.
Iamq; pio coniuncta ſeni:celebrataq; longa
Feſta:die:dictæ laudes & reddita ſummo
Vota patri:lætiq; omnes in tecta reuerſi.
Lætior aduentu natæ generoq; ſedebat

Canicie compta nitido uelatus amictu
Inter utrũq; parens:manibuſq; utrinq; tenebat
Complexus generum dextra natamq; ſiniſtra:
Ipſe etenim q̃q̃ Mariæ ſit uictricus Annæ
Vir/tamen ardenti referebat amore parentem
Illectus forma/ingenio/pietate/pudore
Officio:& ſanctos uenerans in uirgine mores
Multaq; connubio ſuper atq; recentibus actis
Commemorans toti grates ſoluebat olympo:
Interdumq; iocans:& debilis immemor æui
Iucundos mouet ore ſales:riſuq; modeſto
Soluitur:& uires animo præbente miniſtris
Inſtat:& appoſitis ſterni cœnacula menſis
Ornariq; iubet thalamos:& limina multa
Fronde coronari:ſpargiq; per omnia flores
Atria purpureos:hederis ueſtire columnas:
Virgineaq; fores lauro foliiſq; Mineruæ
Cedrinas uelare trabes:ſpargiq; recentes
Sub pedibus uiolas & hiantia lilia ſummo
Vertice/quæ in tales mater nutriuerat uſus:
Serpilliq; comas ſemper uiuentis in orbem
Texebant nymphæ:filoq; in ſerta ligabant
Gramen odoriferum:caſias exciſaq; cultris
Balſama marmoreis/nardi fragrantis ariſtas/
Cinnamaq;/& crines ſuaue ſpirantis amomi.
Teq; amaranthe locant/te mollis amarace:& horti
Quicquid alunt cilices:quicquid panchaia/quicquid
Idalii ſaltus.redolet domus.omnia plauſu
Lætitiaq; ſonant:hilaris labor omnia miſcet:
Dumq; ita feruet opus ſponſi deus ora ſopore
Preſſit:& irati ſub imagine nuncius oris
Viſus adeſſe ſeni/uultu qui ſancta ſeuero
Hæc mandata dedit:teneros tibi iungimus annos
Non ſeram ut fruſtra in ueneré tua languida uirtus
Ardeat.amplexus gremiumq; in uirginis huius
Ire caue:iuſſumq; dei ne ſperne monentis.
Paruit:& memori ſeruauit ſomnia mente:
Atq; cupidineos ſenſit non amplius ignes.
Iamq; dapes & uina ferunt pateraſq; coronant.
Diſcumbunt hilares circum longo ordine menſas:

Et fœcunda animis celebrant conuiuia lætis.
Poſtq̃ preſſa fames & pectora mitis hiacchus
Leniuit curas abigens/frontiſq; ſeueræ
Triſte ſupercilium/cithara præludere eburna
Cœpit & argutas aptare in carmina uoces
Lydius:hic tactis æquabat ariona neruis/
Orpheaq;/& clarum dirceo amphiona plectro.
Carmen erat ſummæ dorſo fundata Sionis
Regia:qua quondam Solymi moderamine ſceptri
Stirpis Ieſſææ princeps exercuit armis
Inclytus/& pacis ſtudiis præclarus: ab illo
Virginis atque uiri genus antiquamq; trahebat
Progeniem:& mixtæ numerabat ſtemmata gentis.
Addebat noes fluctus:puppimq; natantem:
Innocuaſq; rubi flammas:& limina nunquam
A foribus ſeiuncta ſuis:plæbiq; patere
Neſcia/& unius greſſum admittentia regis:
Cælantemq; deos ficto labanida uultu:
Velleraq; & ſiccos magni gedeonis imbres.
Atq; uti fiſcellam placida geſtauerit unda
Nilus & infantis miſeratam fata puellam
Et conuulſa nouas uirgulta ferentia frondes.
Adiungebat uti peregrinas æquore cedros
Compoſitis ratibus condenda ad templa uehebant
Sidonii:ut multo paries effulſerit auro:
Miratumq; gradus hominem:qui clara petebant
Sidera:& ingentem diuini fœderis arcam.
Et quam fatidico populis Balahamus heois
Carmine prædixit flammam/ſiduſq; futurum.
Sed iam præcipiti Phœbus ſub tartara curru
Ibat:& occiduis aries ſua merſerat undis
Vellera:& ardenti ſurgebat ſcorpius ore.
Amq; ſoporiferæ tẽpus dare membra quieti
Suaſerat:at uirgo ſecreti ſola cubilis
Clauſa loco curis aperit cœleſtibus almum
Pectus:& in ſummum ſenſim leuat æthera mentem
Vnam ad ſe comitum uocat in penetralia tecti
Præſtantem egregio uultus animiq; decore.
Mnemoſine genitrix illi/pater uſus/ab ipſa
Cœleſti genus arce trahit/nam conditor orbis

Eſt auus:hanc grai ſophiam dixere priores.
Nare ſagax:oculis penetrans caua tartara:& altum
Aethera:nullius linguæ non ullius artis
Inſcia:labe carens:uitiis infeſta:pudore
Circunfuſa genas:& iaſpide pectus & auro
Splendida contexto:cauſas & nomina rerum
Per media ex imis gradiens ad ſumma:deumq;
Et mundi metitur iter:hac indice uirgo
Inſomnis ducens taciturnæ tempora noctis
Contemplatur uti rerum longæua propago
Textaſit:unde prior mundi deſcendit origo:
Et chaos & ſyluam informem:diſcretaq; formis
Corpora paulatim uarias induta figuras
Vi propria petiiſſe ſuis loca uiribus apta.
Vtq; grauem liquido ſuſpenderit aere terram
Omnipotens opifex duplici cum prolis honore:
Oceanumq; ſuis complexum fluctibus orbem
Fuderit:ætheriis: incluſerit ignibus auras.
Vtq; feris terras:mare piſcibus:aera ceſſit
Alitibus uariis ornans animantibus orbem.
Vt uaga perluſtret Phœbe duodena frequenter
Sidera fraternum fugiens iter:& modo tractus
Erret ad auſtrinos:gelidam modo currat ad arcton.
Vt procul a Phœbi Venus & Cyllenius igne
Ne uolitent:uerſo referant ueſtigia greſſu.
Phœbus ut obliquo nunquã diſcedat ab orbe:
Atq; uiam retro gradiens obſeruet eandem:
Claraq; nocturnis ſplendoribus imbuat aſtra.
Et rubicunda feri quæ lex incendia Martis
Voluat:& egregium iubar & iouis ora benigni:
Atq; ſenem pigrum curuata falce minantem.
Vt ſuper octaui radiantia ſidera cœli
Certa lege meant & ſcintillare uidentur.
Altius extollens mentem curuamina noni
Orbis:& æterno ſplendentem lumine mundum
Et tenues miratur aquas glacialis olympi:
Vltimaq; immenſæ formata uolumina molis.
Lanigeri ſublime decus:taurumq; nitentem:
Et geminos Helenæ fratres:auerſaq; cancri
Sidera:quæ æthiopes urunt indoſq; arabeſq;:

Atq; Molorcheum ſtellata fronte leonem:
Et iubar erigones:æquataq; brachia libræ:
Viroſamq; nepam uidet:æmoniaſq; ſagittas:
Cornuaq; ægoceri gelidis humentia nymbis:
Et liquidos urnam rores uentoſq; cientem:
Atq; dioneos lucenti tergore piſces:
Hinc dextra leuaq; faces ardore coruſcas
Suſpicit:& cœli claros examinat ignes.
Pleiades ſeptem:quarum minor una latere
Dicitur.& pluuias hiades pauidamq; capellam.
Poſt rapidum leporem iugulas procyonq; peruſtum:
Morboſamq; canem,& coruum cratera tenentem.
Inde coronatę rutilans minoidis aſtrum
Et non longa ſitum poſt interualla ſagittæ
Sidus:& ætheriis errantem tractibus hædum.
Orpheamq; lyram:& flammis lucentibus aram
Suſpiciens cœli æternos meditatur honores.
Curſibus alternis mundum ferri atq; referri
Ex auſtro in boream ex borea miratur in auſtrum,
Et fieri ut gelidam tellus coniecta ſub arcton
Dum bibit ætherios admoto ſole calores
Mitis & humanæ reddatur idonea uitæ.
Mens calefacta deo ſanctiſq; exercita curis
Atq; laborando uires & robur adepta
Altius it:ſemperq; magis terrena relinquit.
Iam ſuperis admixta domos explorat,& arcem
Et ſolium ſublime patris,quod plurima circum
Turba leues animi uolitant:decimoq; ſedenti
Orbe deo aſiſtunt uigiles:& cuncta fideli
Iuſſa miniſterio peragunt:uerſantq; rotatu
Sidera perpetuo quidam:mortalia quidam
Facta regunt:preſſaſq; graui ſub mole tuentur
Corporis humanas mentes:& regna gubernant.
Omne per hos exercet opus pater ipſe quieto
Tranquillus ſceptro ſedet,& complectitur orbem,
Virginis hæ curæ:ſeſeq; oblita uirumq;
Miſcetur diuis,cœliq; palatia luſtrat.
Atq; thoro recubans ſummo ſpatiatur olympo.

i Nterea uirgo thalami dum ſola receſſu
Excubat occulto per longa ſilentia noctis

Fatidici uatis:quem ferrea turba gementem
In geminas ſecuit dentato robore partes
Codice uerſato/primum locus ille legenti
Obuius occurrit/grauidam qui uirginis aluum
Præcinit/& magni prolem mortale tonantis
Corpus & humanæ ſubituram incommoda ſortis
O felix nimium dixit quæcunq; futura es
Et matres longe ante alias digniſſima uirgo:
Quæ paritura deum fruituraq; cœlibe lecto
Magna ſeneſcenti renouas miracula mundo.
Non ego communi patrum te labe uolutam
Crediderim/talem cui dant oracula palmam.
Tu uetus extingues uitium/ſcelerisq; recluſa
Limina concludes:tu protoplaſtis acerbam
Ingluuiem delebis:agens noua ſæcla nouumq;
Fœdus:& humanum ſupra genus omne fereris.
Te tua:te uentura omnis mirabitur ætas.
Et tibi perpetuis ardebunt ignibus aræ.
O mihi:ſi tantum non eſt audere ſuperbum:
Conceptus liceatq; tuos uultuſq; tueri.
Dicite carmeli qui ſancta ſilentia montis
Incolitis uates uatumq; æterna propago
Quos imitans tædas ſum dedignata iugales/
Dicite/quæ regio iubar hoc/quæ proferet ætas?
Credimus e terris uenturam an ab æthere ſummo
Lapſuram? tali ne hominum debetur origo?
Dumq; ita cœleſti mentem ſuccenſa calore
In laudes ignara ſuas prorumpit/olympo
Labitur & ueniens fulgentes explicat alas
Nuncius:& celeri penetrat ſecreta uolatu
Limina ad ingreſſum ſubitæ perterrita lucis
Extullit attonito titubantia lumina uultu:
Et formam mirata uiri tabeſcere caſtum
Pectus & inſidias metuens palleſcere cœpit.
Aliger arguta reſerans noua nuncia uoce
Pone metus inquit ſuperis gratiſſima uirgo:
Lætus ab ætheria uenio tibi nuncius arce
Aeterni iucunda ferens mandata tonantis.
Conceptura nouos ullo ſine ſemine fœtus
Et prolem paritura dei:materq; futura es

Aethereæ ſobolis tactus non paſſa uiriles:
Et deus ipſe tuam ueniens labetur in aluum
Greſſibus occultis:tuaq; intra uiſcera corpus
Ipſe ſibi formans poſt nonæ tempora lunæ
Exiet humanæ uelatus imagine formæ.
Arma ferens pacis ueniet:atq; ſalutifer orbi:
Propterea ſanctam dabis atteſtata ſalutem
Nomina:in immenſum creſcet:uenturaq; magno
Sæcula conſenſu templis congeſta ſuperbis
Dona ferent illi:rutilo qua ſurgit ab ortu
Lucifer/heſperias & qua declinat in undas/
Qua micat arctophylax/latum qua ſuſtinet orbem
Axis inocciduus/reſonans qua naſcitur auſter.
Imperio premet omne genus/telluris & undæ
Poſſeſſurus opes cœliq; habiturus honorem
Perpetuum/& mundum æquatis recturus habenis.
Sed neq; fulgentes auro radiante coronas.
Nec tyrios regum feret ornamenta colores:
Non illi ſublime domus dabit ardua culmen:
Marmora nec tollet ſubeuntibus alta columnis
Viuenti non Martis opus non ærea tela
Tractabit:rigido non oppida milite cinget:
Nec ruet aerias arces:non æquora grandi
Claſſe premet:non hinnitus laudabit equorum.
Nec̃ quæ bella mouent horrenti claſſica cantu:
Ferrea nec mittet captos in uincula reges:
Nec populo illuſtres ducet ſpectante triumphos.
Scilicet hęc homines curant:nos alta tenentes
Qui regimus totum damus hęc nõ quærimus orbem.
Non illi humana bellum eſt cum gente:ſuperbum
Spirituum genus atq; procax atroxq;/quod auſu
Diuinum ingenti iam uulgo uſurpat honorem
Impetit:huc belli uires:huc dirigit omne
Robur:& hæc agitur non ferro pugna:ſed aſtu.
Quid fieri maius poterit:q̃ trudere diuos
Sedibus antiquis/& auito pellere regno?
Sed grauis humanas premit ignorantia mentes:
Nam quod promittunt uenturo oracula Chriſto
Imperium mortale putant:uateſq; futurum
Terrena tantum ducunt a ſtirpe:deumq;

Eſſe negant:hinc errorum deſcendit origo.
His deluſa dolis & eiſdem ambagibus olim
Perfida poſteritas longum ſperabit in æuum:
Speratamq; uidens non apparere ſalutem
Exiliiq; moras longi mirata:nec audens
Vera ſequi:nugis & ſpe paſcetur inani.
Felices annos:& quæ tua protulit ætas
Aurea non Cæſar renouauit ſęcula:uerum
Tuq; puerq; tuus:nam primi dulcia mundi
Tempora conuerſo cœperunt currere greſſu.
Læta quies oritur:niueis pax aurea pennis
Deſcenſura leues humeris circũligat alas:
Iamq; mei nocuos ignes:infeſtaq; terris
Sidera compeſcunt comites:oriona ſæuum:
Icariiq; canis rabiem:pedibuſq; rapinam
Stringentem cuiuis aquilam:teretemq; ſagittam.
Cæteraq; ingratos hominum meditata dolores
Aſtra premunt:flammaſq; iubent regnare fauentes.
Nuncius hæc:humilis firmato pectore uirgo
Imperio dixit magni parere tonantis
Cogimur:& miti curuans caput annuit ore:
Candida uirginitas:ſimplex prudentia:uelox
Et matura fides:humiliſq; modeſtia totos
Lætitia impleuit cœlos & ſidera cantu:
Tum diuina grauem ſubitis conceptibus aluum
Extulit:atq; ſinus ſoboles extendit onuſtos:
Sicut in adductos penetrat cum lubrica folles
Aura:cauernoſum ſurgens tumor exit in orbem.
Mirata eſt creuiſſe uterum natura:ſuumq;
Eſſe negauit opus:trepidas ut uirginis aures
Aliger afflauit cœleſti nuncius ore.
Diuulgata polo res eſt:myſteria norunt
Aetherii ciues:Mariæ tunc æthere toto
Nomen honoratum:cœli cantata theatris
Virginitas fœcundia fuit nondum agnita nigris
Manibus:in ſermone Ioui:ſub hypoſtaſin unam
Naturæ cohiete duæ:quæ copula diuos
Gentis in immenſum noſtræ conuertit amorem:
Nec graue cœlitibus fuit ipſa relinquere ſummi
Tecta patris:noſtraq; dies cum uirgine longos

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ducere/& occulti reſerare negocia cœli:
Ipſe puellari forma mentiſq; decore
Lætior accito diuum pater agmine/ſanctos
Alloquitur ciues:circũſtantemq; coronam
Spirituum:alloquio patris exultauit olympus.
Vtq; prius multa ſublimem laude puellam
Extulit illuſtres atauos & nomina clara
Gentis Ieſſææ referens/delataq; cœlo
Sacra:pioſq; animos antiquæ ſtirpis/inanem
Luciferi oſtendit ſedem.contermina ſemper
Regali fuit illa throno/ſceptroq; tonantis:
Tum memorans ueteres rixas primæuaq; bella:
Cur non una omnes habeant habitacula diui:
Diſcretiq; locis habitent:quare altior illos
Orbis habet:cur lunam alii:cur cyprida quidam:
Mercuriumq; colant:cur ſic partitur olympum
Lex æterna/docet:cur ſcandant ſidera mentes
Terrigenæ:quæ nam ratio perſuaſerit illis
Deberi ætherios cœleſtia tecta per orbes
Monſtrat:& hæc dictis poſuit ſententia finem:
Sicut luciferi locus hic ſublimior inter
Eminet æterni numeroſa ſedilia regni:
Sic uirgo:quam parua domus anguſtia claudit
Et Mariam preſſæ monſtrauit acumine uirgæ:
Humanis animis longe eſt præſtantior:illi
Non fati ratio non cœli mobilis ardor
Deſtinat hoc ſolium:ſed lege coercita nullis
Libertas & noſter amor:ſic factus ab omne
Lætitia fremuit cœlum:diffuſa uoluptas
Cœleſtes animos rapuit:ſonuere theatra
Plauſibus:aſſenſu ſuperum uulgata per omnis
Elyſii campos magni eſt ſententia patris.
Temporeq; ex illo ſemper toto æthere uirgo eſt
Angelicis prælata choris:& dignior omni
Agmine ſpirituum:rutilo cyllenia quantum
Marte minor flamma eſt/uel quantum delia triſti
Cædit auo:telluſq; Ioui/Venus aurea Phœbo.
Iunctus erat ſoli trepidæ non immemor helles
Corniger:Orion non exurgebat:& argo
Palluerat:gelidam uergens auriga ſub arcton

Præcipiti curru nitido ſub Apolline tectus
Ibat:& occiderant hiades/hædiq; parenſq;.
Tollere fulgentem medio nox humida curſu
Cœperat egoceron:primiſq; emiſſus ab undis
Spectabat geminos erecta fronte cadentes.

Lena deo mater:fœtuq; animoſa latenti
P Trãs iuga trãs altos ſaxoſa cacumina montes
Se tulit ad ſera fœcundam prole parentem
Cognatamq; nurum partus uiſura beatos:
Virgineoq; ſinu paruum ſtrictura nepotem:
Dumq; uiam carpit pedibus calcata pudicis
Geſtiit immenſum tellus:& dulcia longo
Tempore ſeruauit preſſo ueſtigia dorſo.
Tota uenuſtatem regio mirata decuſq;
Aetheriæ frontis fuſumq; per ora pudorem:
Arriſit procul omnis ager nemus omne uirentes
Exorto iam uere comas curuauit:& ibat
In flores tunc omne ſolum:flagrantia tura
Purpureas paſſim uiolas/& candida paſſim
Lilia fundebant:nitidis e fontibus undæ
Voluebant dulces curſu crepitante ſuſuros.
Aſſyrii colles aſſurrexere:taboris
Se iuga flexerunt:dominam ſpeculatus ab alto
Vertice carmelus caput inclinauit apricum:
Coniferas pinos:& odoriferas cypariſſos
Blandior alternis flectebat nutibus aura:
Aura laborantis tenui ſpiramine circum
Colla ſinuſq; uolans & candida uirginis ora.
Terra ſuas monſtrabat opes & lucidus æther
Nubibus expulſis uultu ridebat aperto.
Crinibus auratis ſolitoq; decentior acres
Sol urgebat equos:terſoq; ardebat olympo.
Qualis erat prima genitor quã condidit illum
Luce deus:quom clara nouis ſplendoribus aſtra
Alta per inſuetos ferent ueſtigia greſſus.
Attulerat ſextum grauidæ iam Delia menſem
Et pleni languebat anus ſub pondere uentris.
Hæc erat hiſmeræ claro ſata ſanguine magni
Zachariæ coniunx:cui nomen Heliſabeth:annis
Iam grauis:hæc longo ſterilem ſe fleuerat æuo.

Oranti tandem diuum data munere proles
Indice porrecto demonſtratura tonantem:
Et lotura ſacro uenientem flumine turbam.
Vt conſanguineas iunxerunt oſcula matres
Mutua:& iniecti ſtrinxerunt colla lacerti/
Grandior afflatu uicini numinis infans
Geſtiit:& ſubito dominum confeſſus honore
Maternam inſolitis concuſſit motibus aluum.
Tunc anus aduentu charæ lætata puellæ
Et ſuccenſa deo dixit/tu ne illa propago
Expectata diu nobis? promiſſaq; noſtris
Patribus? & ſacro uatum celeberrima cantu
Quam mea iam ſero genuit matertera partu?
O decor/o ſummo facies digniſſima coelo
Te tandem terris ſuperi oſtendere:qui ultra
Triſtia primæuæ flemus conuiuia matris?
O ueterum ſpes longa patrum:ſpectabilis almam
Quæ reparas aurora diem/quæ diſtulit ortus
Nox tam longa tuos? quæ cauſa ignota ſub umbris
Hoc illuſtre iubar tenuit? nec protulit ante
Aethereum lumen radios? o quãta ſepultos
Cura tui proauos tenuit.panduntur ab alto
Aethere felices anni:noua naſcitur ætas.
Sidera tu mundo reſeras:tu tartara claudis:
Tu genus inſtauras hominum:profugaq; paterno
Soliq; ab exilio gentem:fortiſſima certe
Delbora/bellatrixq; potens: animoſa uirago/
Quæ ducis Aſſyrii caput atq; fluentia tabo
Colla ſecans pauidos hoſtes dare terga coegit.
Ipſaq; perſarum quondam gratiſſima regi:
Quæ genus ultra ſuum ſummo dedit oſcula ſceptro
Clara fuit/multoq; nitens reſplenduit oſtro.
Hæ ſummum meruere decus laudemq; ſuperbam:
Tu tamen has omnis ſuperas/tu ſæcula portans
Aurea fœminei tollis conuicia ſexus.
Iam deus antiquæ commiſſa piacula fraudis
Ponat:& iraſci terris iam deſinat æther.
Fortunata parens felix quæ uiſcere ſancto
Progenies/ſancta puer/qui clauditur aluo.
Non erit hæc tua uana fides:nec muneris huius

Latorem fruſtra credendum eſt æthere miſſum.
Ipſe pater:qui cœpit opus formabit ad unguem:
Irrita nec tantæ fient exordia laudis:
O me felicem tua q̄ licet ora tueri:
Sicq̄ tuos olim liceat mihi cernere partus:
Atq̄ meo geſtare ſinu:q̄ læta futura eſt:
Quam iucunda dies:quom noſtra tuebimur ambæ
Pignora uerſari ſimul:atq̄ incedere iunctis
Greſſibus/& læta fari & colludere fronte.
Vna ætas ambobus erit:par cura/par æui
Terminus:& uiuent una duo pectora mente.
Quam bene mortali ſuperum clementia morbo
Conſuluit:uulnus uirgo:medicamina uirgo
Contulit:illa necis:dedit hæc primordia uitæ.
Illa tulit belli cauſas:hæc ſemina pacis.
Illa uenenoſæ ſtygiis lactata Megeræ
Vberibus gelido conceptum pectore uirus
Expuit in natos:nigroq̄ afflata colubro
In genus omne ſuum ſpumam eructauit auerni:
Cuius odor poſtq̄ cœlos & tecta tonantis
Attigit/extemplo ualuas offenſa patentes
Numina clauſerunt:totuſq̄ excanduit æther:
Iſta ſalutari totam ſe proluit imbre
Nectarei fontis:uitalia pocula dulces
Ambroſiæ ſuccos plenis crateribus hauſit:
Mellifluoſq̄ bibens latices/quos magnus ab hortis
Helias eois mittit ſe in flumina uertit
Lactea:quæ ſemper plenis currentia ripis
Omne ſolum luſtrant:hæc ad ſpectacula uerſus
Ipſe pater clauſi limen reſerauit olympi:
Vnde igitur mihi tantus honos/unde iſta repente
Gaudia prorumpunt?ut ſemine plena tonantis
Fœmina ſacratos ferat ad mea limina greſſus?
Hæc anus:at ſenior uocis cui clauſerat uſum
Imperfecta fides cano uenerabilis ore
Signa dabat:flexaq̄ dei ceruice parentem
Hoſpitio ſuſcepit ouans:oculiſq̄ manuq̄
Aethera monſtrabat prius/& mox hoſpitis aluum.
Regia parthenice diuino afflata calore
Iucundum cecinit carmen:non leſbia tale

Fœmina:facundi non Teia muſa poetæ
Non ſatus Eumolpho non ipſe œagrius Orpheus
Non ſonuit dircæa Chelis:qua docta ſuperbit
Græcia:qua ſeſe iactat cadmæa propago,
Id quãquã noſtro minus eſt tractabile uerſu,
Subiiciam tamen:& ſenſum non uerba reponam.
Magnifice regem mea mens extollit olympi:
Et deus exhilarat ſancto mea uiſcera plauſu.
Vidit enim pectus ſupplex humilemq; miniſtram:
Ingentiq; meos ueſtiuit numine ſenſus:
Propterea uentura canent me cuncta beatam
Sæcula.namq; modis in me ſurgentia miris
Omnipotens rerum miracula ſuſcitat autor.
Ipſius æterno clementia flumine torrens
In genus omne fluit.ſicut de doridis aluo
Perpetui uoluunt plenis uada curſibus amnes.
Explicuit forti uires:animumq; lacerto
Atq; ſuo elatas diſpergens robore gentes
Eruit excelſos:humileſq; in ſceptra uocauit.
Eſuriem ſaturans inopum:dimiſit inanes
Qui terræ rimantur opes.diuina uidentis
Suſcepit miſerans pueri genus:atq; fidele
Semen:ut antiquis reſponſa parentibus olim
Habraamo natiſq; dedit:proliq; nepotum.
Luna ter umbroſum radiis impleuerat orbem:
Iunctaq; fraternos totiens ammiſerat ignes:
Quom cœtu comitata graui dauidica uirgo
In patriam reduci flexit ueſtigia greſſu.
Humida littoreus iam brachia tollere cancer
Cœperat:anticanis claros abſcondere uultus.
Et iam flaua Ceres campis albebat apricis.
Fronde coronatus matura per hordea meſſor
Ibat:& incuruis ſpoliabat falcibus agros:
Iam longo ſudore madens grauibuſq; flagellis
Robuſtas armata manus:tritura per omnes
Aſſyriæ campos:& dulcia rura coaſpis
Sternebat fragiles calamos:paleaſq; uolantes:
Atque ſub ardenti ſonitum dabat area Phœbo.
Pallida conceptum facies prodebat:& aluus
Maiori ſuſpenſa ſinu:pectuſq; leuatum:

Exili uox clauſa ſono manifeſta latentis
Signa dabant fœtus:nam nec celare tumorem
Cura fuit:nunquã fœcundi pondera uentris
Diſſimulauit agens tenues ad pectora uittas.
Sicut enim trepidare facit mens conſcia culpæ,
Sic animi ſimplex probitas,& cognita uirtus
Efficit impauidum pectus:fugit impius ultro:
Iudiciumq́ pauet:frontem pius audet apertam
Tollere:non regis uultum,non iudicis ora
Non rigidos lictorum enſes formidat:ut acres
Non metuit flammas aurum:non uerbera ferri
Dura potens adamas:nec onuſtæ pondera palmæ.
Arx eſt ipſa ſibi uirtus:ipſa eruit arces:
Ipſa feras hominemq́ domat:non horret inermis
Ire per hoſtiles cuneos.inimicaq́ caſtra.
Hoc externa docent,& noſtræ plurima gentis
Quæ facerent exempla fidem:cur ſceuola dextram
Miſit in ardentes prunas:& brachia flammis
Exurenda dedit:pauor eſt tot millibus unus:
Quem propriis uirtus gladiis armauit & haſta.
Cur tranauit aquas:tiberinaq́ flumina uirgo,
Cui populus ſtatuam poſuit romanus equeſtrem
Chlœlia:quo clypeo tuſcum,quibus enſibus hoſtem
Vicit:ei lorica fuit catapultaq́ uirtus:
Fortior una uiris,ducibus præſtantior una:
Cautior una fuit mulier:cui prouida uirtus
Præſtitit ingentes animos & ferrea corda,
Quom ducis auſa fuit correpto guttura cultro
Stringere:& in patriam caput inſertare tyranni.
Regulus ad libycas iterum freta nauigat arces:
Impauidumq́ ultro caput ad tormenta reportat.
Prætereo Chriſti paſſos immania teſtes
Funera:laurentiq́ ignes:paulíq́ cathenas:
Atque reuertẽtem ſua per ueſtigia Petrum.
Aſpice captiuum Phalaris mandata leonem
Ridere & ciues uerſos in fata tyranni.
Sed quid rem minime dubiam fulcire probando
Proſequimur.nihil eſt uirtute potentius: ergo
Parthenices moniti exemplis:quæ ſcimus olympo
Grata,ſequi ſtudioq́ opus eſt ſeruare tenaci:

Quod ſuperi laudant quid ſi mortalia linguis
Ora uenenatis carpant? ſub iudice cœlo
Viuendum: demens quiſquis mutabile uulgi
Viuit ad arbitrium: nobis concordia diuum
Sola ſat eſt: ſi quando meos deus arbiter actus
Approbat/ indoctæ quid me contraria turbæ
Flectit ab incœpto uitæ ſententia curſu?
Non erat hæc Semele Bacchi/ non ilia mater
Romuleæ gentis/ nec magna atlantias hermis
Maia parens/ danaeue auri deluſa nitore.
Non erat alcidæ genitrix/ nec agenore nata/
Filia nec cæci/ nec ſe mirata iuuencam
Inachis/ illicitos falſo quæ nomine partus
Admiſſumq; ſcelus titulo ueſtiret olympi.
Hæc erat alma parens/ ueriq; inſigne tonantis
Hoſpitium: regis ſuperum immortale ſacellum.
Et quoniam diuum tenuit conſortia ſemper
Pluſquã hominum ſuperis fidens neglexit inane
Iudicium: nugaſq; hominum: miracula uentris
Eſſe dei ſi norat opus cur debuit ullis
Occultare dolis? ipſo quas auſpice cœlo
Debuit inſidias/ hominum quæ bella uereri?
Quas trepidare manus? igitur ſecura tumentem
Ipſa ſub ora uiri ſine fraudibus attulit aluum.
Vir tamen occurres ut uirginis ora reuerſæ
Pallida conſpexit/ tumidumq; exurgere uentrem/
Saucius ut nigro qui neſcius obuiat angui/
Obriguit: gelidum tremuit ſine ſanguine pectus.
Diſſimulat tamen: & ficto tegit ore dolorem.
Quid faciat quo ſe uertat quid deniq; capiet
Conſilii neſcit: ceu quando ignota uiator
Compita defixæ incumbens examinat haſtæ/
Vt iactata ſalo uarios ſecat æquore curſus
Nauis/ & arbitrio uenti bacchatur & undæ:
Nunc ſurgente freto preſſa ſalit ardua puppi:
Nunc ruit in proram: fundoq; illiſa carina
Dat gemitum: reſonant borea inſultante rudentes:
Sic incerta uiri ſecum luctatur: & œſtro
Mens agitata graui curarum fluctuat æſtu.
Dumq; ita concutitur nigri nox humida bigis

Induxit ſomnos:& inertia preſſerat altus
Membra ſopor:celeri quom nuncius æthere lapſu
Venit:& has mira ſimulauit imagine uoces.
Sancte ſenex quæ tanta tuam ueſania mentem
Impulit:ut tantum credas in uirgine crimen?
Pone leues animos:claudiq; ſub illius aluo
Diſce deum:ſicut uirides produxit aronis
Virga carens humore comas:floremq; coruſcum.
Sic ignara uiri diuinum regia uirgo
Semen:& ætherios accepit uiſcere partus.
Cœleſte eſt quod cernis opus:tuq; ipſe miniſter:
Et cuſtos utriq; datus:nato atq; parenti.
Sic maternus honor:ſanctaq; illæſa manebit
Fama pudicitiæ:neu quis temerarius auſit
In caput illius quicquã crudele minari.
Adde q; a ſtygiis neſciri manibus iſtos
Vult deus ingreſſus:occulto tartara marte
Venit & ardentem debellaturus auernum.
His igitur curis liber ne deſpice ſanctum
Virginis os/& dulce decus/moreſq; uenuſtos.
Incipe mentis inops placidi cognoſcere cœli
Munus:& hoſpitio magni lætare tonantis.
Hinc decus æternum referes:hoc munere nomen
Immortale paras:partemq; acquiris olympi:
Crede.fides eſt grata deo:quia credidit ultro
Seminis eſt ueſtri princeps Habraamus:& auctor:
Nil magis auertit cœlum a telluris amore
Quam ſcelus ingratæ mentis:quæ corde maligno
Muneris auctorem nullo dignatur honore.
Propterea ſolymis fatum graue finibus inſtat:
Nam neq; numinibus pro donis uota futuris
Vlla dabunt:ſed dira leues incipia turbas:
Et ſtupor obtuſæ mentis commenta doloſq;
Texere compellet:fraudemq; mouere nefandam.
Tu cœlum:ſuperoſq; petes:multo ante beatam
Virgineos inter cœtus tibi uidimus ſedem.
Infelix quicūq; dies producit in illud
Exicium.patriæ tantas:cui cernere clades
Fata dabunt:phrygiæ celebrata incendia Troiæ:
Atq; numantini ſtrepitus:libycæq; ruinæ:

Et pulchræ caſus ephyres/thebanaq; bella/
Atque ſyracuſii planctus/& quicquid acerb i
Hactenus ardenti mauors exercuit ira/
Excidiis collatum iſtis:tam ſæua futura eſt
Tempeſtas:horrore caret/& mite putatur.
Romanas acies ſolymam deus armat in arcem/
Ingentiq; parat genus hoc abolere tumultu.
Ille ego qui uetui quondam tibi uirginis huius
Concubitus/iſta e cœlo noua nuncia porto.
His abiit dictis:& iam lux prima rubentes
Leucotheæ thalamos luſtrans pallentia noctis
Nubila ſiccabat:ueneriſq; emerſerat aſtrum:
Aſtrum:quo gelidi ueniunt in gramina rores:
Quodq; reuertentem prædicens lumine phœbum
Porrigit exiles umbras:quæ gloria ſolum
Eſt conceſſa tribus/Veneri Phœbo/atq; ſorori.
Talibus admonitus diſcuſſo membra ſopore
Explicat/& largo ſenior conuiuia luxu
Accelerans cogit ciues:& gaudia totis
Læta ciet turbis:ſplendet domus:atria multa
Fronde uirent:agiles curſant per tecta miniſtri.
Dumq; aulæa trahunt/& uerſicoloria tectis
Vela ligant/pueri ſimplex & garrula turba
Apparere procul pendentia brachia tanquam
A thorace cadant/uarios ſine pectore uultus/
Et quaſi trunca uirum mirantur corpora tolli.
Ecce puellaris chorus:& uenerabile matrum
Agmen adeſt:uehiturq; ſeni noua nupta marito.
Non tuba non citharæ decrant:caua tibia cantus
Nunc phrygios nunc meonios nunc dorica uerſat
Carmina:iucundo reſonat uicinia plauſu:
Diſcumbunt:dapibuſq; fames ubi pulſa:miniſtri
Relliquias & cruſta legunt:criſtalina tollunt:
Myrrhinaq;:albentes maculas ubi purpura cingit
Vaſa corinthiacis crateribus æmula:menſas
Sublatis ſpoliant mantilibus:una decore
Præcipuo fuit:occiduus quam miſerat Athlas
Littore de libyco citreæ de ſemine ſyluæ.
Hanc circūdederant uariis ſegmenta figuris:
In quibus elato ſternebat uulnere Sanſon

Allophylos:malamq; manu uibrabat onagri.
Et latis raptos humeris cum cardine poſtes
In montis rapido curſu iuga ſumma ferebat:
Miſſaq; per ſegetes oleaſq; incendia late
Nubem eructabant fumi:cœloq; uolabant:
Mellaq; percuſſi ſtillantia ab ore leonis
Paſcebant heroa:liquor de dentibus ibat
Plurimus:& ſitibunda uiri ſaliebat in ora.
Et ſeptemplicibus ſoluebat brachia uinclis
Ore tonans oculis ardens uultuq; tremendus:
Atq; oculis captus dextra leuaq; columnas
Ruperat:& fractis fuerat domus ardua tectis.
Fulcra toreumatibus ſuberant tornata recuruis
Artis opus tyriæ:prima hæc ſpectacula diſcus
Obtulit:a ſalibus paulatim ad ſeria ſermo
Flectitur:& per facta patrum memoranda recurrit.
Sermo erat antiqui ſenis:inſperata uoluptas:
Et melior fortuna:orbam cui lumine frontem
Rettulit in lucem fellis medicamen aquoſi.
Tempore quo primæ ſurgebant mœnia romæ:
Et numa diuinos ritus & ſacra docebat.
Et duce comperto iuuenis ueniſſet in orbem:
Cui nomen Medea dedit:cum phaſidis agros
Theſſalaq; æſonidæ fugiſſet regna mariti.
Vtq; uir octauus fœlici ſorte puellam
Duxit:& a medo diues remeabat araxe.
Quæq; recedenti natæ mandata parentes
Tradiderant inter lachrymas:iterataq; ſæpe
Oſcula:narrabant:& facto fine quierunt.

PARTHENICES LIBER TERTIVS

AM MARE IAM TELLVS
italo perterrita marte
i Cæſaris imperiũ romanaq; iura ferebat.
Pax erat:& domitũ late placauerat orbẽ
Tuta quies:nuſq̃ litui:nõ arma ſonabãt:
Et ſua bifrontem claudebant limina ianum.
Nudus in herbiſecam redigebat martia falcem
Arma faber:ſegnes fodiebant enſibus agros.

Iam marius cimbros rheniq; ſubegerat arua.
Iulius audaces araris rhodaniq; colonos.
Aemathium Paulus regem/græcoſq; ſubactos
Duxerat inſigni capitolia ad alta triumpho.
Heſperiam/mauros/numidas/libyamq; potentem
Scipiadæ:magnus nilum/ſyriamq; arabeſq;
Hyrcanoſq; ſinus/& pontica regna fretumq;/
Quod phryges & cyllicũ diſiungit ab hellade cãpos:
Vicerat. Euandri colleſm metuebat olympus.
Et tyberim magno pater ennogiſeus honore
Suſcipiens inter nymphas & numina ponti
Ducebat ſeptum:celebriq; in ſede locabat.
Læta Ceres agris cultum referebat:& altum
Fumabant preſſo robuſti uomere tauri.
Auguſtus rerum dominus regna oppida & ipſos
Indigenas redigi in ſcriptis mandarat:& ibant
Cæſareis omnes cenſum nomenq; daturi
Præſidibus.uetetem patriam dauidis Ioſeph
Cum conſorte graui bethlemnica regna petebat.
Iamq; ſuburbanas ædes intrarat/& urbem
Turba frequens complebat:erant plena omnia multo
Hoſpite:& ingenti ſtrepitu:plenæq; ſonabant
Confuſo clamore domus:promiſcua uulgi
Congeries atra ſub apertis nocte iacebant
Porticibus:nulloq; tegi uagus aduena tecto
Iam poterat.ſicut populo cum maximus omni
Pollicitus ueniam ſcelerum poſt quina ſacerdos
Luſtra uocat turbas romana in templa fideles.
Propterea exeſi montis ſub rupe cauata
Ligna ſenex ramoſa ferens ex arbore cæſa
Paruula congeſto fixit præſepia fœno.
Et circum iumenta locans aſinumq; bouemq;/
Fraxinea ſtrauit ſaxoſa cubilia fronde/
Fomiteq; appoſito circum de marmore flammas
Excutit:& claris noctem fugat ignibus atram.
Binaq; ſaxa uiæ lapidoſo ex aggere uellens
Pronus humi duo ſcamna breuem cõuoluit in uſum.
Admotaq; uxore focis ſtridentia poſtquam
Ligna diu lachrymas/nebulaq; humente uapores
Eiecere graues oculis/& libera pulſis

Vndiq; flamma micat fumis/ſpelæa ligato
Claudit:& hybernum prohibet uelamine frigus.
Mox inopem e dorſo cœnam deportat aſelli.
Cantarus & paſſæ cereris cum frugibus uuæ
Carica iuglandes nec non cariotica poma
Et ſiliquæ dulces & parui caſeus orbis/
Deliciæ ruris nocturnæ hæc pabula menſæ.
Vt dapibus ſedata fames:de tempore partus
Colloquium ſubiit:nonum iam currere menſem/
Nataliſq; inſtare dies ut conſtitit:orant
Ante grauaſcentem ne ſarcina deſerat aluum/
Quam patrium limen repetant:notoſq; penates.
Propterea tardæ quantum ualuere ſenectæ
Inualidæ uires Mariæ curam exhibet omnem
Sollicita pietate ſenex:iam languidus ignis
In cineres ibat:leuibuſq; albere fauillis
Cœperat:& blando nutabant lumina ſomno.
Veſtibus explicitis ægra cum coniuge feſſus
Procumbit ſenior:tepidoq; obductus amictu
Stertit:anhellanti ſtertit ſpelunca ſuſurro.
Deciderant umbræ nemorum:ſine crinibus omnis
Arbor erat:nidoſq; auium monſtrabat inanes.
Stabat apex lydi gelida niue candidus hemi.
Taurus hyperboreos albenti uertice flatus
Accipiens hyemem aſſyrias ſpargebat in urbes.
Mœnalon:& rhodopē pholoen:erymāthon:& oſſam
Idæas rupes:apenniniq; cacumen
Exuerat frigus penetrans aquilonis acuti:
Siccaq; brummales urebant arua pruinæ:
Aſtrictiq; citos undis glacialibus amnes
Perdiderant curſus:& clauſæ uitrea nymphæ
Tecta ſubintrabant:tepidis ubi mulciber antris
Conditus hybernat.ſic ſanguine tinctus enipheus
Auſonio:ſic thrax pindo qui labitur hebrus:
Populiferq; padus lacedæmoniuſq; eurotas:
Et tanais:gelida celerem qui diuidit undam
Hyrgis aqua:ſcythicuſq; hypanis:Xāthus/ſymoiſq;
Vix arabes horti:calidæ uix arua ſyenes:
Vix ager heſperidum:uix ipſe uirebat hymetus.
Halcyonis fœtæ uariis noua pignora:pennis

Iam tolli audebant:primoſq; efferre uolatus.
Attulerat medio nox alta ſilentia curſu:
Aſtraq; per tenebras tremulis ardentia flammis
Luſtrabant dubio frigentem lumine terram.
Occiderant ignes:& caligauerat antrum:
Quom ſubito matris clauſa puer æditus aluo
Extulit umbroſam cœleſti lumine noctem.
Aduenere chori ſuperum:promptiq; agileſq;
Dulce miniſterium nato exibuere tonantis
Et dulces cecinere modos.tulit ora repente
Territus hac nouitate ſenex:& ſtrata cubili
Membra leuans pueri numen recubantis adorat.
Iam leuis:& partu nullos experta dolores
Suſtilit infantem uirgo:panniſq; uolutum
In præſepe tulit.iumentorumq; ſub ora
Mitia:ubi tractis alternus anhelitus auris
Spirabat pueri tepidos in membra calores.
Fortunata ambo:atq; omni prælata ferarum
Et pecudum numero:ſeu ſit quæ lactea cyro
Vbera porrexit:ſeu ſit quæ lucet in aſtris
Hirta Iouis genitrix:ſeu ſit:quæ pauit iberum
Cerua ducem.cedant phrygii:qui ſancta leones
Plauſtra deum matris ſubeunt:Bacchiq; miniſtræ
Lynces:& rapidæ truculenta animalia tigres:
Et lupa quæ geminos aluit mauortia fratres:
Quiq; trahunt Martis currus:Phœbiq; iugales.
Vos ſola e cunctis diuini conſcia partus:
Infantiq; deo primum exibuiſtis honorem.
Diſcite primates orbis:qui ſceptra tenetis:
Tegmine qui bifido frontem:qui ſacra rubenti
Tempora uelatis cocco:quibus ora ſuperbo
Inflat honor faſtu:miſeram non temnere ſortem.
Hic puer obſcuri quom primum limina mundi
Attigit:elatæ docuit deponere frontis
Alta ſupercilia:atque humilem ueſtire figuram.
Prima hæc in noſtros obiecta eſt machina mores:
Informemq; iſta reparauit imagine uitam.
Mitia ſic iumenta inter mitiſſima proles
Virginis innocuæ iacet:ad ſpectacula toto
Cœlicolum conuerſa cohors miratur olympo.

Ima caper cœli:cancer ſuprema tenebat:
Et caput attollens ſæcli regina uetuſti
Erigone:iunctoſq; uidens deſcendere piſces
Proſpexit teneros clementi lumine partus.
Sunt quoq; qui ſummum traxiſſe per æthera caudam
Fronte ſub ardenti merſa phlegethonte draconem
Commemorent:geneſimq; uelint feciſſe ſiniſtram.
Sed pia uirgineæ prolis clementia legit
Ipſa ſibi genus id fati:non aſtra tulerunt.
Nam neq; ſublimi dominum qui regnat olympo
Credimus a cœlo in pœnam uiolenter adactum.
Tum quoq; montanis lætum paſtoribus agmen
Diuorum apparens regem clamauit olympi
Quæ rite:qui natus modico iacet abditus antro.
Ite citi:nec uos nox intempeſta retardet.
Candida formoſæ iam pendet ad ubera matris:
Infantem fouet ipſa ſinu:noua gaudia mundus
Accipit:& rerum melior contexitur ordo.
Deſcendit promiſſa ſalus:pia numina mundo
Seruauere fidem:fœlicia ſæcula currunt:
Et cum prole noua cœlo noua labitur ætas.
Pax noua terrigenis oritur:noua gloria cœlo:
Hæc diui:greſſus illi mouere citatos:
Ingreſſiq; lares dulcem uidere puellam
Paſcentem teneros lactenti pectore partus:
Nam iubar immenſum cœlo deduxerat infans:
Illuſtriq; die noctis diſiecerat umbram.
Mirati lucem inſolitam/ſummumq; decorem
Virginis/oſq; uiri ſanctum/capitiſq; uerendi
Caniciem ſacram/pulchræq; ſimillima matri
Pignora uirgineum labris mulgentia pectus
Poplitibus flexis miti ſub imagine clauſum
Numen adorarunt:mox ad ſua ſepta reuerſi
Miſerunt celebrem uicina per oppida famam.
Non erat oleniam fama hæc nutrire capellam
Cretæa ſub rupe iouem:neq; tecta caniſtris
Paſcere cecropias uulcania furta ſorores:
Sed fauſtos ueniſſe dies:ſperataq; multum
Tempora:quæ uates:quæ prædixere ſybillæ
Tempore uoce loco uariis ſat ſenſibus iiſdem.

Diſparitas facit iſta fidem: nam perſica primum
Hæc cecinit: poſt hanc libycæ telluris alumna:
Delphicaq;: & cumas ueniens a chalcide uirgo:
Antiquumq; trahens cognomen ab æquore rubro.
Et ſamia. & regi quæ terna uolumina priſco
Attulit: anguſteq; fretum quam nominat helles:
Et phrygio nutrita ſolo: quæq; ardua tecta
Tyburis & magnæ coluit iuga proxima romæ.
Hæc; cum diuinos cultus: & ſacra pararent
Auguſto cum plæbe patres: tua tyburis arcem
Liquit: & ingentes ueniens ad cæſaris aulas
Fulgentem nitido monſtrauit in æthere circum
Irideq; incluſam parua cum prole parentem.
Atq; manum tendens uultuq; ad ſidera uerſo
Ille puer deus eſt inquit: tu deſine Cæſar
Velle coli: pueroq; aras: & templa relinque.
Ille regit cœlos: atq; immortalis olympi
Poſſidet imperium: & fatalia temperat aſtra.
Ille facit pronam tauri incandeſcere frontem.
Et titanis equos ad aquatica brachia cancri
Flectit: & ardentem ſub uirgine temperat æſtum.
Atque ſuas ſeruare uices uaga ſidera iuſſit.
Chironem torpere gelu: caprumq; niuoſis
Imbribus: & glacie ſtrictos requieſcere campos.
Meſſibus æſtates: hyemem niue: purpureum uer
Floribus: autũnum pomis: & frigibus implet:
Caſmataq;: & terræ motus: uentoſq; ſonantes:
Imbriferaſq; facit nubes: fulmenq; per ipſa
Nubila contorquens uiolentos excutit ignes.
Ille fretum leuat: ille premit: uitaq;: necisq;
Lora tenens: ſuperis leges imponit: & orco.
Tu ſceptrum mortale geris: nec ſerica nondum
Regna: nec eoæ nouerunt litora terræ:
Nec ſcythiæ glaciale fretum: neq; conſcia nili
Principio tellus: nec inhoſpita rura ſyenes:
Parua breui te roma ſinu concludit: & audes
Te ſuperis æquare: uiamq; ad ſidera tentans
Tendis ad obſcuræ pallentia flumina lethes.
Pone precor cæſar faſtus auguſte ſuperbos:
Teq;(licet tractes uaſtæ telluris habenas)

Eſſe ſub immenſo poſitum reminiſcere ſummi
Principis imperio:cui rerum æterna poteſtas.
Hæc ait:& patrios petiit ſic fata penates.
Iam puero iuxta mores:legemq; paternam
Nomen:& indigenæ dederant inſignia gentis:
Membraq; pertulerant cultros recurua cruentos.
Quom nouus eoo criniti ſideris ardor
Mouit ab orbe magos:qui uel quia forſitan aſtrum
Ante diem partus multo uidere:uel ipſa
Quod iumenta magis curſu uenere citato:
Immenſum paucis iter exegere diebus.
Herodis monitu poſtquam monſtrata tonantis
Tecta ſubingreſſi:puero tria dona dedere.
Ad perſas aliud per iter rediere colonos.

Atq; quater decies croceos titonia coniunx
i Extulerat uultus:poſtq̃ lucina beatos
Miſerat in lucem cœleſtia ſemina partus.

Cepheus occiderat:iam ſol luſtrabat aquari
Vicinas aquilæ partes:ueriſq; redibat
Temperies:zephyros pulſis aquilonibus atlas
Soluere tentabat:cœliq; aperire decorem.
Regia poſt partum uirgo:quæ limina nunquam
Liquerat:& breuibus tectis abſcondita nondum
Venerat ad ſolymas arces:altamq; ſionem:
Peruigil ante diem petiit cum prole:uiroq;:
Et cum pauperibus donis ſalomonia templa.
Munus erat ueteri gentis de more pudicæ
Turturis:aut paphiæ duo pignora parua columbæ.
Iſta ſacerdoti ſolymæ paupercula matres
Munera pro natis deferre in templa ſolebant
Luce quaterdecima:minor hæc tamen hoſtia:maior
Agnus erat:lex ipſa noui poſt tempora partus
Ante maritales thalamos intrare negabat.
Tum meritis longoq; ſenex uenerabilis æuo
Et claro Simeon uultu niueaq; decorus
Canicie pluſquã grauitas anniq; ſinebant
Solicito greſſu tellũ properabat in ædem.
Sanctus enim qui munda ſolet per pectora labi
Spiritus:inceſſu celeri ſimeona ferebat:
Vt uoti fieret compos:matriq; futuros

Euentus rerum caneret:ſæuoſq; dolores:
Ne collata ſibi forſan myſteria uoluens
Effflueret faſtu pectus muliebre ſuperbo.
Hunc deus aſſiduis orantem fletibus olim
Audierat tandem:& noctis reſponſa per umbram
Tradiderat:non ante ſui uectura ſepulchri
Funera:q̃ fracto deus illuceſceret orbi:
Inciperentq; nouæ noua ſæcula currere gentis:
Hic igitur dulcem materno a pectore natum
Accipiens lætis animis:& fronte ſerena
Dulce deo carmen:meritaſq; exſoluere grates
Cœpit:& ex alto miſſam clamabat olympo
Progeniem:& priſcæ ueniſſe piacula culpæ:
Et ſic fatidicis ſoluit ſua uocibus ora.
Iam mea ſancte pater fueras uelut ante locutus:
Vltima pacifico concludis tempora fine:
Nãq; ſalutarem partum tua maxima dona
Vidimus his oculis:his ſuſtentauimus ulnis.
Immenſam referas lucem:populiq; ſub ora
Mittis:ut omnigenas cœleſti lumine gentes
Clarificet:creſcatq; tuæ noua gloria plæbi.
Tum matri conuerſus ait:tua pectora uirgo
Langor:& ingenti dolor implacabilis ictu
Stringet agens altum mœſta in præcordia uulnus.
Tu genitum flebis:pluſquam fleuere ſorores
Heliades fratrem:pluſq̃ uaga luxit oſirim
Vxor:& Andromache paruum Aſtyanacta:Cereſq;
Progeniem a nigro raptam Plutone ſub umbras.
Heu miſeram Halcyonem uideor triſtemq; uidere
Theſea per chios Ariadnam quærere campos:
Tantalidem fletu lachrymis Ciſeida uinces.
Sed patere:& forti tolerans mente omnia ſerto
Mercibus his emitur cœlum:taliq; petuntur
Aetherii portus:& uitæ littora uento.
Ipſe tibi uires deus impluet:ipſe cadentem
Eriget:& tecum caſus comes ibit in omnis:
Et tandem lachrymæ in riſus:in dulcia mœror
Gaudia tranſibit:toto ueneraberis orbe,
Terrarum & ſummi regina uocabere cœli:
Ipſe ſalutari ſocios ubi lauerit olim

Amne puer/noſtrumq; ad ſe genus omne uocarit/
Terrigenæ tibi ſacra ferent.tibi candida ſeruat
Saxa paros:tibi thura legunt adolenda ſabæi.
Ipſe tibi largos dudum carmelus honores
Cogitat:& natos felicibus educat antris/
Qui tibi perpetuam niueo teſtentur amictu
Mundiciem:montiſq; tuum cum nomine nomen
Aeterna compage ligent.tu mundior auro:
Tu niue candidior:Veneris tu clarior aſtro.
Nec tua uirginitas partu uiciata:nec ullis
Iſte tuus poterit maculis nigreſcere candor.
Propterea nec ad hunc fueras obnoxia morem
Legitimum:& iuſte poteras his parcere donis.
Tempus erit:quo ſera olim noſtri memor ætas
Hæc ſacrum ſolēne die tibi ponet ad aras:
Luminaq; ornatæ longo feret ordine pompæ.
Tunc tuus aurata gradiens in ueſte ſacerdos
Carmina noſtra canet:nubemq; effundet odoram
Templa per:& gratum rapiet procul aura uaporem.
Et quoniam ueſtris mea ſunt ueſtigia plantis
Obuia:poſteritas hanc appellabit hypantem
Voce diem graia:crebriſq; erit ignea tædis.
Hæc ſenior uates.eadem præſaga canebat
Aſſidue:& repetens turbas uulgabat in omnes
Anna/deo quæ longa ſui ſacrauerat æui
Tempora.non illam noctes excedere templo
Non cogebat hyems:non ignea ſolibus æſtas:
Cunctaq; ſub memori ſeruabat pectore uirgo.
Aec igitur famæ nouitas:cœliq; per altos
h Incedēs tractus/uultu noua flamma coruſco
Inuidiæ ſtimulis:odiiq; ardente ueneno
Succendere animos regis:mentemq; ſuperbam.
Rex erat herodes ſolymis de ſanguine cretus
Gentis idumeæ:ſceptrum Iudæa propago
Perdiderat:ſæuumq; ferens inuita tyrannum
Ammiſſos regni ueteris plorabat honores.
Ipſe igitur regis metuens hæc ſigna futuri
Protinus innocuo betlemica rura cruore
Tinxit:& effuſa ingenti per tecta:per agros
Cæde/domos lachrymis impleuit:& æthera planctu

Mœrentes erebi campos inſontibus umbris:
Sed neq; quod ſcelus infelix tentauit:adeptum eſt.
Nam uigilante leui dederat pater iſta miniſtro
Quæ ferret mandata ſeni:cui tradita dudum
Cura noui partus fuerat:teneræq; parentis.
Subtrahe uenturo puerum matremq; periclo:
Et pete niligenas:cladem:& ſæuiſſima iuſſa
Rex parat infanti:ſparſo iam rura natabunt
Sangiune:de matrum ſinibus ſua pignora miles
Auferet allidens teneras ad marmora frontes:
Atq; in fruſta ſecans paruos crudeliter artus
Sparget:& ingenti reſonabunt omnia luctu.
Territus hoc monitu ſenior/uicina petiuit
Regna phari:& libycis conterimina ſyrtibus arua:
Hermopolimq; domum totam perduxit in urbem:
Mox theben/quondam portis celeberrima centum
Mœnia penſilibus tectis:templiſq; deorum
Claruit.imperium quom rex buſiris habebat.
Dehinc memphitis agros:feriunt ubi ſidera celſæ
Pyramides:opus æterna memorabile fama.
Hic tandem hoſpitio patrii ſuſceptus amici
Artifices uerſare manus:uictumq; labore
Rimari:& duræ ſtuduit ſuccurrere ſorti.
Vtq; erat ingenio præſtans:uſuq; peritus
Aſſiduo:& quoniam rebus ſolertia maior
Semper adeſt miſeris:animumq; exercet egeſtas:
Virtutis non pauca ſuæ monumenta reliquit.
Ipſe miron laudaſſet opus:laudaſſet & ipſe
Praxiteles:nec phidiaco ceſſiſſet honori.
Seu ferrum:ſeu mallet ebur:ſeu ſculpere cedrum/
Promptus erat:tabulis omnes inſcripſit ahenis
Arſacidas:Parthoſq; duces:& gentis achiuæ
Cecropidas:& qui regni tenuere latini
Littore murranos:poſt quos troiana propago
Syluius albana ſtabat cum prole:ſedenſq;
Auguſtus cum patre alto ſublimis in auro.
Et ptolemæorum ſeriem:nilumq; per agros
Aethiopum curuis uoluentem flumina ripis.
Finxit:& excelſam nocturna lampade turrim
Aequore lucentem phario:ſparſaſq; regentem

Tempeſtate rates:& feſſos turbine nautas.
Hoc fabri ſenioris opus:nec uile recepit
Hoc opere ex tanto precium:paruamue peculi
Congeriem:his ſtudiis uitam exiliumq; trahebat
Lætius:& magno uictum quærebat alumno.
Tum romæ parebat ager memphiticus:olim
Diuitis ægypti ſceptrum ptolemęa propago
Geſſerat:at regni princeps:ac ſeminis auctor
Vnus Alexandri comitum fuit:ipſe potentem
Perdomuit libyam:circũq; iacentia regna
Cyrenes:arabumq; protul læta arua ſubegit.
Mox tantas philadelphus opes patre digna propago
Suſcepit ſophiæ ſpecimen:clarusq; Mineruæ
Cultor:& imperium tenuit cum fratre cerauno.
Stirps extrema domus tantæ Dionyſius æuo
Et uirtute minor:nec nomine dignus auorum:
Omne ſuæ gentis decus obſcurauit:& uno
In ſcelere extincta eſt longæuæ gloria laudis.
Hic fuit extinctor magni:qui cæſaris arma
Fortunæq; graues fluctus pro ciuibus,& pro
Libertate tulit patriæ:qui numina:ſi non
Et cœlos fortuna negit:poſt fata dediſſe
Attria crediderim ſtygiis minus aſpera campis.
Tunc erat hermopoli foliis:pomoſq; ſalubri
Vtilis ægrotis arbor:quæ uirgine uiſa
Pignore cum paruo ſummum flexiſſe cacumen
Fertur:& occulti numen ſenſiſſe tonantis.
Hæc erat a medis arbos tranſlata colonis
Perpetuo frondens:& medica mala ferebat
Parthenices primo ingreſſu ſimulachra per omnem
Legimus ægyptum ſubita cecidiſſe ruina:
Et colliſa ſolo iacuit reſupinus annubis:
Cornibus auratis ſolio ruit iſis ab alto.
Occidit extemplo luctu quæſitus oſiris.
Sicut cum trepidi per cœca ſilentia fures
Noctis eunt taciti,uigilantq; ad furta,repente
Si denſas abigat lux improuiſa tenebras,
Diffugiunt:lucemq; timent:ceduntq; diei.
Attoniti uates illis reſponſa diebus
Nulla dabant:ſtabatq; oculos immotus aruſpex.

Sparſa ſacerdotes timido legere deorum
Fruſta miniſterio:cœpit tunc perdere uires
Cœca ſuperſtitio:ueriq; exurgere patris
Cultus:& occulto ſuperum latrea fauore.
Quo ſtudio natum:qua ſollicitudine mater
Sancta quibus curis:& qua curauerit arte
Non ſi mille mihi boreas inflauerit ora:
Milleq; ueloces ſurgant in carmina linguæ:
Expreſſiſſe ſatis liceat:tollebat in ulnas
Et figens oculis oculos præcordia flammis
Dulcibus urebat:teneros amplexibus artus
Stringebat lachrymans:roſeæ dabat oſcula fronti:
Vbereq; exerto dulcem inuitabat ad eſcam
Expertem ſermonis adhuc:nec uerba ualentem
Soluere progeniem:ſummoq; ardebat amore.
Quom primum dulces infans proferre loquelas
Cœpit:& alternis ueſtigia figere plantis:
Mater ei tunicas habiles ordita: nouumq;
Veſtis opus:niueo puerum uelauit amictu:
Suſpicienſq; polos inquit:date numina ueſtri
Incrementa meæ:pueri cum corpore ſemper
Creſcat:& ad ſanctos ultro ſe accomodet artus.
Non gladium:tineamue ferat:non trita ſenectæ
Cędat:& hæc noſtri durent monumenta laboris:
Sic ait.& tenui gaudentem cyclade natum
Spectabat defixa oculos:dextraq; regebat
Ambiguos greſſus.in pignore prouida ſemper
Sollicitæ mens matris erat:pia uoluere uerba
Et ſuperum laudare patrem ſtudioſa manebat:
Atq; manu uictum quærens:ſub paupere tecto
Aſſiduum tractabat opus:non mobilis illi
Frons erat:aut ſubito pectus mutabile motu.
Grata ſed illius mentem uultumq; decoro
Pondere firmabat grauitas:non mœſta nec atrum
Torua ſupercilium:nec aperto effuſa cachino:
Sed clara & miti facies condita lepore:
Non ridens:non triſtis erat:ſed miſtus utroq;
Vultus humiq; oculos ſemper conuerſa nitentes
Offuſcare decus:uiuamq; abſcondere formam
Cura fuit:ſemper uulgus.manifeſtaq; ſemper

Compita:congreſſus hominum uitauit & ora.
Gaudia natus erat:natus ſolatia:natus
Curarum lenimen erat:matri iſtá uoluptas
Sola fuit:terram membris habitabat:olympum
Mente:nec a ſtudiis potuiſſet talibus unquam
Diuelli:pietas imis immerſa medullis
Hæſerat:& firmas uirtus incocta ſub alto
Pectore radices pulſa undiq; ſorde per omnes
Spargebat late ſynceri corporis artus.
His ſuperaddiderat diuinæ ſemina lucis:
Cœleſtiq; pater totam luſtrauerat igne.
Non illam terrenus amor:non ulla caduci
Cura boni:non ſpes uitæ:non triſtis imago
Horriferæ mortis:nec honor:nec fama mouebat.
Hic fuit a prima ſeruatus origine ſemper
Viuendi modus ad gelidi nigra uſq; ſepulchri
Limina:ſicut enim aſſiduis quæ uapulat undis
Dura ſilex immota manet:nec murmura ponti:
Nec metuit uentos tempeſtateſq; ſonoras:
Quoq; magis premitur:tanto fit leuior æſtu:
Sic inconcuſſum firmato robore pectus
Fortunæ quaſcunq; minas:quoſcunq; labores:
Aerumnaſq; tulit:patiens terit omnia uirtus.
Aegyptus pluuiam neſcit:ſed lata quotannis
Cum premit æquoreï ſol humida brachia cancri
Arua rigat nilus:uerum his fœcundior annis
Exiit:& campos melioribus imbuit undis:
Largius & ſegetes illis & poma diebus
Protulit omnis ager:præſentia numina tellus
Senſit:& illius radiis fœlicibus æther
Intima maiori compleuit uiſcera partu.
Iam ferus herodes fato ſublatus ad undam
Raptus erat ſtygiam æterna cruciandus Erinne:
Et poſt prima fuga: iam ſeptima uenerat æſtas
Tempora:iamq; pedes puer exercebat:& ora
Rectius:& formæ dulci florebat honore:
Quom diuis iterum galilæa monentibus arua
Ocyus ægypti laribus petiere relictis:
Nec bethelem tetigere domos:nec rura ſionis:
Archeleos nam tunc ſolyma regnabat in ora

Natorum primi herodis ſæuiſſimus:illo
Poſt luſtrum expulſo:dulci cum pignore mater
Longæuuſq; ſenex ad primi maxima ueris
Orgia:quom typico faciunt ſolemniter agno:
Conuenere.puer ſubitæ ſeſe abdidit umbra
Nubis ab aſpectu matris ſublatus:in alta
Templa ſacerdotes inter:legiſq; magiſtros
Mirantem uario tenuit problemate turbam.
Tres illum gemebunda dies:tres anxia noctes
Agnatos notoſq; inter per rura:per urbem
Cum tremulo conſorte parens quæſiuit:& auras
Quæſtibus impleuit:lachrymiſq; tepentibus ora:
Sæpius hæc iterans:magni mi nate tonantis
Progenies:ſi terram habitas:te oſtende parenti:
An potes ardorem hunc afflictæ ſpernere mentis?
Si cœlos:æterna patris ſi regna petiſti:
Me quoq; depoſitis in ſidera collige membris:
Vel uiuam me tolle precor:quo ueneris:æquum eſt
Me quoq; nate ſequi:tuus eſt ex ſanguine ſanguis:
Ex membris tua membra meis:ex corpore corpus:
Quod totiens alimenta dedit tibi lactea pectus
Ferre potes tantis curarum molibus angi?
Tertia lux aderat:quom ſe quærentibus ultro
Obtulit:& media ſe ſe monſtrauit in æde.
Tunc illum formoſa parens amplexa quid inquit
Nate tot in lachrymas tanta in ſuſpiria mittis
Me miſeram?triſtemq; uirum?tum lumina tollens
In matrem genitus dulces ſe miſit in ulnas.
Et poſt ter ſenas hyemes:quom ſydera capri
Linqueret hydrophoro iuueni uicinus Apollo
Cœligenam ſobolem placido ſermone precata eſt:
Tethyos ut latices dulci mutaret iacccho:
Albaq; purpureos aſſumeret unda colores:
Ornaretq; nouo conuiuia ſancta liquore.
Tum primum ueteri deus innoteſcere mundo
Cœpit:& antiqui nebulas excludere ſæcli:
Propterea ſtygio feruens iudæa furore
Terribiles illi pœnas:commentaq; fraudis
Struxit inauditæ:ſub iniquo iudice tandem
Damnatum fixere cruci:quem pallida mater

Contemplata diu ſtetit:& ſuſpiria ducens
Cum uellet clamare/ſonus non affuit ori.
Ploranti lachrymæ deerant:cum tangere corpus
Tentat:& ad triſtes extendere brachia plantas:
Phydiacæ ſimilis ſtatuæ ſine ſenſibus hæſit.
Corda ſopor gelidus clauſit:caua lumina nubes
Texit:& ammiſſo ceciderunt robore membra
Aſt ubi collapſam famulæ/comiteſq; leuarunt
Atq; fatigatos ſenſim uigor imbuit artus:
Conuerſo ad natum tales dedit ore querelas.
O decus:o placidum diuinæ frontis honorem:
O faciem:o mitis clementia lumina uultus:
O ſine fraude manus:o neſcia criminis ora:
Ora meo totiens gremio inclinata: meaq;
Contrectata manu totiens:primiſq; ſub annis
Hoc miſero nutrita ſinu:geſtata lacertis
Membra meis totiens:ſummoq; ex æthere miris
Lapſa modis:quæ me facitis ſine coniuge matrem.
Non ego uos:& ſi ſimeon crudelia fata
Præcinuit:tanto credebam nata dolori:
Nec paritura mihi tantum mœroris:& auſus
Eſt quiſquam ſcelus hoc ingens?non horruit ergo
Mens humana nefas tantum?quid criminis in te:
Nate:quid & tantæ potuit quis fingere culpæ?
Tanta ne lætheos manes audacia mouit?
Tanta ne terrigenas homines dementia preſſit?
Hoc liuoris opus.tantas amor improbus auri
Parturit inſidias:hæc ſunt dulciſſima proles
Quæ te:meq; necant:ſceleri ſcelus arma miniſtrat:
Iuſtitiæq; ratis duplici perit obruta uento.
Flete uiri:ſanctæq; nurus:nulla audiit ætas
Par facinus:perit humana ſub imagine mundi
Conditor:ipſe cauum cœli qui ſuſtinet axem.
Terra quid auctorum ſceleris ueſtigia portas?
Auctorem cognoſce tuum:date ſigna doloris
Sidera:damnatus iuuenis ſub iudice falſo:
Adiutore carens:inter furibunda relictus
Agmina:ſolus:inops:plantas:caput:ora:manuſq;
Saucius:& duro traiectus pectora ferro:
Vnica deſertæ ſoboles:ſpes unica matri

Heu moritur:uirtuti honor hic:hæc præmia dantur
Moribus innocuis? prohibe tua lumina titan.
Abde caput nebulis:aer precor indue noctem:
Omnia:quæ cœli gremio capiuntur:& ipſi
Si deus hic uobis:Mariam miſeraſcite cœli:
Et plorate mei mecum crudelia nati
Funera:lugubrem domini cognoſcite caſum.
Veh populo:patribuſq; tuis ſanctiſſima quondam
Nunc ſcelerum ſentina ſion:tua crimina quantis
Te implicuere malis:unum quot funera funus
Parturiet:lux una omnes peſſundedit annos.
Nate dei:qui fers humana piacula ſolus
Me affligi ſimul:atq; tuos ſentire dolores
Cogit amor:natura iubet:mihi ferrea plantas
Spicula:mortiferæ penetrant mea pectora ſentes:
Cordaq; dilaniant:miſeros uix ſuſtinet artus
Spiritus:atq; utinam tecum mihi nate liceret
Afflictos finire dies:& cędere uita.
Omnia te nobis melius præſente ferebam:
Sed poſtq̃ te liuor edax:& auara cupido
Oppreſſere:nihil supereſt niſi triſte & amarum.
Nulla meis ſine te ſolatia,nulla uoluptas
Rebus erit:tecum pereunt mea gaudia tecum
Omne meum ſolamen obit:ſuſpiria tantum:
Singultuſq; mihi ſine te:& lamenta ſuperſunt.
Ah q̃ dulce foret matri:ſi uiribus uſus
Nate tuis propriæ fugeres diſpendia uitæ.
At poſtq̃ pietas:& inenarrabilis ardor
Tanta pati:tantoq; premi te pondere cogunt:
Eſto mei ſaltem memor:& miſerere tuorum:
Quos moriens inter tam ſæuos deſeris hoſtes.
Poſtq; tuos matrem reditus mi nate reuiſet:
Et ne adeo magni teneat te cura parentis
Vt tibi deſertæ ſubeant obliuia matris
Aduentus ſperare tuos concede parenti:
Atq; tuos iterum uultus:atq; ora tueri.
Hæc mihi ſpes lenimen erit:curaſq; leuabit
Iſta fides:oro ne poſt tua funera linquas
ſuſpenſam me nate diu:ſed te ocyus ipſum
Redde tuis:hoc materno da munus amori.

Spes eſt longa dolor:promiſſaq; munera amanti
Expectare diu labor eſt:& pondus iniquum.
Hactenus & ſi me caſus timor iſte futuri
Ambiguam premeret:tua q; tamen ora licebat
Cernere:me uitæ nunq̃ tedebat:& omnem
Tollebat tua ſola ſalus mihi cognita curam.
Vita mihi ſemper poſthac inuiſa futura eſt.
Nulla dies lachrymis unquã gemituq; carebit:
Et uiuam moriens:erit & uita ipſa ſepulchrum.
Sola domo incerta lucem pręteſa latebo:
Propterea prohibe iſtius me nate teneri
Exilio uitę:finemq; impone doloris
Atq; dies præcide meos:neu deſere matrem
Hoſtiles inter turbas:plæbemq; cruentam.
Ad noſtros ubi uictor auos ſub nocte latentes
Veneris:oro meum iubeas ſaluere nepotem:
Illum ad me duc nate precor:tecumq; reſurgat.
Interea ipſa tuos comites ſolabor:& iſtos
Ne nimium caſus timeant:ſtudioſa rogabo:
Talibus ægra parens ad natum uocibus uſa eſt.
Hæc lamenta ſolum mouere tremoribus alpes
Expreſſere metum:colliſaq; ſaxa per auras
Terrifico ſtrepuere ſono:titania lampas
Occidit extemplo:medioq; expalluit axe:
Aſtra ſimul ſolemq; dies ammiſit:olympum
Aequora tellurem ſubita nox abſtulit umbra.
Ipſa repentinos rerum natura tumultus
Admirata caput circũuertebat:& orbem
Perluſtrans tantorum operum diſcernere cauſas
Non ualuit:ſacroſq; leuans in ſidera uultus
Numina mutato dixit mea regna laceſſunt
Ordine:grande aliquid tantis elementa fatentur
Motibus:aut ſuperos iterum diſcordia uexat:
Aut opus immenſum cœlo deus euocat:ingens
Inſolitumq; aliquid certe hæc portenta loquuntur.
Signa dedit tellus:ut bene uertat:& aſtra.
Hæc attonitæ cæca caligine gentes
Merſa ſub æternam timuerunt ſæcula noctem
Fletibus his aderat iuuenis:qui ſponte relicta
Coniuge dilecto uoluit comes ire magiſtro:

Hunc igitur cum iam traheret ſuſpiria Chriſtus
Vltima/& urgeret ſupremus anhelitus ora:
Singultire uidens fleuit:paulumq́ꝫ leuatis
Luminibus:comitum dixit chariſſime ſalue:
Quem neq́ꝫ blanditiis potuit mollire uoluptas:
Non terrere minæ:non inclinare labores.
Nunc habeo grates:referamq́ꝫ fideliter olim:
Quod mea pręttuleris uiridi conſortia uitæ
Solus & in caſu comes es mihi ſolus acerbo.
Morte premor.dare poſtremis mandata loquelis
Pauca ſinor:fuit hæc/licuit dum uiuere/nobis
Sed poſt hac tibi mater erit:tibi nanq́ꝫ relinquo
Et curam & nomen nati:ſeruabis amorem
In matrem ſobrinæ meum:poſſeſſor & hæres
Ipſe meæ pietatis eris:per ſaucia teſtor
Brachia:per plantas:capitiſq́ꝫ aſperrima ſerta
Huic miſeræ fer opem uiduæ:mox fronte parumper
In Mariam uerſa:tua ſint hæc pignora/dixit
Hic mulier tibi natus erit:ſolabitur ægram
Atq́ꝫ operam rebus dabit officioſus agendis.
Viue:nec aduerſos inter/te deſere caſus
Nec fugias mala nec quæras:uenientia ferto.
Sic fatus poſuit faciem:de fronte loquentis
Pallida confuſus lachrymis cruor ibat in ora.
Talibus admonuit matrem ſine nomine matris:
Ne materna pium laniaret uiſcera nomen.
Suſcepit iuuenis grate:matremq́ꝫ amitamq́ꝫ:
Et ſatis officio fecit nati:atq́ꝫ nepotis:
Donec perfidiæ creſcens audacia paſſim
Caſtra dei genus electum peregrina coegit
Littora:& ignoti noua regna inuiſere mundi.
Tunc omnes patriam:& ſolymos liquere penates
Morte:uel exilio pulſi.robuſta diſerti
Tum Stephani pietas inter uolitantia ſaxa
Enituit:templi præceps Iacobus ab alto
Culmine deiectus fractis ad marmora membris
Teſtis:& exemplum fidei immortale reluxit.
Poſt longos tandem gemitus:poſt funera natum
Prima reſurgentem uidit mam conſcius ipſe
Materni mœroris:auos ubi traxit ab orco:

Mane ſub auroram ingenti cum luce parentis
Tecta ſubingrediens:quid tot ſingultibus inquit
Chara parens:quid te fletu conſumis acerbo?
En tua progenies adſum:mecumq; nepotis
Vmbra tui:cognoſce manus:ueteremq; figuram
Oris:& iſta tuis mea membra ſimillima membris
Cur tantos noſtro ſparſiſti in funere planctus?
Ipſe tuas grauius uoces:animiq; dolorem
Quam tormenta tuli:ſed iam aſpera cuncta peregi:
Nil ſupereſt mortale in me:nil triſte relictum.
Vicimus infernos gentemq; ſubegimus atram.
Pone metus:curaſq; parens:hilariq; beatum
Fronte diem celebra:paruo poſt tempore mecum
Immortalis eris:ſceptrumq; tenebis olympi:
Sic fatus ſubito tenues diſceſſit in auras.
Hoc uiſu rediere animi:uireſq; reſumpſit
Parthenice ammiſſas:per eburnea membra cucurrit
Purpureus color:& formæ reuocauit honorem.
Sicut cum rapido noua gramina perculit æſtu
Phœbus:& egregium calor abſtulit oris honorem
Si nouus humenti labatur ab aere nimbus:
Et ſcatebris riget omne ſolum:uetus intrat in herbas
Robur:& agrorum redit inſtaurata uenuſtas:
Narciſſi caput extollunt:peneia ridet
Laurus:& exultant hilares per rura napeæ.
Ipſa aderat quom nube deus circundatus alba
Iuit in ætheriam ſociis mirantibus arcem
Et quom flammiferæ uenit ſub imagine linguæ
Spiritus ingenti reſonans per tecta fragore.
Tum noua paciferæ fidei mandata ferentes
Diſcipuli ſolymis orbem inuaſere relictis.
Tempore nanq; illo uires atq; arma quiritum
Humanum uidere genus:ſed inermia Chriſti
Caſtra deos:ueteres auſus imitata gigantum.
In uidua deſerta domo rerum indiga uirgo
Coniunge defuncto:natoq; in regna recepto
Ducebat triſti uitam mœrore iacentem.
Iam charas olim comites Martham atq; ſororem.
Eurus ad occiduum tulerat ſine remige littus.
Propterea amiſſi quærens ſolatia nati

Palladiæ collem dederant cui nomina ſyluæ,
Et loca:quæ curare magis quondam ille ſolebat:
Aſſidue tanquã prolem uiſura petebat.
Impatiens amor eſt:maioraq; uiribus audet:
Seq; reperturum credit quæ ardentius optat.
Inter cæſareas arces tyrioſq; colonos
Et uada iordanis frontem carmelus in auras
Tollit:& aſſiduos latices in uertice ſummo
Parturiens ſyluas ſalientibus irrigat undis:
Atq; ſupercilio ſenſim demiſſus ab alto
Vltima carpathium ueſtigia mittit in æquor:
Abluiturq; fretis,paphiæ quibus inſula diues
Cingitur:& pharios uidet alto a culmine fluctus:
Illinc perpetuis:ceu miſſi e fontibus amnes
Relligio:& ſacri fluxit reuerentia cultus.
Quicquid habent alii montes pietatis,ab iſto
Ducitur.hac una plures e uite racemi
Diffuſi late terras:atq; æquora complent.
Hinc cartuſiacis æterna ſilentia clauſtris:
Hinc uarias benedictus oues collegit:ab iſto
Canabe nodoſa tunicas arcere fluentes
Lignipedes didicere uiri:quiq; arua colebant
Inuia:& aſſiduo terras ardore calentes:
Et quos cyriacus de litore uexit iberon
Hinc orti:ſanctum & ſummo genus æthere dignum:
Hinc noſtri uenere patres:habitacula montis
Culmen adhuc ſeruat toto apparentia ponto:
Quæ noſtri poſuere ataui.modo poſſidet hoſtis
Barbarus:expulſæ ſolem petiere cadentem
Arctoaſq; domos:& gentis regna latinæ
Relliquiæ antiqui generis:uarumq; propago,
Quæ ferrugineos humeris circũdat amictus
Veſte ſub albenti:nec ſumit ab arte colorem.
Huc igitur ſi quando quies:uacuumq; negoci
Tempus erat,ueniens curas lenibat:& ipſa
Maieſtate loci large oblectata redibat.
Propterea montana uiri ſpelæa colentes
Audito illius fato ſublime ſacellum
Apricis poſuere iugis primi:atq; quotannis
Sacra inſtaurantes hymnos,& tura ferebant.

Nāq ipſi ſeſe:mox ut uulgata ſalutis
Fama fuit:Chriſti magnis iunxere miniſtris
Fautores operis ſancti:ſocioſq; laborum.
Propterea iſtorum longos ſeruata per annos
Poſteritas iungit Mariæ cum nomine montis
Nomina carmeli:niueoq; inſignis amictu:
Perpetuum ſeruat priſcæ pietatis honorem:
Hos quoq; uirginei penes eſt reuerentia cultus
Præcipua ſeruata fide:uelut Herculis olim
Sacra poticigenæ cuſtodiuere nepotes.
Hoc deus:hoc magnæ Petri qui præſidet aulæ
Paſtor:& æternis orbem moderatur habenis
Sæpius accitis patribus ſacroq; ſenatu
Sanxit:& æra notis ſignata bifrontibus extant.
Paſtor in Antiochi celebres ignatius agros
Venerat:& ſacros Petri ſortitus honores
Sancta per aſſyrios paſcebat ouilia campos:
Iſte ſuper mira naſcentis origine Chriſti:
Et teneri ſtudiis æui:uitæq; prioris
Moribus ad matrem dedit:accepitq; tabellas:
His adeo incaluit patriæ cœleſtis amore:
Obuius ut fatis ultro progreſſus in ipſos
Se tulerit traiani enſes:& in ora leonum.
Quin & defuncti ſerutatus corda ſatelles
Auratis inſcripta notis inuenit Ieſu
Nomina:ſic grauibus dictis:ſuaſuq; potenti
Intima diſcipuli penetrarat pectora uirgo.
Ac ſi quis partho miſſurus ſpicula cornu
Cuſpidis æratæ trahat:impellatq; ſagittam.
Iamq; propinquabant canitiequ; ugeq; uenuſtam
Criſpabant faciem:formæq; inimica ſenectus
Venerat:at pulchros ætas ne frangeret artus:
Lumina ne longo iam calligantia fletu
Induerent tenebras:fierentq; obnoxia nocti.
Dicitur æternum matris pro funere natus
Talibus alloquiis interpellaſſe parentem.
Magne pater qui me terræ ne regna perirent
Corpus:& humanos iuſſiſti aſſumere uultus:
Aſpicis annoſo genitrix ut frigeat æuo:
Deformiſq; ſitu ſenii tabeſcat:& annis

Curuetur grauibus:ſpacium uitale peregit:
Iam ſatis ærũnas:inopiſq; incommoda uitæ
Pertulit:aſſiduo ſatis eſt attrita labore:
Matris & eximię ratio uirtutis habenda eſt.
Da ſceptrum cœleſte meę:promiſſaq; matri
Regna pater:longęq; diem ſuccedere nocti
Iam uideat:mutetq; ſuos in gaudia luctus.
Et quia nec uitę labem nec originis ullam
Nouit:& antiquum retinet ſyncęra pudorem:
Maieſtate tua dignum non arbitror iſtud
Tam ſanctum tellure pati putreſcere corpus.
Sic ait:at placido poſtq̃ pater annuit ore:
In diuerſa leues pręmiſit regna miniſtros:
Qui comites olim uitę mortalis in unum
Colligerent:matriſq; illos ad limina ferent:
Obſequium dominę:tumuloq; extrema daturos
Officia:& celebri ducturos funera ritu.
Ipſe ferens textam Phœbi de lumine ueſtem:
Claraq; biſſenis matri diadęmata flammis
Nazareth ex alto petiit non ſolus olympo:
Nam regem comitata ſuum cœleſtia paſſim
Agmina ſolemnes fecere per aera pompas:
Et feſtam duxere diem:ueteriſq; nouęq;
Legis & ex omni uolitabant ordine turmę.
Ante alios dauid & murice clarus & auro
Argutam plectro cytharam pulſabat eburno
Et ueteres ducebat auos:cupiduſq; uidendi
Virgineos obitus celeri per inania lapſu
Ibat:& ætherio mulcebat nubila cantu.
Ceu cum fata gemens cygnus uicina canoro
Gutture & extrema canit ad ſua funera uoce.
Pone ſequebantur uates:coma fuſa per auras
Nabat:& in tenui uentus ludebat amictu.
Parthenice anguſto recubabat feſſa cubili.
Et lachrymans requiem orabat:finemq; laborum.
Progenies igitur diuorum aſtante corona
Sedit:& ægrotam ſic eſt affata parentem.
Alma parens mecum diuturna pericula quondam
Et ſine me perpeſſa tribus mala plurima luſtris:
Credideras forſan citius me noſtra daturum

Regna tibi:quia mater eras.humana uolebat
Hoc pietas:& amor præceps.lex altera cœlo eſt.
Nos etenim lento pœnas & pręmia ſemper
Cogimus ire gradu:meritis ut pręmia creſcant:
Et uitare grauem nedum ſolertia poſſit
Verum & ſegnities pœnam:clementia ſummi
Tanta patris tali humanum genus arte gubernat.
Hæc mora longa/fuit pietas/& gratia maior:
Semper enim tibi creuit honor:tua gloria ſemper
Aucta magis:iam prima ſibi loca uendicat inter
Spirituum ſanctos cœtus in uertice mundi.
Nam quo quiſq; magis ſortem patienter acerbam
Pertulerit uiuens:tanto ſublimius ibit
Orbe alio:patriq; magis uicina tenebit
Tecta meo:felix igitur cui uicta uoluptas
Terga dedit:longi quem non fregere labores.
Humanæ ſpatium uitæ componere fas eſt
Hippodromo:celeres per quem rota feruida currus
Voluit:& aſſiduo concretus puluere ſudor
Membra uirum tepido reddit deformia limo.
Ambigui rerum euentus:ſuſpiria longo
Cum gemitu:lachrymis turgentia lumina:pallor
Plumbeus:exangui triſtes formidine uultus
Cura uigil:labor oſſa domans:dolor anxius omnem
Sollicitant hominum uitam:terraq; mariq;
Obiiciunt ſeſe paſſim:prudentia frenis
Talibus humanos auſus diuina cohercet:
Tranquillamq; negat pacem mortalibus ægris
Eneruare ſolent ſecuras ocia mentes:
Et uitiis umbrare animas:ut puluis aquoſo
Imbre coit:leuibuſq; rapi iam neſcit ab euris:
Sic aduerſa premit ſenſus fortuna rebelles:
Et cogit parere deo:morboſq; labantes
Pellit:& ardentes in pectore mitigat æſtus.
Vt ſale conſperſo longos ſeruantur in uſus
Viſcera:nec lædi ſanie nec tempore poſſunt:
Sic duris animi rebus firmantur:& omnem
Abiiciunt peſtis cauſam:ſors aſpera tutum
Præbet iter:uia ſidereas hæc ducit in arces.
Hac rate feruentes pelagi ſuperenatat undas

Qui petit æterni portus & littora regni.
Vidiſti qui me caſus uoluere meoſq́;
Communi exilio pulſi uariiſq; per orbem
Suppliciis acti ſorte exercentur iniqua.
Et nunc extremis gallorum finibus exul
Martha ſororq; latent: quas implacata malignis
Gens odiis uento expoſuit pelagoq; minaci
Ipſe dedi faciles curſus euroq; ſecundo
Per rhodon & cretæ fines: & neriton altam:
Scyllæumq; fretum: tyrrhena per æquora uectas
Littore longinquo expoſui: qua gallicus altum:
Illabens rhodanus cirnæas diuidit undas.
Hactenus hæc. iam tempus adeſt: ut inertia uitæ
Pondera deiiciens coelum: ſupremaq; mundi
Regna petas: & promiſſo potiaris olympo.
Hæc genitus. læto genitrix hæc reddidit ore.
Nate diu expectate mihi multiſq; uocate
Suppliciis tandem exilio finem atq; labori
Pone meo: cur tantum oro mea gaudia differs?
Sed tamen ante tuos iſto q̄ e corpore migrem.
Da uideam fratres: ſtygioſq; hinc eiice manes:
Ne mihi tartarei uultus: triſteſue figuræ
Horrorem incutiant mortis: gelidumq; timorem.
Necdum finierat: quom iam duodena per auras
Læta cohors aderat cilicum reuocatus ab oris.
Hic erat: a græcis alius trans pelion atq;
Tethios euboicæ fluctus: minoiaq; arua:
Et mare carpathium: ſitientibus alter ab indis:
Alter ab æthiopum ſiccis tranſlatus harenis:
Tranſq; domos arabum: rubri trans littora ponti.
Ille per europæ populos a gente latina
Tranſierat ueniens ſiculos: pelopiſq; penates:
Phoebeamq; rhodum: ſparſaſq; per æquora terras.
Mox animos erebi quot erant per tecta: per auras
In coecum deus ire chaos mandauit: & altis
Immergi tenebris: atq; intra tartara claudi.
Tum niueam mentem domibus diſſoluit opacis:
Et ſuper iniecit tulerat quæ dona parenti:
At gelidum tepido iacuit ſine ſanguine corpus.
Splenduit ætherio mens immortalis amictu:

Cui ſuperum mirata cohors arridet:& altis
Gaudia ſcintillant animis:dominamq; ſalutant
Inſonuere poli:longeq; auditus ab alto
Concentus:mixtumq; melos:pars ocyus acta
Clarius & cantu late reſonabat acuto:
Tarda ibat grauiore ſono:qui ſidera uoluunt
Nunc gelidum uerſus boream pigrumq; bootem
Nunc auſtros contra:cœliq; latentis ad axem
Curſibus aſſiduis orbes:qui lucida paruo
Circuitu uerſant in ſummis orbibus aſtra:
Hi quoq; concordi uocum diſcrimine carmen
Immortale dabant:tellus mare riſit & aer
Ipſa ſinu matrem proles complexa per altos
Aeris aſcendit tractus:iuxtaq; paternum
Ad leuam ſolium ſublimi in ſede locauit.
Interea miſſi ſtrato impoſuere feretro
Solliciti exanimum corpus:gremioq; dederunt
Vallis:ubi magnum mundi:& generale futurum eſt.
Iudicium:& tali ſignarunt carmine marmor.
Parthenice diuum dominæ:matriq; tonantis.
Terga feræ titan nemeæ extrema tenebat
Fulgentem cratera inter:claramq; coronam.
Verum illud nati imperio poſt tempore paruo
Ablutum iordanis aquis terræq; reſecto
Pondere:& ardenti ueſtitum luce:nihilq;
Iam mortale tenens celeres in ſidera diui
Tollentes iterum menti impoſuere beatæ.
Ipſa tenens ſceptrum & nitido diademate fulgens
Cincta caput:terras amat:atq; uocata fauorem
Impluit:& cœli lucentibus imperat aſtris.

F I N I S.

SECVNDAE PARTHENICES

BAP. MANT. CARMELITAE THEOLOGI AD MAGNIFICVM D. BERNARDVM BEMBVM PATRICIVM VENETVM ET IVRECONSVLTVM PERITISSIMVM SECVNDA PARTHENICE INCIPIT.

Oſtidis aggreſſi pugnam: tormēta: rotaſq;
c Atq; triumphato uictricia bella tyranno:
Detegimus fraudes: & numina falſa deoꝝ.
Sācta faue uirgo tenuē cui carminis orſum
Pangimus: & uento uehias ad uela ſecundo.
Veridicos cantus non ex helicone uetuſto
Porrige: ſed Chriſti ſacris de fontibus hauſtos.
Da mihi non hederæ non lauri uimine textam
Sed qualem tu diua geris de fronde coronam
Arboris ęoæ: medio quam legimus horto
Spargere felicem ramis uitalibus umbram:
Et paradiſiaco nobis aſpiret ab orbe
Vera dei ſoboles æterna potentia patris:
Orbe ſoporato tellus ægyptia noctem
Roriferam indueratimerſuſq; ſub æquore titan
Heſperio cœli nitidos accēderat ignes:
Et niger attollens humentem ſcorpius ortum
Stringebat iam rura nouis effœta pruinis.
Cum Iouis imperio uolucres cyllenius alas
Sumpſit: ut ex toto ueteres memphitis in agros
Cogeret orbe deos: qui maieſtate relicta
Iam ſua cędebant noſtris altaria ſacris:
Inuitaq; iugum Chriſti ceruice ferentes
Nulla dabant reſponſa palam: ſed cœca malorum
Semina iactabant: tacitoq; in pectora lapſu
Intrantes humana dolos & operta uenena
Gentis ad excidium noſtræ inſpirare ſolebant.
Quale per inſidias gerit inter ouilia bellum
Nocte lupus facta pedibus ſcrobe limina ſubter.
Tunc ferus auſonii mauors noua gentibus arma
Suadebat: ferumq; graui uerſare tumultu:
Ocia lucanis dum Maximianus in hortis

Ducit:& in regem dum res romana reuerti
Cogitat extinctis regni conſortibus unum.
Tunc hecates motus furiis Maxentius artes
Vertitur ad magicas:ueterumq; ad ſacra deorum
Inſtaurat delubra.nouus ſcrutatur aruſpex
Exta:ſcelus tentat:quo non crudelius ullum
Legimus a prima naſcentis origine mundi.
Viuentum grauidas matrum ſecat enſibus aluos
Immatura trahens ſtygiis quæ deſtinet aris,
Pignora.funeſtos docuit proſerpina ritus.
Inuida creſcentis fidei ſucceſſibus omnem
Hæreſibus ſacram legem tritonia Pallas
Implicat:& ueris fucat mendacia dictis.
Mixta choris iuuenum uenus illecebroſa repugnat
Virginibus ſacris:moreſq; irridet honeſtos.
It Veneri Bromius comes:& Silenus.& ipſæ
Caſtra Mimallonïæ uino redolentia bacchæ.
Atq; dioneos furtim per tecta liquores
Iam ſine pampineis thyrſis & lyncibus euan
Mittit:& occultos accendit in ædibus ignes.
Inuoluebat opum ſtudiis ſaturnia Iuno
Corda uirum gemmis:fuluiq; numiſmatis auro:
Merce peregrina:tunicis ardentibus oſtro
Sollicitans animos hominum.priuatus olympo
Phœbus & ignifero curru:pice nigrior atra
Verſus in ęthiopem:fidibus ſpoliatus:& arcu:
Daphnea ſine fronde miſer per mœnia noctu
Ibat:& ablatum uirus pythone perempto
Quod magnus ſeruabat onyx ſpargebat in ipſos
Nobilium thalamos quo corda imbuta malignis
Artibus armabant animos:hinc orta libido
Imperii:& curis rabies accenſa ſuperbis
Regnandi cupidos facile in ſcelus omne trahebat
Talibus addictos operis Cyllenius urget
Ad mœſti Iouis ire domos memphitica regna.
Eſt locus ægypti bifido qua flumine Nilus
Delta facit:mlus cuius cœleſtis origo
Regna per æthiopum fugiens orientis ab hortis
Ingreditur pharios ſeptena per hoſtia fluctus.
Non procul eſt ſtyx atra palus:ubi condidit Io

Inachis inuentum fratrem Typhonis Oſirim.
Aedita non procul eſt in collibus ora ſupinis
Pyramidum regio:quarum precioſior orta
Dicitur a Rhodope:cuius præſtantia formæ
Tot congeſſit opes ut nobilitate ſepulchri
Vicerit & reges ipſos. Hic Iuppiter olim
Clarus & ignipotens.poſito modo fulmine pauper
Squallidus & torua demiſſus lumina fronte.
Dæmonas aduectos anguſto ſuſcipit antro:
Atq; ſub exeſa ſcabri teſtudine ſaxi.
Conſedere ſolo. Tunc ſic eſt Iuppiter orſus.
Numina quæ toto terræ regnaſtis in orbe
Non ſatis eſt noſtro quod nos galilæus honore
Exuit in tantas auſus prorumpere fraudes
Non ſatis eſt.pueris etiam contemnimur.omnes
Nos impune premunt:in nos conuicia iactant
Caupones:mimiq; leues:ſcurræq; loquaces.
Falſidicoſq; uocant. Ergo hæc indigna feremus?
Nec totiens læſi ſemel ulciſcemur? inertes
Sic ſumus ut uiuos nos non intelligat hoſtis?
Nos periiſſe putant:defunctaq; numina uita
Vulgus ait. Tempus ueniet cum turbine tanto
Chriſtigenas aſiæ regnis libyæq; fugatos
Inuoluam.properate dies.ueclociter anni
Currite. Ferte cito Machometia tempora curſu.
Interea mentes aliis ſolabimur ægras
Suppliciis. Vna noſtras in uirgine uires
Experiamur.erit noſtri reuerentia forſan
Maior ab exemplo tali. Catharina ſuperbo
Noſtra ſupercilio damnat ſimulacra:deoſq;
Impia ſubſannat.uultuq; elata ſuperbo
Non Venerem:nõ Iunonem:nõ Palladam:on me
(Tanta eſt impietas)minimo dignatur honore.
Iuppiter hæc.magno ſocii fremuere tumultu.
Exiliunt iræ:furiarum incendia ſurgunt.
Et furor ignitis oculis & fronte minaci
Excandeſcit:uti rapidis cum ferrea flammis
Lamina cyclopum excoquitur flagrante camino
Iuppiter ut uidit grauibus commota querelis
Numina:ſic iterum ſumptis ſermonibus inquit.

O Soboles iucunda mihi plutonia coniunx
Perſephone/quando miſeri te cura parentis
Sollicitat/cita tartareas deſcende ſub umbras.
Plutonemq; roges unam mihi mittat herinnem:
Tiſiphonen:aut Alecto:diramue Megeram.
I pete nata uirum:grauibuſq; obtinere uerbis.
Scis quibus ille modis poſſit quoue ordine flecti
Sic pater.hæc reſponſa dedit Proſerpina patri.
O pater.heu fruſtra furias in tale uocamus
Obſequium:poſcit furias ſibi tartarus omnes:
Nec ſatis officio faciunt.uix prima Neronem
Vix Decium fratremq; Titi execrabile ſancta
De radice genus/colubris & uerbere duro
Compit.indomitæ pugnant cum manibus umbræ.
Vociferant altum/lateq; incendia iactant.
Tantus in igne dolor:tanta impatientia flammæ
Nanq; ea gentiles animas in tartara iactans
Non finit alterna requie miteſcere pœnam.
Et modo romanis thalamos ſtratumq; duobus
Regibus imperii qui depoſuere labores
In mediis Cocyti undis componit:& altum
Figit humi puteos:quantum marpeſia cautes
Ingenti uix mole nouem deſcenderet annis.
Altera iudæos recutitæq; improba gentis
Semina:quæ poſtq̃ letali uulnere Chriſtum
Abſtulit/antiqua nequicq̃ lege ſuperbit.
Curat:& ardentes mergit phlegethontis in undas.
Sæpius Herodes geminos natumq; patremq;
Cædit:& inſertat cadens in guttura ferrum:
Tertia chriſtigenas odiis infenſa cruentis
In uada præruptæ celſo de uertice rupis
Præcipites acherontis agit:uerſoſq; per amnem
Luctificum trahit hammato per ſaxa tridente.
Et iacit in flammas:quæ defficientia nunquam
Sulfura depaſcunt.fumoq; inuoluit & igne.
Sed quid opus pater hic furiis:ego iuſſa capeſſam.
Fare.patris non eſt fas diſſimulare dolorem.
Vade ait ardentes quando Maxentius aras
Conſulit imperii cupidus ſub nocte ſilenti/
Hæc reſponſa dato.Nilum pete:ſacra deorum.

Reſtitue:& tanta tibi pro pietate coronam
Accipe:& inſignem fulgenti murice clauum.
Sic ait:& natę pater inclinatus ad ora
Permulcenſq; caput dextra dedit oſcula fronti.
Perſephone mandata facit:coruiq; figuram
Induit:& tranans auras pernicibus alis
Præterit Hammonis templũ admirabile quondam
Dum Iouis imperium maieſtatemq; colebant
Terrigenæ:a libycis quod nomina traxit harenis.
Iamq; tenet ſyrtes.facit hic breuis unda uadoſum
Aequor:& eſt ratibus magnis imperuia Thetys.
Tranſuolat inarimen æterno ardore coruſcam:
Quæ premit ingentem ſaxoſa mole thiphœum.
Iam tenet Italiæ littus:lauiniaq; arua.
Intrat ad urbanos ſtrepitus:celſaq; reſedit
Tarpei ſuper arce.iouis populumq; patreſq;
Et tria deſpiciens fora poſt delubra tonantis
Solis ad exortum Romæ decora alta ſuperbæ
O caput o florens terreni gloria mundi
Dixit ut excelſo tetigiſti uertice cœlum
Indigetes oblita tuos genioſq; lareſq;
Atq; iouem & natos demens ad inania Chriſti
Tam cito degeneras documenta fidemq; nefandam.
Sic ait:& Petrum quater execrata columnam
Traiani quæ iuncta foro ſupereminet urbi
Inuolat:& coruus iam deſinit eſſe:breuemq;
Se trahit in nebulam & Maxentia tecta ſubintrat.
Nox erat:& Phœbe gelidis argentea bigis
Collis auentini ſummo de uertice tollens
Cornua luſtrabat radiis pallentibus urbem.
Impius ad magicas redit Maxentius arteſ:
Combuſtiq; affert cineres infantis ad aram.
Conſulit exta uocat manes:& numina læthes.
Nacta uias faciles & idonea tempora fraudi
Perſephone commenta ſagax inſibilat aura
Pertenui:fibraſq; mouens felicia ſigna
Fingit:& inuoluit regis caput igne coruſco
Subridens:alacri ſaliunt precordia plauſu
Principis:& totam trahit inter gaudia noctem:
Iam parat ire uiam pelago:iam concipit omnem

Trinacriam:cretæq; domos:cypriumq; rhodumq;:
Qua Zephiris impulſus eat:qua claſſe latina
Vectus Alexandri monſtratam annauiget urbem.
Egregios prima comites de pube quiritum
Deligit:& fulget tyriis aurata iuuentus
Veſtibus:ġois rutilant ſegmenta lapillis.
Et uagina ſinu gladios hiacynthina pulchro
Claudit:& argentum capulis effulget eburnis:
Septima conſurgens roſeis aurora capillis
Oceani pulchrum caput extollebat ab undis.
Cum iam compoſitis ratibus uentoq; ſecundo
Littore ab auſonio ſoluens peluſia tendit
Hoſtia:& illuſtres Pompei funere campos.
Perſephone uolat ante:fretum ſpumantibus undis
Liberat:& placido facilem facit æquore curſum.
Non ſcythicus boreas illis non aphricus Auſter
Non oriens Eurus potuit ſpirare diebus.
Vix ſua ſub leni criſpabat tergora pontus
Applaudēs zephyro:& ſceleri ſe accommodat æquor.
Optimus interea mentis deus auctor honeſtæ
Atq; pudicitiæ cuſtos ne regia uirgo
Circūuenta dolis ſubito labatur/ab alto
Præmonet:& celeri tradit mandata miniſtro.
Ille per immenſos cœli glacialis ab ortu
Labitur anfractus:penetranſq; per aurea tauri
Cornua pleiadum flammas reſtringit:& ipſos
Præterit Errones ſeptem.triuiæq; ſub orbe
Accipit exiles raris ex ignibus artus.
Regia progenies cultu redimita pudico
Inter ſocraticos & quos academia quondam
Stoaq; cecropiis libros de fontibus hauſit/
Clauſa latet modico pictæ teſtudinis antro.
Atq; uoluminibus legum ſtipata duarum
Abſtruſos animo ſenſus uoluebat:& acris
Ingenii uegetas acies figebat in omne
Quod tenebris enigma latet.myſteria miris
Inuelata modis uiſu penetrabat acuto.
Quicquid ad ornatum fidei exemplaria ſanctæ
Græca ferunt animo uigili condebat:& omnem
Aſſidui frugem ſtudii quaſi fertilis agri

Primitias/quaſi colectum de ſordibus aurum
Et quaſi fulgentes gangis de puluere gemmas/
Raſaq; panchei duro de cortice thura
Roboris:& pinguem torto de caudice myrrham
Ad Chriſti delubra ferens/cape ſumme deorum
Munera dicebat:primæ cape dona iuuentæ/
Quæ tibi per ſteriles apis hæc tua colligit agros.
Primus Abel pingui coluit tua numina ſacro:
Melchiſedech panum calathos & cymbia Bacchi
Obtulit. Habrahamus dulcem ſua gaudia natum.
At nos ſynceræ tibi uirginitatis honores
Collectoſq; pia de ſedulitate legendi
Offerimus flores:noſtra hæc tibi munera ſunto.
Regia dum tales uoluit ſub pectore curas
Et fugiens animo terras cœleſtia uirgo
Cogitat/ecce nouæ lucis micat igneus ardor/
Atq; repercuſſo paries ſplendore coruſcat.
Auratæ micuere trabes:micuere columnæ:
Et ſubitis uiſum flammis ardere lacunar.
Nuncius emiſſo nitidis e nubibus ore
Regia progenies dixit,quia concipis alto
Corde deum/conceſſa tibi conſortia diuum.
Pone metum;ſecura meas intellige uoces.
Ille ego qui Mariæ ſanctas orator ad aures
Ante fui/tibi de ſummo modo mittor olympo.
Nam tibi poſt illam primi debentur honores
Inter uirgineas acies albentia caſtra.
Scis ueteres odio lucis ſtudioq; malignæ
Mentis & imperii uanaq; libidine laudis
Diſſentire deos Chriſto & molimine magno
In mores certare bonos;nec poſſe nitorem
Ferre pudicitiæ. Clymenes corruptor Apollo
Preſſit Ariſtei matrem,nymphamq; Dionem.
Iuppiter europam, Danaen, Aſopida, Lædam,
Atq; Lycaonidem, Maiam. Bacchiq; parentem.
Falcifer Oceani natam, Minoida Bacchus.
Perſephonem Pluto rapuit. Simoentis ad amnem
Congreditur Venus Anchiſæ. thetidoſq; cubile
Pelleus inceſtat:rector Neptunus aquarum
Phorcida. Dedalidem fraudis furumq; magiſter

Mercurius. Venerem Mauors.& Pallada frater
Polluit:Endimyon uultu. Pan uelere lunam.
Iaſius Cererem. Nulla eſt ſine labe deorum
Proginies.niſi forte ſuum quæ plangit Oſirim.
Inachis arguto pellex iunonia ſiſtro.
Et tibi uirginitas iſtis odioſa parauit
Inſidias.in te longinqua a Thibridis urbe.
Et coniurata deſcendunt proelia Memphi.
Nulla ſub indigno uirtus eſt principe tuta.
Nulla ſub inceſto caſtis eſt gloria rege.
Nam uitiis probitas ſemper contraria pacem
Neſcit:& hoſtiles dextra læuaq; cateruas
Suſtinet.illatoſq; parat ſe ſemper ad ictus.
In uirtute labor.ſed in ipſo certa labore
Dona:fit ex operis merces.æterna reſurgit
De ſudore quies:& de mœrore uoluptas.
Non habet ex omni numero plebiſq; patrumq;
Victricem niſi qui potuit certare coronam.
Et multis certare datum:ſed uincere paucis
Atq; coronari:& celebres uectare triumphos.
Quare age ſurgentes audaci naue procellas
Rumpe per aduerſos aperi tua carbaſa fluctus.
Nec flantes horreſce nothos:nec murmura ponti.
Irato te crede mari:proramq; patentes
Ad cœli conuerte uias,reget ipſe per undas
Temonem uelumq; deus:pupemq; tenebit:
Nec ſinet in ſcopulos fragilem tranare carinam.
Peruigil ætherea mundum ſpeculatur ab arce.
Et quoſcunq; operi uidit ſe accingere ſancto:
Numine preſenti deus adiuuat,odit inertes.
Pugnam inuade:deo nihil aſpirante timendum.
Nuncius hæc.humili facundia uirginis ore
Sic reſponſa dedit. Vobis ego numina grates
Non ſi uel totidem linguis quot dicitur Argus
Luminibus uidiſſe:loquar:perſoluere poſſim:
Omnia uos homini uitamq; alimentaq; uitæ
Vos datis:& cœli uos inſpiratis amorem.
Blandiciiſq; rudes ad comtenplanda leuatis
Aſtra animos:& opes ueſtras monſtratis in ipſis
Ignibus & cœli ornatu mundiq; decore

Perpetuo:noſtræ ne forte libidine mentes
Se lutea immergant:nequeantq; attollere frontem
Ad cœleſte bonum:noſtræ uos cura ſalutis
Sollicitat:nec noſtra diu durare poteſtis
Damna pati:ueniamq; datis peccantibus ultro.
Me prope lactentem chariſq; parentibus orbam
Ante puellaris q̄ uos agnoſceret ætas
Cum neq; fabar adhuc:uos ſuſcepiſtis alendam.
Propterea nunq̄ diuis ego thura piandis
Vlla dedi:nunquam fumantia uidimus exta.
Sola dei mihi cura ſatis.mea tempore ab illo
Virginitas addicta deo:uotiſq; uocata
Palma triumphalis pugnæ:qua ſanguine fuſo
Teſtificata thronum Chriſti ſuper aſtra uenirem:
Miſcererq; choris ſuperum:ſedemq; beatam
Aetherea ſortita domo regna illa uiderem
Aeternis congeſta bonis:uiſuq; tuerer
Perſpicuo quod certa fides ſed nubila monſtrat.
Eſt amor iſte furor:quo tempore ſaucia longo
Nectar & ambroſiam ſitio:tantuſq; medullis
Ardor ineſt:tantus cœli calor oſſibus hæſit
Vt mors nulla queat mihi formidanda uideri
Sed iucunda magis.Cur non quæ pertulit Agnes
Ipſa feram?cur non Agathes imitabile fatum?
Lucia cuius erat neq; mens neq; fortior ætas
Vicit.& iſtarum felix trinacria palmas
Vidit.Anaſtaſiæ tellus romana triumphis
Gaudet:ad iſtarum laudes & pręmia curro.
Tu modo qui cœlo frueris diuine miniſter.
Hæ offer mea uota deo:ſi fauerit:omne
Dulce mihi certamen erit:pugnamq; diemq;
Arbitrio legat ipſe ſuo.ſic fata nitentes
Vertit humi aſſurgens oculos.Se nuncius albam
Colligit in nubem.ſparſiſq; per atria ſuccis
Ambroſiæ dulci repetiuit ſidera cantu.
Iam uada Carpathiæ ſulcans Maxentius undæ
Littus Alexandri & phariam procul aſpicit arcem.
Atq; ait o magni ſalue pars tertia mundi
Aphrica romanam fauſto precor omine claſſem
Aſpice:& auſpiciis diuum mea uota tuorum

Proſpera ſint:ſaluete dei/ſaluete penates
Indigenæ:quos relligio longæua parentum
Excoluit.ſacros uenio laturus honores.
Sancta ſequor mandata iouis:ritusq; reporto
Diuinos ad templa deum.dum talia fatur
Præuolat ad portum remis uentoq; ſecundo
Cymba leuis uolucrem curſu quę uinceret eurum:
Summaq; uix recto fugiens mouet æquora lapſu.
Fama per ægyptum prætentaq; littora ponto
Nunciat aduenisse rates ex urbe latina:
Aduectumq; freto romani regis alumnum.
Cuncta magiſtratus lucem poſuere per illam
Publica:pellęi priuata negotia ciues.
Feſta dies agitur:nitidis urbana iuuentus
Veſtibus & multo teſtantur gaudia cultu:
Turba coit:pictis oneratur puppibus æquor.
Murice uela rubent:radiant apluſtria cocco.
Ducitur elato gradiens Maxentius ore
Splendidus & gemmis & multo lucidus auro.
Auſonii libyciq; ſimul glomerantur utrinq;.
Siſtra ſonant.altis lucent in turribus ignes.
Mœnia fronde uirent:& odoro gramine portæ
Altera lux ortum Caſii de uertice ſummo
Extulerat ſolem/cum rex iam ſquallida multo
Templa ſitu iubet ornari:ueteresq; per aras
Purpureos ſpargi flores:& rite parari
Danda ecatumbæo quæ ſunt animalia ſacro.
Chriſtigenæ ſoliti crudis pręda eſſe tyrannis
Contremuere metu:& multi petiere Syenem
Thębęosq; lares:& Cyrenaica regna:
Aethiopumq; domos/& littora gentis erembæ.
Sicut ubi mites aquilam uidere columbæ
Nare per aereos tractus:nec pinguia rura
Nec placidæ retinent epulæ.timor omnia uincit.
Pars latet umbroſo ſaltu:pars alta uolatu
Tecta petit:pars montanis caua ſaxa latebris:
Et pennis percuſſa ſonat pernicibus aura.
Tunc eſt cœpta cœli regio deſerta:ſolumq;
Solibus exuſtum aſſiduis:& rura ueneniis
Inclyta & arentes terræ ſitientis harenæ.

Soliuagus uaſtam petiit tum Paulus eremum
Hiſpidus & fuluæ tectus uelamine palmæ.
Cuius ad ignotas ueniens Antonius ædes
Incidit in ſatyros.mox flebile corpus amici
Condidit:& ſiccis uitam traduxit in aruis
Inter harenicolas colubros & ſæua leonum
Semina graminibus ueſcens & fluminis unda.
Templa coronantur ſertis:& funibus actis
Barbara ſuſpendunt aulæa ſub aſpide curua.
Pinguia mittuntur docti per rura miniſtri
Quæ uicina bibunt piſcoſi flumina Nili
Atq; papyriferæ dulcem Tritonidis undam:
Et qua ſe uiridi Mareotis harundine cingit.
Adducant delecta boum qui corpora centum.
Interea cultros pateraſq; & thura ſacerdos
Expedit:& ſacras longo locat ordine ueſtes.
Ante ea neglectus meliori paſcitur Apis
Gramine:& extento iacet ad præſepia uentre.
Iamq; dies ſolemnis adeſt.mugitibus auræ
Per fora perq; uias urbis per compita clamant.
Aera crepant:clangore tubæ complentur acuto.
Conſequitur uulgi ſtrepitus,turbæq; frequentis
Murmur:& inflato reſonat caua tibia buxo.
Clarus ad illuſtres graditur Maxentius aras:
Et circum pellęa micat romanaq; pubes.
Angelicas alto uoces ſub corde uolutans
Coſtis adeſſe uidet ſperatæ tempora pugnæ.
Et quãquã immota maneat ſententia mente:
Atq; adamanteis uinclis frenata libido
Inuita ratione ſcelus non audeat ullum:
Ora tamen meditans duri furibunda tyranni
Atq; graues pœnas horret:ceu ſaxea moles
Pulſa freto & circum ſalientibus æquoris undis
Vapulat atq; tremit:ſed non ueſtigia mutat.
Dumq; animus tanto curarum impellitur æſtu
Non procul ecce duæ uultu inceſſuq; uerendo
Fœmineæ ſpecies adſunt:quarum una Cybeli
Perſimilis turrita caput ſtellataq; frontem.
Igneus ore color,poſſit qui pana referre.
Pectora peruolitant nebulæ:gyroq; uolucres

Aereo ludunt/& uerſicoloribus alis.
Aequora uenter habet:pictaſq; per æquora puppes.
Squammiferiq; greges flexis per cærula caudis
Arrectiſq; natant pinnis:ludoq; fugaci
Per ſcopulos & ſaxa uolant:uiridemq; per algam.
Inferius campi herboſi:curuataq; ripis
Flumina & excelſi nemoroſa cacumina montes
Vertice inæquali:pecudes:humanaq; tecta.
Atq; per incultos ſaltus atq; inuia rura
Auriti lepores & flexis cornibus errant
Dorcades:& timidi dammę:ramoſaq; cerui
Cornua tollentes uacuis ſpatiantur in agris
Hæc rerum natura parens:quæ uirginis ora
Dulcibus amplectens ulnis Quid mergeris inquit
Filia tot curis & ſollicitudine tanta?
Contemplare meum decus & mea maxima regna:
Sanctaq; de noſtris opibus uelut ante ſolebas
Expulſis animo curis ſolatia carpe.
Terra:fretum:nubes:flammæ:uerſatile cœlum:
Cuncta meis ſubſunt regnis:ego cuncta guberno:
Elige de tantis aliquid quod mulceat ægram:
Quid tuus hic mœror ſibi uult?quid dulcia miris
Pallent ora modis.& quo tua forma receſſit?
Pone deum curas.diui ſua ſidera ſeruent:
Ambroſia uiuant:& delectentur olympo:
Terra ſubeſt homini:terrena negotia tracta.
Nec fines fruſtra humanos excędere tenta,
Tune potes uolucrum per iter tranare?ſub undis
Degere:& obſcuris inter delphines in antris:
Sirenes ubi ſunt & inertia corpora phocæ?
Vt tibi per ſpellæa maris per luſtra ferarum
Sic quoq; per cœlos inter conſortia diuum
Legibus æternis uita hoſpitiumq; negatur.
Nec fas eſt homini cœlum ſperare. deorum
Regna cupis/ſedemq; tibi promittis olympi
Cum neque brutorum latebris aſſueſcere poſſis?
Omnia limitibus certis ego ſola diremi:
Quos tranſire nefas.ea uota ſuperflua pone.
Sit tibi cura decor:tua ſit tibi cura uenuſtas
Ingenio condita meo/dum fingere tento

Calliopes oculos:& uirginis ora Meduſæ.
Vtere deliciis:& ne contemne iuuentam.
Nec te finge deam:ſed te mortalibus æqua.
Sic natura parens triſtem ſolata puellam.
Altera quæ tales paulum contáta loquelas
Hauſerat:& uafro greſſum ſuſpenderat aſtu
Affuit:aurati crines:frons lactea: fulgent
Lucifero ſimiles oculi.rubicunda colorat
Lactentes aurora genas:per eburnea colla
Cæſaries emiſſa fluit.toga cætera ueſtit
Aurea:quæ tracto uerrebat ſyrmate campum.
Cœleſtis nitet ore decor.ſparguntur odores
Ambroſii.crediq; nequit mortalis in illa
Spiritus:aut numen:uel non ſine numine imago.
Textus in auratæ chlamidi deſcenſus olympo
Prolis ab æthereo:ſtygios ingreſſus ad amnes.
Ignea linguarum ſpecies:qua ſpiritus ingens
Intonuit ſuper ora uirum:montiſq; relicto
Vertice ſideream Chriſtus remeabat in arcem
Victor:& euulſæ cœco Plutonis ab antro
Patrum animæ niueis induꝫ nubibus ibant
Aera per liquidum:terrám prædatus & Orchum
Rex ſuperum tali repetebat regna triumpho.
Gratia nomen habet:cuius præſtantia formæ
Naturæ exemplo uiſa obſcuraré decorem:
Non aliter q̃ ſol maiori ſidera luce
Vmbrat:& exoriens alios exterminat ignes.
Hæc igitur ſic orſa loqui:Quid uirginis altum
Deiicis in terras animum natura ſuperbo
Cœca ſupercilio?rerum te inſana parentem
Dicis.& ignoras a quo tua uenit origo.
Nec noſti genus ipſa tuum:tua ſigna ſequuta
Nicomachi proles ſtellis erymanthidos urſæ
Nauigat ammiſſis:& naufraga ſæpius arctas
Flante procelloſo borea ſymplegadas intrat.
Nanq; aliud uitæ genus immortalis olympo
Noluit eſſe homini.ſed nec te credidit ortam
Nec me uidit inops lucis:mutabile corpus
Contemplata deum ſicco pertranſiit ore.
Auſpiciis hanc uſq; tuis peruenit ad oram:

Hic ſua ſopito detraxit carbaſa uento.
Dic ubi ſi noſti/comites primæuaq; Chriſti
Caſtra:triumphaleſq; uiri:qui ſanguine claras
Emiſere animas:& qui uicere tyrannos:
Subicere deo populos/tibi ſola reliqui
Corpora:& immundos cineres:& tabida membra.
Ipſa coronatas cœleſti lumine mentes
In ſublime tuli:Quare iam deſine nugis
Talibus illuſtres animos inuoluere cœca
Nube tuæ noctis.uerſus ita fata receſſit
Paſſibus:at pluteri lato natura ſub orbe
Virginis in thalamo fertur liquiſſe pauorem.
Cuius ut agnouit fraudes abſcondit amorem
Gratia diſcedens:eius qui frangeret omne
Virus:& auxilio cœptis ingentibus eſſet.
Protulit ora pauor gelidæ ſub imagine mortis
Pallidus:& curuo contractus pectora dorſo:
Cœcus.& elinguis.trepidus.uix oſſibus hærens.
Dentibus exertis trunca deformia nare
Ora gerens:& crure labans:& frigore torpens.
Cuius ut horrificam effigiem ſtygiumq; colorem
Et teſtudineos uirgo perterrita greſſus
Vidit/ab aſpectu monſtri conuerſa recondit
Lumina:& admoto texit uelamine frontem.
Tum ualidis ardens animis alacriq; iuuenta
Strenuus & grato prætendens ore pudorem
Virgineum pictaſq; ferens in pectore flammas
In medium prorupit amor:cornumq; repertam
Corripit:& monſtri repetito uerbere terga
Pulſat:& iniectis agit extra limina plantis
Vociferans:& fuſte petens caput ora manuſq;.
Non ſecus ac fertur ſi uera eſt fabula/quondam
Infernum domuiſſe canem Tirinthius heros.
Calcitrat/& manibus tenſis auertere cornum
Nititur/& faciem monſtrum defendere ab ictu
Acrius inſtat amor:tetroq; in puluere uerſum
Execrat indignans:limoq; infigit aquoſo:
Membraq; cœnoſo ſepelit moribunda ſepulchro.

Secundæ Parthenices Liber Secundus.

Aetior & pulſa uictrix formidine uirgo
I Ocyus ad tēplū famulis parat ire uocatis.
Nec mora:feſtināt omnes:& ſedula nutrix
Iam longa tua ligat crines & uirginis ora
Pallida nocturnæ fumoq; afflata lucernæ.
Materna pietate lauat:celereſq; miniſtræ
Sepoſitas ueſtes adhibent.tyriumq; ruborem
Induit:argento limbus circūdatur albo:
Et caput aurato nitidum ueſtitur amictu.
Iam delubra ſubit:lucent ardoribus aræ.
Mugitu caua tecta ſonant:ſtrepit undiq; murmur
Plębis & aſtantum.Solio Maxentius alto
Geſtit:& elato turbam circūſpicit ore.
Regia progenies medium progreſſa per agmen
Mox oculos in ſe populi conuertit:euntem
Mirantur cęduntq; uia:pellęa iuuentus
Nomina romanis eius patriamq; domumq;
Auribus admoti narrant/tenuiq; ſuſurro.
Illa mouens geſtu pectus faciemq; uenuſto
Scandit:& intrepido premit alta ſedilia greſſu.
Et uicina trucem ſic eſt affata tyrannum.
Me tibi Maxenti ſolitam præferre ſalutem
Admonuit regalis apex:ſummuſq; paternæ
Maieſtatis honor.pietas uiolata repugnat.
Nam colis hæc ſimulacra deo peritura relicto/
Qui tibi ſolus opes tantas romanaq; patri.
Regna dedit:fecitq; maris terræq; potentem.
Nec fuit iſtius tanti tibi muneris auctor
Iuppiter ægiochus cretęo paſtus in antro/
Mortalis quodam uitæ modo lumine functus:
Sed neq; poſt Petri uocem documentaq; Pauli
Roma deum neſcire poteſt:ſciuere Philippi
Et pater & natus:quos funere ſuſtulit atro
Illa hominum ſuprema lues grauiore ruina
Raptus ad interitum Decius.milleſimus urbis
Annus erat.Tum Roma ſuos ſoleniter ortus
Aegit:& accepto celebrauit feſta tonanti
Tunc fuit imperii Chriſto ſacrata poteſtas:

Et tandem ſub iura dei tranſlata: piamq;
Tum primum ſortita fidem:tunc pulſa deorum
Vana ſuperſtitio romani a limine regis.
Non ſatis eſt quod mille Ioui ſeruiuerit annos?
Et phlegethonteis ſe ſe ſubiecerit umbris
Gens longo romana iugo.tuleritq; ſuperbum
Imperium ſtygiæ gentis:noctiſq; profundæ
Nubila.Nunc iterum iuuat ad damnata reuerti
Sacra deum.paſtorē putant præſtantius Orcho
Quam ſuperis.diuina pudet mandata uereri:
Delectant inferna magis:nunc tartara gaudent:
Nunc furiæ exultant:poſita nunc Cerberus ira
Motibus alludit caudæ:nunc pectore toto
Dulcia ceruleus carpit ſolatia Pluto.
At ſuperum corda ægra gemunt:humanaq; damna
Pallida mutato deplorant numina uultu.
Conqueritur mater natum ſparſiſſe cruorem
Innocuum fruſtra.paſſum tot uulnera fruſtra.
Deſine Maxenti ſuperos offendere tanta
Impietate:Scelus rex o romane quod audes
Suppliciis dignum æternis.Ixionis orbem
Tantaleamq; ſitim:Titii tormenta:labores
Siſyphios.ipſi quibus hæc noua ſacra litantur:
Iam tibi decernunt ſtygii tua numina manes.
Finge tamen non eſſe ſcelus:dementia ſaltem
Biſtonio ridenda ſeni.Cur cede cruentas
Cur tantis delubra boum mugitibus imples?
Tune deum tali credis placare tumultu?
Tune Iouem fortaſſe putas reuocare ſepulchro
Cantibus his?Quæ te cœpit uecordia nate
Cæſaris ut fieri credas boue numina cæſo
Mitia?te miſerum falſis oracula ludunt
Carminibus.non hac emitur romana poteſtas
Relligione.pium Chriſti clementia regem
Hæc ad ſceptra uocat:mundas qui ſancta per aras
Dona ferat.qui relliquias ſuis atq; deorum
Conterat:& pulſis noua ſuſcitet orgia bobus.
Quid templi molem hanc magnam miraris & arcus
A tellure procul tanto ſe attollere flexu?
Hæc hominum fecere manus:magis aſpice mūdum

Hoc opus immortale dei. Tua numina gaudent
Bobus: at immenſi uerus dominator olympi
Iuſtitia/pietate/fide: quas Iuppiter odit.
Dona deum magis iſta iuuant. ſine cęde litandũ eſt,
Sic ait. ille magis uultum q̃ uerba loquentis
Admiratus agi iubet ad regalia tecta:
Seruariq; locis intra penetralia clauſis.
Mente ſcelus duplex agitans/temerare pudorem
Et uiolare fidem. pacis iam fœdere fracto
Belli feruor adeſt: dant pugnæ claſſica ſignum.
Perſephone regem ſtimulis irritat: & acres
Cum uenere accendit circum præcordia flammas.
Vritur impatiens cœci Maxentius ignis.
Mens fugit a ſacris: & amata ab imagine raptus
Figit humi frontem: & curis immergitur altis.
Abſentemq; animo uidet alloquiturq; puellam.
Et furit: ut quotiens lętali ſaucia telo
Cerua per idæos quærit medicamina ſaltus:
Dictamiq; comam uiridem: quæ uulnere ferrum
Manſa fuget: diramq; auertat corpore peſtem.
Cincta ſatellitibus tali nil territa caſu
Ducitur: & dominæ ſequitur ueſtigia nutrix/
Perq; uias urbis perq; omnia compita clamans.
Reddite: quo mitem dominam crudelibus armis
Protrahitis? nutrix ego ſum. cunabula prima
Ipſa gubernaui: noſtris adoleuit in ulnis.
Vbera prima dedi. dulcem mihi reddite natam:
Quam mihi uix bimam mater iam proxima morti
Tradidit: & lachrymans erit hæc tibi filia dixit.
Reddite nutrici dominam: uel pignora matri.
Verte tuos in me uultus o nata: tuamq;
Altricem conuerſa uide. nihil eſſe ſolebat
Me ſine dulce tibi: noſtros oblita labores
Non audis lamenta/parum nec lumina flectis?
Lumina quæ tantum Coſtus quæ mater amabat:
Lumina ſancta domus ſolatia magna relictæ.
Tune putas ſine te caput hoc & anilia membra
Poſſe diu ſupereſſe? ſimul moriamur: ut una
Viximus: & tumulo pariter condamur eodem.
Flebat ut inuadi cernens a uulture nidos

Lactentes imbellis olor.prædator aduncis
Vnguibus & duro diſcerpit uiſcera roſtro.
Flet pater:& uiridi queritur proiectus in ulua.
Iamq; propinquabant tectis:cum regie uirgo
Lumine clementer uerſo chariſſima nutrix
Dixit abi.ſolare domum:ſociaſq; ſaluta.
Non ego ſum limen poſthac uiſura paternum.
Euocor ad ſuperos.uos & terrena ualete.
Hoſpitia.obſequiis inopum dodrante relicto
Partibus æquatis mihi uos ſuccedere mando.
Sic abiens fatur.luctu domus omnis acerbo
Soluitur:& mœſto pallet uicinia corde.
Luget inexhauſto lachrymarum flumine nutrix
Anxia:& immotis manet ipſo in limine plantis:
Crudelemq; uocat regem:& crudelia tecta.
Dirripiunt aulæa nurus:triſteſq; miniſtri
Ferrea conuoluunt biſores ad limina ualuas:
Deſertæ ſigna atra domus.ſuſpiria totis
Aedibus alta ſonant:æger tenet omnia mœror.
Interea ſancto metuens Cathatina pudori
Atq; ſciens quali regium impetuoſa libido
Ferueat affectu:tali prece numina pulſat.
Sancte pater ſancti genitor caſtiſſime nati
Cernis ut abrupto lupus inſidiator ouili
Hanc extorſit ouem:cæcoq; incluſerit antro.
Iamq; aderit:iamq; inuadet ioue plenus:& omne
Attentare nefas adiget uenus atq; cupido.
Nil ſupereſt opis humanæ:uia clauſa ſaluti
Vndiq; terrenæ.tua ſola potentia nullis
Clauditur obiicibus.noſtro ſuccurre dolori.
Atq; pudicitiæ uento rege uela ſecundo.
Audiit orantem cœli regina puellam:
Et ſe qualis erat primi poſt tempora partus
Obtulit infantem niueis complexa lacertis
Tecta ſinum biſſo gradiens in ueſtibus albis
Et croceum capiti ſertum de uellere tegmen.
Quod uiridi premitur ſtrophio:cum uirgine fatur
Plena uenuſtatis procera iuuencula uirgo.
Stant utrinq; leues animæ:quas Iride ueſtit
Multicolor nubes:pingitq; ſimillima noſtris

Oribus ora pares decor imbuit aureus alas.
Et ſic orſa loqui tua me ſuſpiria uirgo
Deduxere polo: ne ſollicitere. pudoris
Sum tutela tui. Sed quo ſecura quieſcas:
Tolle manum: ſibi perpetuo te copulat infans
Connubio Chriſtus. nurus es mea. pone timorem.
Sic ait: & fuluo digitum puer induit auro:
Quod moriens ſeruabat adhuc: quod clauſa ſepulcro
Immortale tenet diuini pignus amoris:
Hic neq; Gnoſiacæ ſequimur figmenta coronæ:
Vlla nec in noſtro tegimus mendacia uerſu.
Vera ſed ample ctens rei miracula geſtæ
Hiſtoriamq; canens fidei monumenta reuoluo.
Et iam turba deum ſacris dimiſſa peractis
Cum celer auſonia pelago delatus ab urbe
Nuncius enarrat regi diademate patrem
Depoſito regni ſceptrum ceſſiſſe Galero:
Lucanoſq; lares tacitiq; ſilentia ruris
Et nemorum ſuaues umbras: ubi mobilis aura
Temperat ardentem placidis afflatibus æſtum
Præpoſuiſſe graui imperio: & ſplendoribus urbis.
Aruaq; & Alcinoi tutam legiſſe quietem.
Atq; per irriguos fontes & florida prata
Murice neglecto triſtem oblectare ſenectam.
Læticiam ſubitus dolor occupat. ora tyranni
Plumbeus inuoluit color. & patuere latentis
Ingentes animi fluctus, ſæuiq; dolores.
His curis excluſa uenus: furor auctus & ira.
Acri bille tumet: nutritq; in pectore uirus
Perſimilis pullo qui dum inconſueta recuſat
Frena pati: rodit morſu indignante lupatum.
Poſt epulas largo paulum exhilaratus hiaccho
Captiuam iubet adduci, ſpectacula menſis
Rex petulans laſciua uolens præbere ſecundis.
Illa ſolo fixis oculis ueſtigia lento
Tarda mouens greſſu prono regi annuit ore.
Cuius ut effigiem claram uidere decuſq;
Indolis egregiæ, tenuere ſilentia cuncti.
Et triuiam uidiſſe putant, aut ora Mineruæ.
Ad quam rex ſolio paucis ita fatur ab alto.

Mane deum noſtras tenuerunt orgia mentés:
Nec potuere tuis adhiberi uocibus aures.
Dic age nunc quando poſitis conuiuia curis
Læta uoluptates animorum & gaudia poſcunt:
Aede genus patriamq; tuam, nomenq; paternum.
Illa manum crucis inſtar agens ſic incipit ore.
Non ego iactandi ſtudio primordia gentis
Clara meæ referam tituloſq; & nomina: quando
Rex romane iubes: genus eſt illuſtre meorum:
Maiores etenim ſceptrum geſſere: meaq;
Sunt reges in ſtirpe decem: Lagus omnibus auctor
Primus Alexandri miles, qui condidit urbem
Et quæ regna uides: & Alexandrea uocauit
Mœnia: poſt celebres pugnas aſieq; labores
Huc uenit cum rege Lagus: Ptolemeus ab illo
Naſcitur a uili proles generoſa parente,
Sicut ab exigua deſcendit origine flumen
Maius. hic ægypti libyes arabumq; potitus
Imperio quondam. manſitq; in ſtirpe nepotum
Ducentos quadraginta ſuper niſi fallimur annos:
Aſt ubi romanam ſuperis extollere gentem
Et libycas uiſum bellis ardentibus urbes
Vertere, mutati reges. Tum regia proles
Interiit. tunc arua meus uicina tenebat
Aethiopum campis atauus præfectus erembis,
Dux animis armiſq; potens: regiq; propinquus
Sanguine, ſupremi uigilans cuſtodia regni.
Qui poſtq̄ fero audiuit ſublata ſuorum
Sceptra dolens longe æthiopum ſeceſſit ad urbes:
Et perſæpe pater reginæ Candacis illo
Contriuit ductore uagos garamantas & acres
Maſſilum populos: arabumq; per æquora claſſem
Duxit: & indorum ſpoliis remeauit honuſtus.
Quartus ab hoc Coſtus genitor mihi, doctus & ipſe
Militiam: uerum patriæ telluris amore
Ductus ad antiquos rediit cum prole penates:
Argentiq; tulit ſecum graue pondus & auri.
Tandem huc aduectus tectum mercatur & agros:
Atq; clientelis clarus famaq; parentum
Primus in urbe fuit: romanaq; caſtra ſequutus

Semper in auſoniis ſenuit fortiſſimus armis.
Hinc genus ipſa traho patri nata unica Coſto.
Et generis tanti ſoboles ego ſola ſuperſum:
Multa dies alios longæuaq; ſuſtulit ætas.
Hac eſt orta patrum ſoboles/hac deſinet urbe.
Sic genus & patriam noſti nomenq; paternum.
At poſtquam uita functi cecidere parentes
Ne laſciua meam macularet inertia mentem/
Ad ſtudium duplex curas & pectora uerti.
Fonte ſalutares Chriſti ſuſcepimus undas.
Et mea luſtrali deus abluit ora lauacro.
Ipſe uir ipſe pater,caſtum ſacrauimus illi
Corpus:& elabens annis uelocibus æuum:
Hæc mihi prima ſalus.teneris me coſtus ab annis
Tradidit eloquii ſtudiis:& miſit ad urbes
Cæcropias.uidi thebas/dirceaq; rura/
Attica regna/ſolum pelopis/lacedæmona claram
Legibus:& quondam bellis ac Marte potentem.
Atq; therapneos ſaltus Helenæq; penates/
Minoiſq; domos:præruptaq; ſaxa corinthi.
Et rhodon illuſtrem Phœbo ſtatuaq; ſuperbam
Marmorea:& lyndi ſacris atq; Herculis ara.
Vidimus & delphos dodoneaſq; columbas:
Cortinam/tripodas Phœbi/pythoniaq; arma:
Cycladas & thraces:troianaq; uidimus arua.
Atq; omnem lycii graia rate legimus oram
Littoris:auſoniis mox præceptoribus uſa
Facta tuæ gentis didici:totumq; latinis
Viribus & bellis attritum ingentibus orbem.
Regna Britannorum/Germanorumq; ſuperbam
Progeniem:ſcythicas alpes hircanaq; longe
Littora:& eufraten:nabatheaq; rura:Syenem
Et libycas arces:& qua iuga porrigit Atlas
Maximus/inuaſit romanæ gloria gentis.
Cæſareos proceres & quarti ſæcula regni
Atq; tot illatam crudeli uulnere mortem
Principibus legi/mores & furta deorum:
Et tandem nihil eſſe dies mutabilis æui/
Dæmonas eſſe deos/& totum ambagibus orbem
Conſtat in errores ductum:nullamq; ſaluti

Eſſe uiam niſi per Chriſti documenta fidemq;
Sic arabum libri/ſic uult Iudæa uetuſtas:
Sic quibus & ueſtri credunt/cecinere ſibyllæ.
Quo magis admiror uos qui terræq; mariſq;
Regna gubernatis:quorum mutabile uulgus
Ducitur exemplo/tam claro errore teneri.
Et tanta ſimulachra deum ambitione tueri:
Et ſtatuas horum diuino extollere cultu/
Quorum uita fuit ſcelerum ſentina.Quod Io
Noſtra.quod Ichneumon:& quod latrator Anubis
Accipiter/felles/bos/oxyrrhynchus/& ibis
Numen habet?taceo Martem/Phœbumq;/Iouemq;/
Quorum tanta canunt ueſtri miracula uates.
Hi ſtygios ideo metuunt iurare per amnes/
Quod ſtygiis merſi ſtagnis altaq; palude:
Dant ſcelerum attroces iuſto ſub iudice pœnas.
Veridicum uero Chriſtum ſine crimine cuius
Vita fuit nigro manes qui traxit ab orcho/
Qui cæcas hominum mentes & lucis egena
Lumina reſtituit:ſicciſq; liquentia plantis
Aequora calcauit fugitis.reuocare memento
Rex romane pedem iuſti trans limina lapſum.
Talibus orantem uerbis mirata ſedentum
Lecta cohors/ciues pharii/proceresq; latini.
Inſpectuſq; magis ſexus dicentis & ætas.
Illa etenim terſena fuit ſupremaq; brumma.
Rex tamen implicitus diuorum ambagibus ægre
Dicta tulit.mandat uinclis & carcere claudi:
Affigiq; cibo tenui.uix fluminis unda
Vix ſimplex conceſſa Ceres.incluſa tenebris
Orat:& in magna uerſatur luce per umbras.
Sedula Perſephone mendacis imagine ſumpta
Pincernæ Ichthyboli cui uox obſcura/procaxq;
Ingenium.tumidæ fauces:turgentia labra:
Diffuſæq; aures/& naſi plurima moles
Signa uiri excordis miſſaq; furentis habena:
Pes breuis:& grandes proceri corporis artus:
Anguſtumq; caput:frons multo obſcura capillo
Hic erat in magica regi comes unicus arte.
Fatur:& obſcuris uocem de naribus haurit.

Virginis unius quid tanti pendimus ora
Rex Romane.rudes inter facunda uideri
Garrulitas indocta poteſt,nos prœlia docti
Militiamq; ſumus.ſi dimicet enſe uel haſta:
Nemo ex hoc numero tali fugiturus ab hoſte eſt.
Verum hoc non ferro bellum ſed uoce gerendum.
Nemo eſt omnis homo:non omnes omnibus artes
Collige finitimis claros ex urbibus omnes
Rhetoras:& quibus eſt romanæ copia linguæ.
Audiat hos mulier de relligione loquentes:
Et pudeat carpſiſſe deos:exploſa Diorie
Aeneadum matri & noſtro det thura Quirino.
Si neget impietas ferro plectetur & igne.
Perſephones omni placuit ſententia menſæ:
Et ſimul a toto cœtu laudata ſedentum.
Nam ſoliti ludos celebres inferre theatris
Talia romani curant ſpectacula ciues.
Mittitur ad Solymos:ad Idumeos:& Erembos:
Ad ſacram Veneri Cyprum:licet æquora uentus
Tollat:& albentes ueniant ad littora fluctus.
Regia contemnit leges & frena libido .
Mittitur ad Schediæ campos;Mendeſiaq; arua:
Hermopoliſq; lares:ad aquoſam Naucratis oram:
Necropolim:& claram Menelai claſſe canopum:
Qui uocet eloquio inſignes fandiq; peritos.
Premia uictori ſtatuit uaſa aſpera gemmis
Aurea:purpuream ueſtem/lauriq; coronam.
Interea cupidus regni Maxentius alto
Corde uolutabat Romam.cupit ire per undas
Nauigio celeri:patriæq; inuadere fines.
Sed piceæ nubes & hyems contraria nautis
Impediunt curſus.Aquilo bacchatur & Eurus
Importunus agit pluuias:freta concita clamant.
Nec ſpes ulla uiæ ſupereſt niſi uere reuerſo:
Nam quãquã hybernis nonnunq̃ tuta diebus
Aequora ſint/dubio tamen inconſtantia cœlo.
Propterea inflatum rabies abſcondita pectus
Rodit.ab imperio excluſum dum ſe uidet:undas
Execrat & uentos & ſingula numina ponti:
Doridaq; & natas:cum matre palemona.Gluaucum.

Prothea.& oceanum cum coniuge.uela rateſq;
Concitus in miteın parat eructare puellam
Conceptum uirus:tacitaq; incenditur ira.
Non ſecus ac circumpoſitis haſtilibus ardet
Cæruleus ſerpens:& aperta fauce uenenum
Colligit.igniuomiſq; oculis atq; auribus altis
Sibilat.& terram:diffundit in aera peſtem.
Sic furit impatiens Cæſar.iuuat ignibus ignes
Perſephone.modo nycteridem modo nycticoracem
Fingit:& hoc acri premitur Maxentius oeſtro
Perdius & pernox.animum quoq; ſomnia uexant.
Arduus æoi mons eſt Titanis ad ortum
Mons aſiæ libyæq; ſedens confinia iuxta:
Et quaſi communis limes caput erigit altum
Aſſyrios arabeſq; uidens ægyptiaq; arua
Vertice de ſummo.Caſium dixere.ſepulchro
Romulidæ magni & celebri Iouis inclytus æde:
Huc oblectandæ ſtudio per littora mentis
Fertur equo Cæſar.triduoq; in rupibus altis
Delituit magicis exercens carmina ſignis:
Ichthyboluſq; comes:tenuiq; abſcondita nube
Perſephone:& tacito profert mendacia riſu.
Interea coniunx uultu uerbiſq; puellæ
Capta moras non fert:ſed mox abſente marito
Opportuna uidens data tempora:nocte ſilenti
Cum duce Porphyrio qui preſtantiſſimus armis
Cyrene prefectus erat:ſed uenerat illis
Milite cum multo ſacrum ad ſolemne diebus:
Tendit ad horrentes obſcuri carceris umbras:
Et tenui denſam ſuperat uix lumine noctem
Ignis:anus cornu clauſum quem præuia geſtat.
Hoſtia claudebant aditum tria ferrea magnis
Vectibus:& ſquallere ſitu locus ante ſolebat
Terrifico.nigra fornix calligine tinctus
Humidus:& nitrea paries lanugine candens.
Marmoraq; aſſiduum ſemper lachrymantia rorem.
Et iam cardinibus primo de limine uerſis
Impulit ignotus nares odor omnia uincens
Quæ reges unguenta ſyri perſæq; ſolebant
Delitias inter gemmis includere & auro:

Talia ſeu mallent proprios ſeponere in uſus,
Seu dare natarum muliebri ſcrinia mundo.
Mox rimis illuſtre iubar clareſcere uiſum,
Quod duplices abigat noctiſq; & carceris umbras.
Attoniti preſſere pedes.& lumine tecto
Auribus arectis pendent:audire loquentes
Concentumq; lyræ exilem uoceſq; canentum
Pertenues uiſi.Raptæ dulcedine mentes
Per longas immota moras ueſtigia figunt.
Talia cœleſtes animi ſolatia caſtis
Indulgere ſolent:terræ contagia poſtquam
Dedidicere graui ſcelerum de turbine ſanctam
Deducti ad mentis requiem,atq; ſilentia clauſtra.
Prolata mox luce fores reſerantur:& ipſam
Compedibus uinctam duris gelidaq; grauatam
Mole cathenarum & grauia inter ſaxa iacentem
Ieiunam tremulamq; gelu uidere puellam.
Quod neq; myrmidonũ quiſquã dolopũue nec ipſe
Trux Phalaris,duriue atrox buſiridis auſit
Non diomedeus ſtabula inter ſæua miniſter
Hoc ferus infandi ſceleris Maxentius auctor
Indignus qui uiuat agit.Clementior ipſo
Crudeli regina uiro chariſſima uirgo
Dixit in has tenebras quæ te fortuna redegit?
Cur tali ærumna tantoq; horrore ſepulta es?
Quis tuus iſte deus,qui te tam triſtia iuſſit
Vincla pati?Cur uis teneræ miſeranda iuuentæ
Perdere felices iſtis cruciatibus annos?
Ad quam ſubridens oculis cum uoce leuatis
Virgo ait:infectæ fulgenti murice ueſtes
Ante cadis rapidos ignes patiuntur ahenis,
Quam celebres uſus habeant:regumq; ferantur
In thalamos.prius accenſis fornacibus aurum
Soluitur in riuos & multo uapulat ictu,
Quam gremio ſuaues epulas & uina capaci
Accipiat.multo ſubiguntur uerbere farra
Ante fatigatis q̃ ſint alimenta colonis.
Mens humana ſui ſub inerti pondere preſſa
Carceris,& terræ latitans in mole caduca
Non niſi per luctus & lamentabilis æui

Supplicia æternos mundi ſortitur honores:
Non aliter fecis luteæ contagia poſſunt
Abradi:imbibitas ſordes animoq; receptas
Hæ refacant artes:nec te regina uoluptas
Si ueri tibi cura boni:ſit cura ſalutis.
Perpetuæ/fallat:blanda ſub imagine ſemper
Ingreditur.nardi ſuccos/unguenta/ſapores
Mellifluos præfert uultuq; applaudit amico.
Sed nihil eſt ſine fraude:latent ſub melle uenena:
Quæ poſtquam imprudens biberis/fugit illa repente
Læta dolis.manet infixum ſub pectore uirus.
Dic ubi nunc illæ:quarum uulgata theatris
Crimina conculcant probitatem humanaq; corda
Mortiferis abigunt ſtudiis.Briſeis.Eliſa.
Phyllis.& Oenone.Sappho.Chryſeis.& Helle.
Tyndaris.& mater.Medeaq;.Paſiphaeq;.
Atq; meæ Cleopatra domus graue dedecus:omnes
Vt duxere breues fœdis in ſordibus annos
Ad ſtygios uenere lacus:terræq; ſub umbras
Forma uoluptates & opes & gloria regni
Non ualuere ſequi dominas:poſt funera nulla eſt
Diſparitas animis:niſi quam dum ueſcimur aura/
Diſparitas morum inducit.ſi cernere fas ſit
Aethereos regina lares & limina diuum
Occidet omnis amor uitæ mortalis:& ultra
Nulla dies poſſet curis abducere uanis
Altius afflatam diuino numine mentem.
Nec niſi per multos uoluit deus eſſe labores
Ad ſua regna uiam.nec ſidera ſegnibus offert:
Sic nos ipſe ſuo noſter princepſq; paterq;
Admonet exemplo Chriſtus:qui brachia ferro
Transfigenda dedit:plantaſq; & pectus apertum.
Ipſe uidens hominem antiquis erroribus actum
Immerſumq; altis tenebris non poſſe reuerti
Ad cœleſtis iter patriæ:& ſimulachra deoſq;
Marmoreos colere/& uili ſe credere ligno:
Venit in hos artus:& aperto lumine noctem
Abſtulit horrendam:atq; uagos collegit in unum
Iuſtitiæ & fidei callem:quo ſancta nepotum
Poſteritas adiuta domos intraret olympi.

Sed tuus hic Cæſar diuum reſponſa ſequutus
In uerum mouet arma deum:multoſq; trucidat
Chriſtigenas:qui mox ut deſeruere caducum
Corpus:in ætherios ignes & ſidera tendunt.
Ipſe autem infelix omniq; miſerrimus æuo
Se grauibus mergit pœnis:& more gigantum
Pugnat:ut excelſos trahat in ſua pectora montes.
Nunc delubra Iouis nocturnaq; conſulit exta:
Et ſibi promittit ſceptrum:tarpeiaq; regna
Ambit:& ignauo ſperat ſuccedere patri.
O fragiles curæ:o dominandi inſana libido:
Quot latiis nuribus lachrymas:quot funera romæ
Quot cędes dabit illa dies:cum dignior ipſo
Miſſus ab occaſu princeps inſignia Chriſti
Qui feret abiectis aquilis:latiſſima ſolus
Regna gubernabit.Chriſtoq; auctore:potius
Imperio:Chriſti leges extollet ad aſtra.
Vir tuus arma ferox capiet:ſed Marte ſiniſtro
Corruet:& triſtes erebi rapietur ad umbras.
Quare age ne noſtros luge regina dolores:
Sed magis ærumnas:& formidanda mariti
Damna tui:proliſq; tuæ:ſtragemq; tuorum.
Nanq; ego ſi paulum afflicto ſum corpore preſſa:
Nil tamen eſt in me flendum mihi:ſidera carcer
Parturit iſte mihi:faciunt tormenta beatam.
Etiam finis adeſt:noctem iam terminat ortus
Lucifer:& clari facies aperitur olympi.
Sic ait.auditas quaſi quædam oracula uoces
Cum duce Porphyrio uoluens regina:ſibyllam
Cœlitus afflatam nec uerba humana ſonantem
Extimat:& paucis ſic eſt affata puellam.
Credimus o uirgo cœli te arcana tenere:
Nec te tanta pati:nec te ſine numine fari.
Credimus & Chriſto tecum:uolumuſq; ſalutis
Participes tantæ fieri.Clareſcere Chriſtus
Incipit:& totum late regnare per orbem.
Omnia Chriſtus habet:rubet omnis ſanguine tellus
Innocuo.memini Romæ uidiſſe gregatim
Chriſtigenas duci:& quoſdam periiſſe ferarum
Morſibus:& quoſdam gladiis:in flumine quoſdam.

In mare complures fodienda ad marmora miſſos,
Flumina terra fretum fuſo ſacrata cruore
Numen habent Chriſti:debentur & omnia Chriſto,
Vidi ego Cęciliæ pœnas:& flebile ſanctæ
Funus Anaſtaſiæ uidi:Agnetiſq; dolores.
Tyburti fratriſq; necem.Crudelia nobis
Vulnera Chryſogoni ueniens narrauit ab Iſtris
Nuncius:& fateor lachrymæ cecidere tepentes.
Hippolytus laniatur equis.Laurentius ardet,
Nec ſuperare uirum flammæ neq; ferrea poſſunt
Verbera:ſic emitur cœlum:ſic inuidus orchus
Vincitur:& nulla eſſe poteſt uictoria maior.
Iam mea terruerant crebræ corda intima mortes,
Et tanta horrebam paſſim lamenta:uirumq;
Sæpius increpui:uerum furibundus & atrox
Nec ſeruare modum miſeris neq; parcere nouit,
Viderit ipſe ſuam ſortem.Nos caſtra ſubimus
Chriſte tua:& poſthac tua numina ſola ſequemur.
Pauca pati ſatius:breuibuſq; æterna parare
Gaudia ſuppliciis:q̃ dum fugientia fruſtra
Complexi bona conamur retinere,laborem
Perdere:& infernos demum deſcendere ad amnes.
Sic ait.& rubro ſurgebat ab æquore fulgens
Lucifer:& caſium rutilans aurora cacumen
Luce colorabat crocea.Regina comeſq;
Porphyrius fletu madidi rediere per umbras.
Nona dies aderat.turba ſtipante tyrannus
Affuit:at decima ſubierunt mœnia luce
Rhetores acciti uerborum ambage parata.
Arduis ad lęuam portum ſubeuntibus alta
Rupe locus ſurgit phariæ contrarius arci,
Vnde licet totam claris proſpectibus urbem
Subiectaſq; rates ſinuoſaq; littora portus
Et procul in Cyprum fluctus ſpectare natantes.
Hic fuit Antoni cum iam Cicerone perempto
Victus ab Auguſto ciuilia poneret arma,
Regia:mox iterum renouata in littore pugna
Fractus in has fugit latebras:noua mœnia Cæſar
Nicopolim dicens ſtatuit:monumentaq; uictor
Inclyta pellæis poſuit contermina portis

Hic igitur poſitis ampliſſima ſedibus aula
Cingitur aulæis:longo uelamina tractu
Accipit & picto paries ueſtitur amictu.
Hic Ninus & coniunx ſexum mentita uirilem
Coctilibus muris Babylona Semiramis ambit.
Aſſyrii reges/perſæ/medię ſequuntur.
Hic Cyri genus & pugnæ/funuſq; cruentum.
Et Thomiris uultu ſcythiæ regina ſuperbo
Sanguineum regis caput inſertabat in utrem:
Id quoq; ſubſcriptum grais epigramma figuris
Debita ſanguineo mors ſanguinolenta tyranno.
Hic Iouis & Semeles gangetica filius arua
Vaſtat:& imbelles inuoluit cędibus indos.
Miles Alexandri longinquum nauigat æquor
Taprobanæ:& maria emiſſis incognita mergis.
Nāq; polus gemina qui circunſcribitur arcto
Occidit:& gelidos illic non porrigit ignes.
Sidera ſunt illi nobis incognita coelo/
Quæ diuerſa creant illis animantia terris/
Diuerſoſq; hominum mores/aliumq; colorem.
Quando dies illis oritur:denſiſſima nobis
Nox ſilet:& medio uoluuntur ſidera lapſu.
Hunc igitur romana cohors cum rege latino
Septaq; multiplici regina ſatellite uenit
Certamen uiſura nouum:& ſine nomine turba
Plurima.Subſtratis aurata tapetibus alto
Fulget ſella loco:quam uix Maxentius oſtro
Splendidus & gemmis late rutilantibus intrat.
Quinquaginta acres animis linguaq; diſerti
Rhetores ad leuam poſitum aſcendere tribunal.
Pellitur e medio uulgus:ſedere latini
Ad dextram proceres.lagidæ tenuere ſiniſtram.
Ordinibuſq; ſilent completa ſedilia longis.
Ingreditur uirgo tanti certaminis auctor:
Quam circū magno Naſamon ſtrepit agmine lictor
Gens fera/gens immanis agens ex æquore prędas
Cum miſeros aquilo iacit in uada ſyrtica nautas
Splendida lucifero ſimilis Catharina nihilq;
Extenuata fame & roſeo ſpectabilis ore
Nam deus ut ſæui torqueret pectora regis/

Illius ambroſia uultum frontemq; comaſq;
Tinxerat:& totam cœleſti afflauerat aura:
Iuſſa ſedet.trabs alta ligat pendentia pugnæ
Pręmia:ſtant uerſis arrecti uultibus omnes.
Cuncta ſilent:regis nutu data copia fandi.
Talia tum primus ſumpſit primordia Rhetor.
Maxime romulidum Cæſar:quem Iuppiter unum
Deligit immenſi cui ſint conſortia regni.
Non ego dicendo laudes æquare deorum
Poſſe puto:neq; enim fas id mortalibus ullis
Sed ne tanta leues uerboſa licentia linguas
Inflet:ut in ſuperos paſſim conuicia iactent.
Pauca loqui ſuaſit pietas:cauſamq; tueri
Cœlicolum:qui te Cæſar romanaq; regna
Præcipuis tollunt ſtudiis.qui barbara tandem
Auſoniæ ſanctis domuerunt legibus arma.
Maximus hic orbis gemino qui nititur axe
Quem decorant æterni ignes.quem circuit ardens
Lumine perpetuo Titan,germanaq; phœbe:
Nil Ioue maius habet.ſedet alto in uertice mundi
Tartaraq; & terras complexus & æquor & auram
Imperio æterno regit:omnia Iuppiter implet.
Omnia mente gerens animo procul aſpicit omne
Tempus & incumbens cubito uigil excubat:ipſi
Nulla quies & ſumma quies:ab origine factum
Seruat opus:ſemperq; nouis noua corpora formis
Suſcitat:ex aſtris animas uitalibus haurit
Quas in membra pluat:mox uitæ munere functas
Euocat ad cœlos iterum.poſt tempora ſoli
Nota ſibi rurſum emittit rurſumq; reducit.
Hoc opus eſt quod fine caret:ſed ſumma uoluptas
Ipſi operi coniuncta quies æterna uocatur.
Ipſe ſibi tantę molis ne ſolus habenas
Flecteret,ut tanti faceret communia regni
Gaudia,progenuit natos:quos ſuſtulit inter
Sidera,ut ex alto curent mortalia cœlo.
Sic Venus,& Pallas,ſic Mars,ſerieſq; nepotum
Surgit:ut Aeneas:& Romæ conditor urbis
Romulus:& claro ſtellatus in æthere Cæſar.
Indigeteſq; alii.quorum tutela iacentes

Mittitur in terras. Meritis pro talibus ipſi
Cum dare nil melius poſſint, fumantibus aris
Thura ferunt homines: onerantq; altaria donis.
Templa locant: tantoq; deos teſtantur honore.
Hinc Epheſi moles, dodoneæq; columbæ.
Hinc Hammonis opus clariiq; oracula Phœbi
Et lyciæ ſortes. & delphica phocidis antra.
Nanq; hominum miſerata graues pia numina curas
Dant uariis reſponſa modis. inſtantia bella
Inſidias peſtemq; monent: caſuſq; ſiniſtros
Ingruere. humanis nunquam tacuere uocata
Suppliciis. tumidus Mędo cum milite graios
Opprimeret Xerſes: miſerantum oracula diuum
Vincendi docuere uiam. cum punica bella
Cladibus innumeris italos romanaq; regna
Concuterent: diuum phrygio de littore mater
In latium tranſlata grauem ſedaſſe tumultum
Dicitur: auſpiciiſq; deæ uiciſſe latinos:
Et nedum eieciſſe ſuis de finibus hoſtem
Sed libycos etiam ferro flammaq; penates
Vaſtaſſe: atq; armis birſam euertiſſe potentem.
Quid referam auxilio Iouis & Iunonis ab arce
Deiectam ſenonum gentem? & capitolia forti
Diuorum protecta manu? peſtemq; repulſam
Mœnia cum Phœbo ſatus atq; Coronide nympha
Verſus in effigiem colubri romana petiuit?
Quo fit ut impietas atq; irreuerentia diuum
Sit ſcelus horrendum: & nullo delebile ſacro:
Sacrilegas odere manus: odere ſuperbos
Numina. Tantalidis natos Latona peremit.
Iuppiter anguipedes congeſtis montibus auſos
In ſuperos tentare uiam: curruq; uolanti
Eolidem aggreſſum tonitru ſimulare fragorem
Fulmine deiecit. toruæq; Lycaona regem
Induit ora feræ. nudus cute Marſya Phœbum
Reperit ultorem. temeraria ſenſit Arachne
Pallada cæcropiam. mentitæ pergamia troiæ
Ira tridentiferi perterruit Ennoſigeſ.
Sed quid ego anitor Phœbo ſuperaddere lumen?
Iſta ſatis fulgore ſuo ſententia nota eſt.

Et ſcelus a ſuperis habet & ſua pręmia uirtus.
Quare age conceptum uirgo depone furorem:
Nec tentare deum genus inſeliciter aude.
Eſt thalamis prælata Venus/prælata puellis
Nubilibus.tædas niſi ſis perteſa iugales
Sit tua cura Venus.quod ſi ſeruare pudorem
Virgineum mauis/tibi ſit tutela Dianæ.
Numen utrūq; pium.tua qui iam poſſidet orbem
Vota ſecundabit Cæſar.quid pallida mœres:
Pone metum uirgo infelix.reſipiſce parumper.
Pro generis ſplendore tui connubia Cæſar
Clara dabit.nam te Lagidarum a ſanguine ductam
Commemorant.proauos ſemenq; imitare paternum
Et cognoſce deos/quos agnouere parentes
Ante tui.quiſnam nugas perſuaſit aniles
Vt genitum obſcura ſegniq; propagine Chriſtum
Numen habere putes? mundus coniurat in omnes
Chriſtigenas.iam terra rubet iam ſanguine pontus
Spumat:& ex toto genus hoc exploditur orbe.
Et tu docta bonas artes ſata ſanguine regum
Et formæ ſplendore nitens gratiſſima tantis
Principibus magnæ domino gratiſſima Romæ
Et modo florentes annos ingreſſa iuuentæ
Sponte tibi mala tanta paras? uis ferre latentes
Carceris obſcuri tenebras.uis ferre cathenas
Extremamq; pati ſæua inter uulnera mortem?
Ah miſerere tui ſaltem:miſerere tuorum:
Deſertæ miſerere domus.lamenta preceſq;
Ne contemne tuæ gentis.depone rigorem
Marmoreum uirgo.nec contra iura deoſq;
Fœmineas extende manus.tibi gloria uictæ
Maior erit q̄ uictrici.ſpes unica tanti
Sanguinis extingui prolem patiere tuorum?
Carminibus tua corda malis poſſeſſa retardat
Chriſtus:& haud compos mentis cognoſcere ſanctos
Non ſineris monitus:ſed mox ut martis ad aram
Numen adoraris/pulſa calligine tollet
Libera mens oculis.& te tua limina læto
Accipient uultu reducem.quid lenta reſiſtis?
Rumpe moras.nec te clementia Cæſaris ullum

Ad ſcelus inuitat:nec ad importabile pondus
Vrget:opus leue/iucundum laudabile/ſanctum
Imperat:id proceres optant.id ſupplicat omnis
Vrbs tua.Quid tantis & ſola & fœmina uotis
Non parere potes?da thura calentia Marti:
Dux tibi Cæſar erit:nos te comitamur euntem.
Sic ait:& Cæſar nutu aſſentitur & ore.

Secundæ Parthenices Liber Tertius.

Egia progenies fixis immota manebat
Luminibus turri ſimilis quã ſaxea moles
Suſtinet:atq; omnẽ fert incõcuſſa ꝓcellam.
Et tali aſſurgens ſermone ſilentia rupit.
Si mea mens ullo poterat ſermone moueri
Hoc fateor compulſa foret:nãq; omnia rhetor
Attigit/humanum quibus eſt mutabile pectus.
Et factum ſatis eſt arti:ſi inuicta remanſi/
Diuinæ hoc uirtutis opus:ſi numen abeſſet/
Victor erat:grauibus potui ſuccumbere dictis.
Victrices habeat lauros/prolataq; pugnę
Dona ferat uirtus:& non fortuna coronam
Quoad potuit fecit:potui ſine numine uinci.
Sed mihi numen adeſt/quo mens arrepta moueri
Neſcit.ad Euphratem potius ſuã flumina mittet
Eridanus:Tyberim Tagus influet:abdua Nilum:
Ante & Pyrenes Rhodope iuga mittet ad arces:
Taurus ad athlantem fugiet:Carmelus ad oſſam:
Quam mea ſanctus amor Chriſti præcordia linquat.
Quam Marti & gelidis ponam libamina ſaxis.
Nec ſuperos odi:nec numina ſancta:nec aras
Numinibus ſacras.uerum quæ numina uanum
Vulgus ait tenebroſa ſequens ueſtigia patrum/
Numen habere nego:teneat ſi Iuppiter arcem
Aethereã/quis templa Ioui quis ſacra negabit?
Sponte ego thura feram.Veneris (ſi numen haberet)
Numen adorarem.Phœbum ſequar/atq; ſororem/
Si ſoror & Phœbus dii ſunt.uenerabimur aram
Palladis/æthereo Pallas ſi nata cerebro.
Impius/& mergi dignus phlegethonte ſub imo/

Sacrilego quicunq; deum ſermone laceſſit.
Sed uetus & toto iam uulgatiſſimus orbe
Mortales inter miſeros efferbuit error:
Atq; aliter q̄ res habeat ſentire coegit:
Somnia nec refero:ſed quod narramus aperta,
Monſtrari ratione poteſt. Dic optime Rhetor
Quis fuit ante Iouem:qui lucida uolueret aſtra?
Qui regeret cœli curſum:qui clauderet undas
Littore:qui læto ueſtiret gramine campos?
Mundus enim fuit ante Iouem:qui raptus ab ipſa
Fauce patris coribantum opera tranſlatus ad idam
Gnoſiacaſq; domos cretæo creuit in antro.
Iuppiter eſt igitur proles humana: propago
Eſt humana Iouis:nullum fecere quod ipſos
Eſſe deos teſtetur opus.furta, arma,rapinæ,
Stupra,doli,fraudes,opera hæc præclara deorum.
O inſaniæ hominum mentes:quæ credere diuos
Artibus his factos potuere:ardentis olympi
Artificem fecere hominem:dementia nulli
Admittenda uiro. Deus eſt æternus:& ingens.
Nec cōprehenſus adhuc:nec quæ cōprehēdere poſſit
Mens eſt ulla deum. Simplex eſſentia,nullis
Intercepta locis,non circūſcripta figuris.
Vnus & in plures nunquam diuiſus:ab omni
Conditione procul noſtra.mortalia nedum,
Omnia uerum etiam uincens cœleſtia longe.
Solus hic immenſum fecit non Iuppiter orbem.
Quicqd habet phlegethon quicqd caua uiſcera terræ
Quicquid ineſt pelago quicquid ſecat aera pennis
Condidit:& ſolus totum hoc opus ipſe gubernat.
Quæ narras de prole Iouis de ſtirpe deorum
Scænica ſunt leuibus uulgo recitanda poetis,
Exhibitura iocos populo,plauſumq; theatro.
Iuppiter & proles ita ſunt in ſidera lati,
Vt fera ſyluoſæ nemees:ut portitor helles.
Portitor Europes. Auriga.& Iaſonis Argo.
Pegaſus.arctophilax.& raptis miluius extis.
Cæſareuſq; thronus.procyon,coma regia,& urſę,
Coruus.olor.lepus.ara.canis.lyra.cancer.& urna.
Atq; aliæ cœli formæ:quas græcia mendax

Finxit:& audaci uatum facundia cantu.
Non ita naturæ ſpeculati arcana ſagaci
Ingenio ſenſere uiri:quos attica tellus
Quos iudæa tulit/babylonq; antiqua magorum
Clara rudimentis:bragmanarumq; repoſto
Ora iacens mundo nudis uicina ſophiſtis.
Primus Anaxagoras quadam cœleſtia dixit
Mente regi.non ille Iouem non ille Mineruam
Non Maia Semeleue ſatum præfecit olympo:
Non hominum quẽquam:breuibus qui tanta lacertis
Corpora perpetuo nequeat conuoluere gyro.
Aethica cęcropias docuit qui primus athenas
Inſignis uirtute ſenex ſimulachra deoſq;
Riſit:& hic ſophiæ princeps ab Apolline ueſtro
Dictus.& iccirco iuſſus potare cicutam.
Matre Perictonia ueniens a ſtirpe Solonis
Clarus Ariſtocles humeris Plato dictus ab amplis
Cum comite eudoxo noſtram peruenit ad urbem.
Quicquid ab Habrahamo noſtri didicere parentes
Tranſtulit ad gaios:& ab his Academia terris
Orta deos plures aufert.unumq; fatetur
Artificem mundi/dominatoremq; deumq;.
Magnus Ariſtoteles hominum figmenta peroſus
Lyncea in æthereos attollens lumina tractus
Vidit in hac unum mundi teſtudine numen
Et coluit.patrios ideo fugiſſe penates
Euboicoſq; lares fertur petiiſſe:diemq;
Calcide ſupremum longa clauſiſſe ſenecta.
Hic deus errantes miſerans in imagine noſtra
Venit:& iſtorum fraudem detexit/& artes
Spirituum:ſacros quibus indulgetis honores.
Hic deus.hunc unum colimus.uobiſq; colendum
Dicimus.at plures luci pręferre tenebras
Et cœlo phlegethonta uolunt:& funera uitæ.
Huius in aduentu ueſter trepidauit Apollo
Squallidus:& uultu radios contraxit opaco.
Tum cecidere deum ſtatuæ:ſimulachraq; miris
Sunt contrita modis.ueſtri meminere parentes.
Hunc ſolymi uates perhibent ueſtræq; ſibyllæ
Sæcula facturum luſtratis aurea ſæclis.

Huius ob imperium æternum promiſſaq; genti
Regna ſuæ nec forma meos nec ſceptra nec ætas
Sollicitant animos:bona nec mortalia tanti
Ducimus.hoc etiam ueſtri docuere poetæ.
Nam quid Lyriopes & grai filius annis
Vos aliud docuit fragilis q̃ noxia formæ
Blandimenta malis præbere incendia curis:
Et ſibimet nec ſolum aliis inferre uenenum?
Et quid opes aurumq; Midæ monuere?quid auſus
Quid phaetontis equi?niſi quod uota improba regũ
Diuitiæq; abeunt peſſum.ſecumq; ruinis
Inuoluunt grauibus reges regumq; miniſtros?
Dicite.Plutoni ueterum prudentia uatum
Cur ſubiecit opes?forſan quia uiderat aurum
Ex ima tellure trahi.ſub montibus altis
Aes latet.argenti decor eſt in uiſcere terræ.
Betica teſtatur regio Pactolus:& hermus
Aſtipulantur.agunt etenim flauentis harenæ
Diuitias.fuluumq; trahunt cum piſcibus aurum.
Et quia ſub terris ditem regnare uolebant
Quæ tellure latent diti attribuere profundo.
Forſitan hæc fuerit ratio quæ mouerit illos.
Altera ſe nobis longe præſtantior offert
Ad mores inuenta bonos.ſtudioſa ſalutis
Conſona dogmatibus noſtris.Concedimus ergo
Diuitias orcho:quia ſunt fomenta malorum.
Et ſcelerum inſtrumenta:quibus ſubuertitur omne
Iuſtitiæ robur.cæcos quibus itur ad amnes
Sulfureoſq; lacus regnum implacabile ditis.
Non aliam ob cauſam mundi ſaluator iniquas
Appellauit opes:& lucra ferentia mortem
Diſtribuenda pios hominum mandauit in uſus.
Diſcite ueſtrorum monitis contemnere quicquid
Eſt mortale:omnem regna in cœleſtia curam
Ferte.nec ætati:fluxæ neu fidite uitæ.
Mobile tempus abit:mora nulla fugacibus annis.
Nunc quoq; dum loquimur Cæſar tua præterit ætas
Anxiaque nec gelidam tardat tua purpura mortem
Finis erat uerbis:uno cum rhetores ore
Nil ueriti regem(res admiranda) ſuperbum

Sacrilegum quiddam ſimulachra deoſq; fatentur.
Inceſtumq; Iouem.ſubitoq; afflata repente
Numine tota cohors uictorem extollere Chriſtum
Cœpit:& in ſummam fidei prorumpere laudem.
Torua ſupercilio Maxentius ora minaci
Tollit:& accenſus flagranti corda furore
Elata uocat arma manu.citus arma ſatelles
Admouet.accurſu proceres tenuere citato
Talibus ardentem furiis.Subuerſa tumultu
Omnia præcipiti.Poſtq̃ ſedata parumper
Ira.leues animos dixit quæ mouit herinnys?
Quis malus inuaſit nutantia pectora dæmon?
Ergone fœmineæ potuerunt uertere nugæ
Vos quoq;?uos inquam,quos defendenda deorum
Cauſa peregrinis ad nos contraxit ab oris.
Hoc honor exhibitus uobis,hoc dona merentur.
Hoc ſuſpenſa tolo?ſic nos ſic omnia Romæ
Numina negligitis?quæ tanta ignauia?multos
Vna puella uiros ſuperat.proh dedecus:inter
Millia tot præſtantum hominũ certaminis huius
Pręmia fert mulier:ſic rex:concorditer omnes
Reſpondere uiri.quid nos terrere minando
Niteris?illabi manifeſtum in pectora numen
Senſimus:& rutilare ſacro caput illius igne
Vidimus:& labi flammas ex ore loquentis.
Vincimur a ſuperis:& uicti ponimus arma.
Da ueniam Cæſar.Chriſti tranſimus ad aras.
Iuppiter & proles & numina falſa ualete:
Cæſaris extemplo facies excanduit:ardent
Lumina:labra tremunt.rauco clamore miniſtros
Conuocat:infandum facinus iubet ore tragœdo
Atq; ſophocleo ſcelus enarrabile cantu.
Tollite ſacrilegos clamat:iugulate deorum
Sacra profanantes.auibuſq; epulanda per agros
Exta date.hæc illis ſint præmia:uadat ad urbes
Fama peregrinas:tantæ uictoria pugnæ
Has habeant lauros.hæc gloria ſegnibus eſto.
Ite rogum ingentem ſtruite:& date corpora flammis:
Et cinis æquoreas uento rapiatur in undas.
Talia fulmineo iaculans late intonat ore.

Attoniti tremuere omnes.feralibus armis
Circũfuſa cohors uinctos pretoria ducit
Rhetoras:& magno circũſtrepit agmine miles.
Voce recedentes tali Catharina monebat
Ite triumphales animæ:ſuperate tyrannum.
Ite alacres.hodie uobis reſerantur olympi
Limina.momentum mors eſt.ubi tranſiit æther
Panditur:& liber petit ignea ſpiritus aſtra.
It e domos cœli ſanctoſq; intrate penates.
Ite.ſequár.nec uos ſacri iactura lauacri
Terreat:abradet ſcelus omne ſalutifer ignis.
Nec mora.comportant alii ſarmenta trabeſq;
Materiam arentem:& ſyluæ uirgulta ſalignæ.
Et piceas:alii pinos:& odora cypreſſi
Robora:iuniperi ramos.campoq; patenti
Conſtruxere pyras adipem fomentaq; flammis
Plurima ſubiiciunt:oleæq; liquoribus addunt
Sulfura certatim:coit omnis turba: uiæq;
Eructant hominum turbas.uelut aggere facto
Cum Padus in uirides ſpumanti uortice campos
Inſilit euertens ſegetes:ſpemq; obruit anni.
Subiecere faces.ſalit ardua flamma:comamq;
Spargit:& in nubem fumi glomerantur opacam:
Corripiunt uinctos bini:ſtringuntq; retorto
Fune manus & fune pedes:iaciuntq; per altos
Ingenti clamore rogos.furit ignis:& ardor
In mentum ſalit atq; comas ſtridore coruſco.
Tanta ſacerdotes alacri ſpectacula uultu
Conſpiciunt:tabuliſq; iuuant incendia iactis.
Cæſaris extollunt animos:urgentq; miniſtros.
Et rediiſſe deum libamen & orgia gaudent.
Extinctis mox buſta uiris cecidere:nec artus
In cineres abiere:rogas & corpora lambens
Leniter abſtinuit uireſq; cohercuit ignis
Ipſe ſuas ſanctos ueritus tráctare. ſepulchro
Chriſtigenæ intrepidi ſublata cadauera ponunt
Suppliciter flentes:& triſtia funera ducunt.
Cędis adhuc auidus Cæſar:nec crimine tanto
Territus at multo madidus poſt prandia Baccho
Mandat ab obſcuris foribus cæcoq; reuulſam

Carcere uictricem menſis aſtare puellam.
Illa cathenarum ſtrepitu per lata ſonante
Atria nil pauitans duri ſubit ora tyranni.
Compoſito uultu & frontis feritate parumper
Vix tandem poſita ficto rex pectore fatur.
Regia progenies uirgo,tua maxima uirtus
Inſigni nobis hodie certamine nota
Conciliare poteſt tibi me:niſi noſtra uereri
Sacra negas.uerſis igitur palinodia uerbis
Eſt dicenda palam.neu te male numina perdant
Eſt placanda deum dictis melioribus ira.
Illa quid his iterum nugis me uertere tentas?
Cæſar ait.Tu ſaxa colas:ſine numina nobis.
Forſan honoratis lapides:quia creditis olim
Deucalioneis homines de cotibus ortos.
Talibus accenſus dictis Maxentius altum
Ferrea clamabat date uerbera.uerbera lictor
Expedit:& nudos humeros ac pectus apertum
Virginis inuadens crebro ferit impius ictu
Innocuum corpus.miti gemit ore: deumq;
Alloquitur uirgo.noſtri cape ſancte cruoris
Primitias.animum ſerua.ſit uictima fluxum
Corpus:ut Habraamus ſeruato pignore ſacrum
Fecit:& illuſtrem pecudis cruor imbuit aram:
Sic mea ſeruata caro concidat hoſtia mente.
Sic ait.ex oculis lachrymæ fluxere tepentes:
Ora genaſq; rigant.largus de uulnere ſanguis
Labitur:& terram cędes effuſa cruentat.
Supplicio affectam tali iubet ire ſub umbras:
Nullaq; biſſenis præberi alimenta diebus.
Vertitur abſtergens oculos:gemebundaq; pectus
Velat:& in noctem lachrymans deſcendit opacam.
Eſt locus æoos phœbi naſcentis ad ortus
Arduus attollens uicina cacumina cœlo.
Trahicia maior rhodope,ſublimior oſſa,
Pelion æmonium ſuperans,& culmen olympi,
Caucaſeaſq; niues,ubi ſunt iuga maxima tauro.
Illic perpetuo uernantia gramine rura
Perpetui fructus æternaq; gratia florum.
Vernaq; temperies ſemper:ſine nubibus aer

Lympidus. Auſter abeſt. Boreas non ſibilat. Eurus
Exulat. occidua Zephyrus non murmurat Aura,
Hic primæua quies homini ieiuna priuſquam
Infelix uetita uiciaſſet guttura fruge:
In medio fons eſt lato pulcherrimus orbe
Quattuor unde fluunt occulto flumina curſu.
Nam tria ſecretis delapſa meatibus arcton
Verſus eunt: at mox uerſo reuocantur in auſtrum
Tramite. ad æthiopes combuſtaq; ſolibus arua
Defluit aſſiduis quartum. Meroemq; refuſo
Gurgite complectens memphitica regna peragrat.
Ad uitrei fontis ripas in margine læto
Sunt oleæ pingues. ſunt medica mala. Cypreſſi.
Et ſemper uirides lauri. palmetaq; longis
Frondibus: & pini pingues: & myrtea ſylua.
Sunt & odoratæ Cedri, fœcundaq; ſemper
Ficus: & uua graui pendens in palmite. pruna
Cærea. iuglandes. & amygdala. purpureumq;
Quod tulit arctois pomum Lucullus ab aruis.
Prata ſub arboribus raris florentia ſemper.
Lilia: ſerpillum. narciſſus. amaracus. omne
Gramen odoriferum. uiolæ. roſa. balſamus: arbor
Thurea. mirrha. thymũ. buxus. terebinthus. amomũ
Nardus. & Aiacis frondes roriſq; marini.
Irriguos circum riuos ſua brachia tendunt.
Innocui uitreo ludunt in gurgite piſces.
Vbera diſtendunt pecudes. hic nulla leonum
Semina non ſerpens. nec cauda ſcorpius unca.
Omnia tuta. cubant lepores: nec bella nec ullas
Inſidias metuunt: cantu nemus omne uolucrum
Perſonat: & florum per ſumma cacumina nectar
Libat apis. lectumq; cauis opus aggerat antris.
Nuncius ante pater ſumma quem miſerat arce
Virgineo occurrens morbo caſuſq; futuri
Præſcius inde fauos illis & mella diebus
Pomaq; decerpens dapis inconſueta ferebat
Pabula deſertæ trans æquora lata puellæ.
Hæc ſunt illa quibus felicem pabula uitam
Helias & ſocii longæua in ſæcula ducunt.
Omniaq; infuſo curauit uulnera moly:

Moly:quod omnigenis fecit deus utile morbis,
Nigra ſubeſt radix.uiridis coma.floribus albet,
Iam biſſena dies ierat.reuocatur ab umbris
Ambroſium uultu referens Catharina decorem,
Nec tenuata fame nec triſti ſquallida nocte.
Cæſar ut aſpexit ſolitum decus oris honeſti,
Fraude miniſtrorum paſtam putat æſtuat. ardet
Vociferans.trepidat mugitu regia tanto.
Non ſecus ac nautæ,pelago cum turbidus imber
Ingruit:& rauco uolitat cum murmure nubes
Pulſa notho.tumet unda micat pice nigrior aer
Ignibus:& tonitru ingenti tonat altus olympus,
Perdite cuſtodes clamat uel mergite ponto
Tergore conſutos.ſiculis uel adurite tauris.
Iuſſa citi Garamas Naſamon mauruſq; faceſſunt,
Marmaridæ.Pſilli.Numidæ.quibus una libido
Sanguinis.accenſos miſeri raptantur ad ignes,
Vinculaq; iniiciunt pedibus.terraq; uolutos
Verſatoſq; luto & fœdatos puluere terga
Ad tormenta trahunt.nihil illis mollia proſunt
Verba precum.lachrymæ nihil inter uerba cadentes.
Nil longi labor obſequii:uotiſq; uocata
Numina nil proſunt,manet implacabile pectus
Regis:& indomitum uirus medicamine nullo
Frangitur.o infelix quæ te inclementia Cæſar
Virgo ait innocuos homines torquere coegit?
Non ego terrenis epulis ſed ab æthere miſſa
Sum dape paſta dies biſſex.qui pabula genti
Per deſerta dedit ſolymæ cum uecta per undas
Aequore ſuſpenſo pancheos uenit in agros
Me quoq; certamen pro relligione fidemq;
Aſſerere audentem pauit,ſanauit:& ipſa
Parta ſalus opus eſſe docet cœleſte.cicatrix
Nulla per offenſos ferro deprenditur artus.
Incipe ſedata fieri clementior ira:
Et neq; ſanguineo ſimilem te finge Neroni
Sed qualis Traianus erat:uel iulia proles
Auguſtus:qualeſq; tulit gens flauia reges,
Et patrem & natum.quorum ueſtigia debes
Sancta ſequi,ſi uis tanto ſuccedere regno.

Dignus eris ſi iuſtus eris.clementia reges
Efficit imperio dignos.pro immanibus actis
Crudeli mercede deus tibi digna rependet
Pręmia.crudeles ſuperi crudeliter urgent.
Vicit fœmineo facundia iuncta decori.
Sedatuſq; parum Cæſar quo perdita Virgo
Vſq; Ioui differs inquit parere? Iuuentæ
Nec miſerere tuę? Non te ſeruilibus utar
Obſequiis:nec enim id patitur tua forma nec ætas.
Aſſentire meis aliquando & ſubde rebelles
Imperiis animos. Quid me reſpondit iniquis
Sollicitas uerbis? turpi ſi pectora uoto
Fœda geris,cur ſanctum audes uiolare pudorem?
More ſuum cœno aſſuetus ſordeſcere nunquam
Deſinis:& mundæ neſcis aſſueſcere uitæ
Sic tua te inſtituit Venus:hæc documenta tuorum
Caſta deum. Sunt hæc quibus aſſentire iubemur
Imperia? hi monitus? Vtrum tua prouida uirtus
Conſulit utilius nobis.humanane iuſſa
An diuina ſequi? Quod amas deus odit.& audes
Impugnare deum cum ſis mortalis? ab urbe
Ciuibus hæc tam uana meis documenta tuliſti?
Erubuit Cæſar,ſceleris mens conſcia non fert
Iurgia.non audet uultus attollere:ſeq;
Vertit ad Ichthybolũ:& reuehi præcepit ad umbram
Carceris:atq; nouis tradi cuſtodibus antrum.
Ichthybolus uero cui mens crudelis & atrox
Ingenium,regi quidnam uulgaribus inquit
Hanc pœnis terrere paras? ſub ſidere natam
Credimus Hellęo.nam frons marpeſia caute
Taurominitana aſperior:rigidoq; adamante
Durior auſonios faſces noſtraſq; ſecures
Ridet:& imperio diuum parere recuſat.
Cędimus? an iuſtis dementem urgere flagellis
Præſtat? & imperii cauſam diuumq; tueri?
Mollia non obſtant duris:nec fortia poſſunt
Debilibus uinci.nec ligno ſaxa cauantur,
Nec manibus muri.ſed duro marmora ferro
Mœnia contortis magno molimine ſaxis
Eruimus.ſi auferre paras a uirgine Chriſtum

Finge rotas:magnæq; aliquot uertiginis orbes.
Et crebris armetur opus mucronibus omne,
Et radii cultros & curuatura rotarum
Ancipites habeant.Orbis contrarius orbi
Currat:& affixos uerso ſecet impetus axe.
Perſephone immanes pœnas & ſæua docebat
Supplicia occultis uoluens corda impia formis.
Aſpera inhumanum flexit ſententia regem.
Quæritur in tota ſi quis foret urbe Perillus:
Atq; Phereclea quiſquam præſtantior arte
Dedalus.aut auctor troianæ cladis Epæus.
Nox erat.& medium cœli ſtellata per axem
Cum Ioue ducebant nitidi ueſtigia piſces.
Maximus ætherei Chriſtus regnator olympi
Agmine cœlicolum magno ſtipatus ab aſtris
Labitur & niuei tranſit per cornua tauri.
Intrat ad humentes umbras & triſte baratrum.
Fit ſonus.& nigram ſubito lux aurea noctem
Diſſipat.apparent pulchra ſub imagine diui
Primus Ioannes:humeros cui lucida ueſtit
Pellis:& aurati pendent in tergore uilli.
Alter erat ſenior Petrus:cui candida mento
Cæſaries:geminæq; micant in pectore claues.
Tertius ardenti Paulus mucrone coruſcans
Igneus ore.ligant intextæ guttura gemmæ.
Quartus Ioannes aquila ſignatus: amictu
Lucet in albenti:mementoq; & uertice canus.
Hi primi:ſua quemq; ducem ſtant agmina circum.
Squallor abit:fulget paries.circũfluus aer
Fragrat:& armenio carcer luſtratur amomo.
Tum uultu diuum dominus ſic fatur amico.
Hactenus ex alto pugnam ſpectauimus orbes
Occulteq; tuis procul aſpirauimus orſis
Fortibus.hæc claræ fuerint præludia pugnæ.
Nunc acie tota pugnatur & omnibus armis.
Aude:& in extremo palmam ne deſere curſu.
Pars ſupereſt tibi parua uix.iam proxima palmæ
Curris:& apparet grauium ſuprema laborum
Meta.dies feret optatum tibi craſtina finem.
Dixit:& ambroſia frontem perfudit & armos.

Et ſic fatus abit:dulciq; adit æthera cantu.
Altera lux aderat.feralis machina cœlo
Erigitur:populiq; foro concurſus aperto
Cogitur.horreſcunt uiſu:& crudele fatetur
Id genus inſolitum pœnæ.de robore querno
Texitur:& biſſex cubitis aſcendit in auras
Pons:ubi uoluendos lictor ſe attollat ad axes.
Impulſi magnis ſtrident conatibus orbes.
Roſtratiq; micant gladii:curuiſq; minantur
Dentibus.& paruo inter ſe diſcrimine diſtant:
Corpus ut affixum lateri e regione locatum
Diſcerpat latus:atq; uno ſecet omnia curſu
Membra/leues ſubito procul eiaculanda per auras.
Terrificum incutiens animis ſtructura pauorem
Aſpectuq; nocens ſolo.ſuper aurea ſedit
Stragula:& a tecto ſpectat Maxentius alto
Coniugis extendens bacchatam ad colla ſiniſtram.
Protrahitur uirgo:quæ poſtquam immania uidit
Currere protenſis armata uolumina roſtris/
Subſtitit:& preſſo ſuſpexit ſidera greſſu
Sic memorans.Obſiſte pater crudelibus auſis.
Percute dentatos orbes.oſtende tyranno
Te Ioue contempto cœli terræq; potentem:
Infelix uideat contabeſcatq; uidendo
Quanta tuæ uirtus & quanta potentia dextræ
Vix ea finierat/gelida cum erupit ab arcto
Ventus:& ardenti reſonans cum fulgure fulmen:
Grandineq; immixta nimbus calliginis atræ.
Diſrumpitq; rotas.trabibuſq; per aera pulſis
Maxima conſequitur ſtrages:quo territa uertat
Turba pedem noctis tenebris incluſa profundæ
Neſcit:& attonitos fruſtatim machina labens
Opprimit:auditur clamor:ſonituſq; ruentum
Impete cum magno trabium.periere miniſtri:
Quattuor ut fama eſt rapuit furibunda uirorum
Millia tempeſtas & lapſus ab aere turbo.
Vtq; dies claro deterſit nubila cœlo/
Detegitur clades hominum.laniata per omne
Membra forum facies uſtæ:conuulſaq; labra
Dentibus exertis:laceræq; per ardua ueſtes

Culmina tectorum.mixto fluit unda cruore.
Quæ ſuperant cladi lugent communia matres
Funera pellex.lamenta per omnia ſurgunt.
Compita:in ingenti tota urbs ploratur aceruo.
Plæbis in occaſu tantæ gauiſa per auras
Perſephone uolat.ac ſocios ac dæmonas omnis
Ad prædam ciet ex aris adytiſq; deorum.
Illi præcipites altis e turribus adſunt:
Corripiuntq; uagas animas.ſtygiiſq; corhercent
Funibus in faſces:& in intima tartara uoluunt.
Perſimiles aquilis:quotiens uidere uolucres
Dulcibus e ſtagnis tolli:tenuemq; per auram
Nare cateruatim:campiſq; inferre uolatum:
Qua rigat effuſis Mantoam greſſibus urbem
Mintius intexens iuncis & harundine ripas.
Saucia iamdudum cœco regina dolore
Diſſimulare nequit flagrantem pectore flammam:
Sicq; uirum alloquitur.quæ te immaniſſime quæ te
Peſtis agit? manifeſta uides miracula:nec dum
Irritare deum ceſſas.tibi me quoq; Chriſtus
Abſtulit:& uiuo crines in flumine laui.
Nec tua ſum poſthac.nec me reuerentia Martis
Nec Iouis ulla tenet:tua ſint hæc numina.uincet
Chriſtus:& occumbes cum relligione deorum.
Cæſar ad hæc frendens contorquet lumina denſo
Torua ſupercilio:& clamans noua funera lictor
Poſcimus:accipe & hanc:& amaro uulnere truncis
Vberibus ceſa caput a ceruice reuulſum
Aequoreæ uolucres habeant.piſcabitur illud
Petrus & inuentum Chriſti ſuſpendet ad aram.
Nec mora:dum totam magnis ululatibus orbem
Dira lues agitat.dum cedibus omnia complet
Perſephone exultans & tanta ſtrage ſuperbit.
Vincta manus ſparſis trahitur regina capillis.
Res indigna nimis:miſſoq; ad colla capiſtro
Ducitur ad littus lachrymans:& crine ligatam
Arboris ad ramos patulis quæ umbroſa lacertis
Stabat harenoſæ frondens in margine ripæ.
Afficiunt probris & multo uerbere.tandem
Pectore conuulſo pharias truncatur ad arces.

Exanimes artus nudant:rapiuntur in aures,
Impliciumq; comis aurum:gemmiſq; monile
Diues:& amiſſo ſæuit fera turba pudore.
Ceu plures cum nocte lupi inuenere relictam
Deſidia paſtoris ouem,ſimul agmine facto
Communẽ inuadunt prędam:atq; in uulnera certãt.
Dilaniant:caput hic.iecur ille:in clunibus alter
Paſcitur:& fauces implent:rictumq; cruentant.
Audiit horrendum facinus:ueniensq; repente:
Porphyrius multo raptum cum milite corpus
Texit humo lachrymans:meritoſq; exſoluit honores
Infelix quantum ſors,& breuis hora ſinebat.
Iamq; nouas afferte dapes:diſcumbere tempus
Cæſar ait:ſat mane Ioui ſuperiſq; litatum
Omnibus:& fuſo placati ſanguine manes.
Soluite triſtitiam:curaſq; immergite Baccho.
Debetur noua nupta mihi.nãq; impia coniunx
Per noua iudęo nupſit diuortia Chriſto.
Ferte cados:date cretęo de palmite uina.
Ponite amynæos latices:chiumq; liquorem
Et ſi quid campana ſui uindemia miſit
Nectaris:omnigeno ſpument crateres hiaccho.
Diſcumbunt.celeres uolitant,agileſq; miniſtri:
Et menſas epulis onerant:Maxentius ira
Iamdudum exutus largo ſe ingurgitat hauſtu
Sæpius:& pergit uenas inflare calentes.
Callida perſephone grauibus conuiuia rixis
Immiſcere uolens ſumptis præteruolat alis
Aequoream ſimulans uolucrem:petit ardua nubes
Itq; reditq; frequens:ducitq; per aera gyrum:
Garrituq; ſonat pluuio.denunciat inquit
Ichthybolus uentos tempeſtatemq; futuram.
Iam pelago furor & nautis grauis ingruit imber.
Cæſar ut audiuit pelagus:ſuccurrit imago
Coniugis ad littus cęſæ.iubet ire miniſtros,
Necropolimq; trahi:& condi tellure cadauer.
Reſpondere ducem iamdudum funere ducto
Porphyrium ueteri regum impoſuiſſe ſepulchro.
Ecce iterum lachrymas iterum ciet ira furorem:
Lætaq; ſubuertit præceps conuiuia luctus.

Porphyrium Cæſar tunc e regione ſedentem
Pallidus & ſtomachum uultu confeſſus opaco
Alloquitur. Quid me inuito uiolenter ademptum
Corpus humas? Quæ relligio? quæ cura meorum?
Prouidus ardorem mentis ratione gubernat
Et placidis mulcet bacchantem uocibus iram
Porphyrius. Nobis Cæſar fore dedecus inquit
Immortale ratus ſi perueniſſet ad aures
Vrbis infandum facinus/quod percitus ira
Incompoſq; tui mandas/cęlanda putaui
Corpora defunctæ: & ſceleris monumenta nefandi:
Sed furor impatiens freni miteſcere nulla
Voce poteſt. ſimili/ſq; Padi torrentibus undis
Aeſtiuo cum ſole niues ſaxoſa gebennæ
Præcipitant iuga: ſi curſus occludere tentas
Obiice contortis creſcunt ſpumantia terga.
Vorticibus: ſemperq; magis uiolenta ſuperbit
Congeries: tumidaq; premit retinacula mole.
Donec iter gurges agat indignatus apertum,
Quid ſcelus excuſas hominum turpiſſime Cæſar
Inquit & ignaua regem grauitate laceſſis?
Omnia Therſitæ ſimilis quid gutture latras
Sardanapaliaco? pallenti excanduit ore
Dux animo dextraq; potens claraq; ſuperbus
Militiæ titulis: uoluitq; inuadere pectus
Cæſaris: & capulum dextra complexus eburnum
Deſtitit. ardentem uirtus compeſcuit iram.
Atq; ita ſuſpirans fatur. Quid fida tuorum
Pectora Maxenti uerbis premis acribus? Et quid
Læta procelloſo turbas conuiuia uultu?
Si tibi cauſa minus placuit recitata: fatebor
Altera cauſa ſubeſt potior: Sepelire iacentem
Relligio Chriſti dominam me iuſſit: & ipſos
Rhetoras antededi tumulo: nam flumine uiuo
Me quoq; ſi neſcis lauit regnator olympi
Chriſtus: & abiecto uerum Ioue numen adoro.
Saucius incompoſq; animi Maxentius ergo
Tu quoq; carminibus magicis ſubuerteris? inquit.
Tu magicas artes tu cędem incendiaq; audes
Dux ait: infelix ſequere: & ſcelus omne reuolue.

Sanguine tinge manus:innoxia membra trucida.
Numina Maxentī iuſtiſſima.numina tantum
Sunt uiſura nefas.meritas dabis impie poenas.
Expectant te Thybris aquæ.calor iſte ſub undis
Occidet:& tanquam Phaeton temerarius axe
Pulſus ab excelſō uaſtum rapieris in æquore
Forſan & inuenies extinctæ coniugis ora.
Interea pinguem nutri delphinibus eſcam.
Ira(ſcio)tua me morti iam deſtinat.ultro
Ibimus:& ſtrictos caput extendemus ad enſes
Intrepidi.nobis nihil eſt in morte timendum
Chriſtigenis:quibus eſt aliud poſt funera longe
Nobilius uitæ genus immortalis olympo.
Oppetere eſt iterum naſci.tormenta ſubire
Pro uirtute pium.triplex contingit origo
Chriſtigenis.uulgata prior:qua naſcimur omnes
Semine concepti patrio:cum ſeptima fœtum
Luna peragrato uel nona peregerit orbe.
Altera ſic natos terris per myſtica tranſfert
Flumina:& ablutos genitrix eccleſia lacte
Nutrit ad ambroſiæ ſemper uiuentis odorem.
Tertia cum ſuprema dies mortale reſoluit
Corpus & in cineres opus hoc natura caducum
Traxit ad æthereos orbes empyrea regna
Mittit ubi & reduces animos complectitur ulnis
Dulcibus & nitida cœli pater accipit aula.
Iſta fides lorica mihi eſt adamantina nullis
Peruia fortuna iaculis.dum talibus orat
Porphyrius tumido bilem ſub pectore Cæſar
Rodit:& impatiens uultus obſcurat herinnys
Et circumpoſitis ſtimulat præcordia flammis.
Dux animum firmante deo nil territus atra
Fronte quid atroci dudum concepta uenena
Corde premis?dixit.ne pars innexia uitæ
Vlla tuæ dignum uenia te reddere poſſit
Incipe rumpe moras.aperi crudelia tandem
Ora.ſatellitibus diris mea funera manda.
Membra iube lanianda feris in littore ſpargi.
Defuncti careamus humo:careamus harena.
Corpora iactentur monſtris laceranda marinis

Diſcite crudeli proceres ſeruire tyranno
Rege ſub ingrato ſub iniqui principis umbra
Seruitiis emitur mors obſcuriſſima longis.
Rumpitur inflatum pectus:mentiſq; ſuperbæ
Nec frenare poteſt nec diſſimulare furorem
Cæſar:in extremis ardet iam faucibus ira.
Non aliter q̄ cum ſicco ſub fomite dormit
Ignis & afflatu crebro excandeſcit & aura
Exilit:& tremulæ rutilant per nubila flammæ.
Ferte citi procul hinc hominem:date uincula clamat
Cumq; ſuo totam domino iugalate cohortem
Quæ ducis infecti traxit contagia:finem
Sacrilegis dabit iſta dies.Per numina iuro
Per iouis æternum imperium fulmenq; triſulcum
Ibitis ad lethen:ſtygiaſq; uidebitis undas
Dux & tota cohors miſſis ad colla cathenis.
O funeſta dies o lamentabile tempus
O furor o rabies o deteſtabile uirus
O dolor o regum impietas o mortua uirtus.
Ducitur:& longa properant ad funera pompa.
Ventum erat ad littus:cum dux fortiſſimus ægros
Alloquitur comites turbataq; pectora firmat.
O ſocii mecum terræ pelagiq; labores
Experti totiens:longæq; pericula paſſi
Militiæ.quid uos terret præſentia mortis?
Quæ celerem curſu Zephyrum uolucremq; ſagittam
Vincit?ubi fortes animi generoſaq; uirtus?
Cordaq; ad horrendos nunquam perterrita caſus
Ponite triſtitiam:rectos attollite uultus.
Cernite perpetuo fulgentem lumine mundum:
Aethereaſq; domos.animis ea patria noſtris.
Et quid fœminea pauidæ formidine frontes
Deſpiciunt terras?hodie ueniemus in aſtra.
Sic ait.& Chriſto ſacrum pæana canentes
Accipiunt altos pronis ceruicibus enſes.
O mors clara uirum uita præſtantior.olim
Noxia cum rapidæ purgarint ſæcula flammæ
Membra memor ueſtri deus immortalia reddet:
Interea gaudete bonis cœleſtibus inter
Spirituum cœtus alacres:& ſancta precati

Numina terrigenis Chriſti implorate fauorem.
Pectora trunca iacent:fuſoq; rubeſcit harena
Sanguine.mactata eſt duplex hecatomba tonanti.
Cum duce bis centum comites in littore cæſos
Chriſtigenæ effoſſis mœſti impoſuere ſepulchris:
Et iam prona dies nocti cedebat:& umbris
Occiduo radians excelſam lumine Calpem.
Cum furiis Cæſar longis iam feſſus & ira
Sic ſecum.Quæ tanta iſtis conſtantia?quodnam
Robur ineſt animis tantum?quæ pectora uirtus
Inconcuſſa regit?quæ ſpes?quæ premia tanti?
Morte quid expectant obita?Neq; credere dignũ eſt
Sanctius his numen:quorum res publica pauper
Quam noſtris qui regna tenent telluris & undæ
Illam ego numinibus gentem melioribus uti
Crediderim cuius terrena potentia maior.
Nam ſi regna dei arbitrio terrena gubernant
Diſtribuuntq; ſuo:qui dant maiora putandi
Maiores.libyam Iuno regna attica Pallas
Iliacam Phœbus Tarpeiam Iuppiter arcem
Conſtituit.regnum regno ceu numine numen
Maius erat.ſed chriſtigenis nec regna nec urbes
At fuerit ſatius tantos ſedare tumultus
Vnius interitu.uel ſi mutabitur eius
Connubio.tantumq; decus ſeruare iugali
Fœdere:& has tandem curas extinguere tædis.
Saturni iam brumma dies & læta reducit
Temporaq; quæ nobis patrio celeberrima ritu
Iucundos hyberna ſales & xenia poſcunt
Ocia nocturnæ poſcunt conuiuia menſæ:
Expediam:triſtis ne ſe inter gaudia luctus
Ingerat.interea placidas mihi Iuppiter undas
Aequoris:& curſus dabit ad mea regna ſecundos.
His dictis placet accito lictore puellam
Duci iterum e tenebris:iterum tentare loquendo
Virgineumq; nouis pedicis captare pudorem:
Quam ſimul ac uidit ſic eſt aggreſſus.Amiclas
Troius aſſultu ſubito expugnauit adulter.
At tua terdenis nondum eſt mollita diebus
Duricies.Ponti glacies hircanaq; tandem

Frigora & arctoæ uincuntur ſole pruinæ
Tu Getico ſopita gelu uel Gorgone uiſa
In ſilicem durata nequis manſueſcere. Quercus
Orpheus· Amphion lapides: delfines Arion
Mouit: & orpheos ſenſerunt tartara cantus.
Tu niue frigidior. tibi ferrea corda: ſepulti
Vſq; adeo tibi ſunt ſenſus hebetataq; mentis
Luminat ut albenti uideare ſimillima ſaxo
Coniugis aſſyriæ uerſo quę in marmora uultu
Fluxit & ardentem ſpectat fugitiua Gomoram.
Heu quia nam contra genium moremq; iuuenis
Molliciemq; tui ſexus generiſq; ſuperbi
Stemma ſupercilio ſpernis regalia toruo
Imperia: ah demens: tu blandimenta minaſq;
Deſpicis. & ſurda perſtas immobilis aure
Tu populo ſpolias urbem: tu coniuge regem.
Militibuſq; ducem duce Cyrenenſia regna.
Et miſeremur adhuc: & te ſeruare parati
Mitibus alloquimur uerbis. Genus aſpice quantum
Romanum pietate ualet. Miteſce parumper.
Si ſeruire pudet. mecum regnabis. habeto
Coniugis extinctæ thalamos Romana uidebis
Mœnia. & incedes latiam regina per urbem
Quod tua gentilis quodam Cleopatra tumultu
Ambiit Actiaco tu Cæſare digna marito
Accipe largimur ſine bello & ſanguine regnum.
Sic ait & cœco languet Maxentius igne.
Illa uelut dorſum mediis in fluctibus ingens
Vapulat aſſiduis & nunquam uincitur undis:
Deſine plura: nefas iterum me nubere dixit
Nupſimus. inſerto nuptam manus indicat auro.
Et mihi nunc alacres nitidis conuiuia menſis
Virq; ſocerq; parant. hodie ſubitura mariti
Limen. & e tenebris claros aditura penates.
Nec ſum dura. fidem ſeruo. tu ſanguine gaudes
Non ego. tu tanti ſceleris duriſſimus auctor.
Hæc ubi dicta uidens atrox immota tyrannus
Pectora nec precibus flecti nec uerbere frangi
Spe ueneris poſita iubet a littore necandam
Necropolim duci. pullo uelata cucullo

Atq; capiſtratis manibus de carceris antro
Truditur ambigua faciente crepuſcula nocte.
Aemonius Chiron media iam parte ſub umbras
Iuerat:& ledæ funeſtam pignora noctem
Acre uoluebant piceo niger heſperus ore
Pallidulo triſti per cœlum aſcendere uultu
Viſus.ab aſpectu ſceleris noua luna nefandi
Cornua ſubtraxit:nubes teterrima clauſit
Ethereos ignes & conſcia ſidera morti.
Auditæ halcyones grauibus lamenta querelis
Spargere per littus:mœſtoſq; ad funera cantus:
Aedere.& æquoreas uolucres dare flebile carmen.
Eſt locus ad boream pelagi porrectus ad undas
Denſa ubi ſylueſtrem faciunt ſpineta receſſum.
Areaq; in medio.crebris ibi terra ſepulchris
Surgit:& in tumulos foſſæ cumulantur harenæ:
Sacra cadaueribus tellus.Polyandrion Hellas
Voce uocat patria:nudis paſſim oſſibus albet
Vrticis umbroſus ager grauibuſq; cicutis
Et nigris ebuli baccis & olente Sabuco.
Campus iners & ſepiuagis domus apta colubris.
Hos ingreſſa locos durus dum brachia lictor
Expedit inuertens manicas dumq; explicat enſem
Sanguineum.uirgo cœlum ſuſpexit & ignes
Aethereos.taliq; deum ſermone precata eſt.
O pater exiguas tanto pro munere grates
Soluimus:ingentes autem debere fatemur.
Tu grauibus preſſam tenebris in clara uocaſti
Lumina:tu manes tu das ſuperare tyrannum.
Et modo tam uario functam diſcrimine tandem
Ad palmam regnumq; uocas.Da numine dextro
Egreſſus animo faciles:redituſq; ſecundos
In patriam cœliq; domos.hanc accipe mentem.
Et prolem ne ſperne tuam de fauce reuulſam
Ditis:& oranti famulæ tua limina pande.
Et ſi quando memor quiſquã certaminis huius
Implorabit opem.Pater exorabilis eſto.
Finierat ſubito cum uox audita per auras.
Annuimus.ſecura ueni.Tum poplite flexo
Et crucis explicita per pectus imagine lictor

Verberat orantem gladio pro cede cruenta
Lac niueum fluxit tellus incanduit albo
Sanguine:lingua deum neruis deluſa reciſis
Perſonat:& moriens uerba imperfecta relinquit
Cæſa ſolo iacet.atq; in cœlum uita receſſit
Affuit extemplo ſuperum deſidibus agmen
Spirituum duplex.unum quod corpore nudam
Suſcipiat mentem dulciq; ad ſidera cantu
Transferat:exanimes aliud quod tolleret artus
Inſolita noua lucet dies in nocte refulſit
Atq; repentinum ſubito cum lumine fulgur
Emicuit ceu cum frangit caua nubila fulmen
Cum grauis ardentem ſuccendit Iulius æſtum
Euolat attonitus lictor trepidiq; miniſtri
Corripuere fugam:toto ſimphonia cœlo
Spargitur:& mixta uocum dulcedine carmen
Aſtra petit.ſenſimq; abiens diſcedit ab aure
Viſaq; per cœli tractus aſcendere nubes
Lucida perſimilis ſoli lucentior aſtro
Luciferi & claro rutilantem lumine caudam
Ducere:& ignifero ferri ultra ſidera curſu
Et caput inſertare polo patuere tonantis
Atria:curuatus lecta pater obuia uultu
Brachia diffundens reduci dedit oſcula natæ
Et triplici claram radiauit ſidere frontem
Altera ſpirituum legio collegit ab hortis
Balſama iudæis aloes mirrheq; liquorem
Ablutoſq; uadis artus & odoribus unctos
Aereum per iter rubri trans æquora ponti
In montes arabum ſummeq; cacumina Sinę
Transtulit & corpus pario clauſere ſepulchro
Quod ſuperum fecere manus opobalſama ſemper
Marmor odoratum ſudat quibus ægra iuuantur
Corpora difficiles iſto ceromate morbos
Indigenę pellunt ſacros alabaſtra liquores
Atq; ſalutares lachrymas oleiq; fluentis
Accipiunt guttas membris honor iſte ſepultis

F I N I S.

BAPTISTAE MANT. CARMELITAE THEOLOGI TRES PARTHENICES AD ILLVSTRISSIMAM AC EXCELLENTISSIMAM ISABELLAM MANTVAE MARCHIONISSAM.

MARGARITAE AGON.

q VIS NOVVS ISTE FV/
ror/ueteres qui turbine tanto
EXPELLIT (RES MIRA)
deos:potuitq; puellas
IN SVPEROS ARMA/
re:qbus regna omnia/& ipſum
Auguſtum Romæ imperium/quo nulla poteſtas
Sub Ioue maior erat/capita incuruare ſolebant?
Quæ uis tanta? Vnde hæc animis audacia noſtris
Vt mutent impune deos? Si forte gigantes
(Vt perhibent) uoluere Iouem detrudere olympo/
Res aliena minus:fretos quia robore & armis
Grandibus ac membris imanibus.alta deorum
Tecta polos ſperare minor dementia certe.
At tener hic ſexus natura imbellis & uſu
Qua ſperare unq̃ de relligione triumphum
Debuit antiqua? non palladis ægide fultum
Pectus erat tenerum:ſiculæ nec in ignibus Aetnæ
Pronus in incudem feriendo armauerat illas
Mulciber/ut ſtarent Iouis ignea fulmina contra.
Tanti operis grauitas & magnificentia cauſam
Arguit ingentem:nec in his mortalibus autor
Eſſe poteſt qui molem iſtam uectauerit oris.
Si regno expulſi/ fuit ulla potentia diuis
Maior/ut inuitos ſolio exturbaret ab alto
Illa potens igitur quæ condidit omnia uirtus
Viſa diu mortale genus contemnere/ſeu quđ
Id ſcelus exigeret noſtrũ/ſeu legibus ullis
Quæ ignorant adhuc/ſic ire iubentibus orbem.
Poſtq̃ ſera dies ſæclis labentibus ætas
Intulit extremos/tacitiſq; abſcondita fatis
Tempora diſrupit diuina potentia cœlos.

Et pluit in terras ignem atq; incendia nullis
Inſpicienda oculis mortalibus: intima tantum
Vis ea corda mouens hominis accendit: & umbram
Calligantem abigens menti lucem influit almam.
Sic afflatæ auris animæ cœleſtibus audent
Fortibus ire animis contra mala numina diſcunt
In terris optare nihil: ſed olympica ſolum
Regna, deum, ſuperos: ac faſtidire caducum
Corpus: & æternis meditando aſſueſcere rebus.
Hæc ea quæ negat ara deos: quæ ſaxea uirtus
Numina contemnit: quæ tot ſimulachra per orbem
Terrarum. & ueteres ſpreto ioue ſuſtulit aras.
Hoc aliæ plures quaꝝ certamina longis
Texta uoluminibus: ſanctæ docuere puellæ.
Tres mihi (ſi uotis magni regnator olympi
Fauerit, & menti diuinū infuderit imbrem)
Carmen erunt. tu ſancta ſyro dominata draconi
Margaris, & teneras Agathe lacerata mamillas.
Tuq; ſyracuſim decorans aretuſias urbem
Lucia. uirginitas eadem tribus, una puellis
Forma recens ætas: nec dum bene nubile tempus.
Fama eſt aſſyriam pecudū frugūq; feracem
Nobilium altricem late regnaſſe per omnes
Finitimas gentes. illic babylonia quondam
Bellipotens, hominūq; parens antiqua damaſcus.
In boream ſurgens parthos attingit araxem
Armenioſq; petit: cilices deſcendit ad agros,
Abluiturq; mari quod nominat inſula quondam
Sacra dionææ ueneri: niloțica regna
Turiferoſq; arabes & perſica terminat arua.
Vrbs illic ubi terra cauis eſt humida campis,
Reblata. qui magnus ſtrueret dū mœnia & altis
Latius ambitam muris extenderet urbem
Antiochus dixiſſe ſuo de nomine fertur.
Hic dum ſtaret adhuc ueterū uana illa deorum
Religio, claris uirgo natalibus orta
Margaris ingreſſa eſt primæ incunabula uitæ.
Cum quæſita diu totamq; inuenta per urbem
Nulla foret curante deo data ruſtica nutrix
Docta deum crines abluta fidelibus undis.

Vt completa ſonum uocalibus organa plectris
Flectere cœperunt/potuitq; infantia fari/
Sancta deū & ſacros ritus ac ſigna puellam
Myſtica ſacroꝶ diuinaq; nomina nutrix
Clam docuit/falſa ne relligione parentes
Impliciti/uelut intorto qui ſplendet in aſtris
Angue uir/opprimerent conceptam pectore lucem.
Lacteus ut tenerum liquor inſtillatus in ora
Corpus ait: ſic innocuas infuſa per aures
Sancta fides animum.duplex alimonia totam
Auget.& extendit teneros æqualiter artus.
Dii quibus ingeniū ſolers auidūq; nocendi
Semper/& inuidiæ ſtimulis agitantibus ardens/
In primis atlante ſatus/uenus/atq; cupido/
Ingemuere.uident atrox ſibi ſurgere bellum/
Inſtare inſidias/tempeſtatēq; moueri
Tum uenus o germane iouis ſate ſanguine magni/
Perſea qui armaſti contra phorcinidos ora/
Qui centū uigilantem oculis interficis argum/
Aſpicis exiguo q̄tum ſub pectore nobis
Dedecus exurgat/regnis contraria noſtris
Factio qua ſenſim nos fraudum indagine claudit?
Nonne tibi tantam hanc terris excludere peſtem
Eſt animus diuū interpres. Enitere toto
Ingenio quo tanta potes germane/p̄catur
Te ſoror/atq; iouis domus/& genus ōne deoꝶ.
Sic uenus.& contra maiæ ſic filius orſus.
Quod germana rogas magna illa potentia noſtris
Fortior ingeniis fieri uetat. ante notaui
Quæ memoras: & nulla uia eſt inuenta nocendi.
Sed tu diua ſoror fas hoc tibi/uirginis ora
Fac formoſa/oculis infunde cupidinis ignem:
Et flāmis accende genas.candore tumentem
Pinge ſinū menſura omnes ſua corrigat artus.
Sic dederis graue & acre malū/mortalibus atrox
Supplicium/nulla eſt homini: (tuq; optima teſtis
O germana) lues mulieris imagine maior.
Omnipotens meminiſſe potes cū bellua factus
Iupiter Europam tergo tulit:ignea quando
In mediis neptunus aquis incendia ſenſit.

Cum rapta eſt ſpartana nurus.cum lumine captus
Iſte puer uicit qui reſpicit omnia phœbum.
Tanta hæc fœmineæ fecerunt omnia formæ.
Sic hæc ait:inuenta riſit dea cypria fraude:
Artificeſq; manus teneris doctiſſima formam
Applicuit membris. ſeſeq; imitata ſuperbum
Finxit opus gaudens:& eris mea dixit imago
Nobilior coo gnidio magis inclyta ſigno
Tempus erat quo ſacra ioui celebranda mouebant
Factorum annales/uictos cum terra gigantes
Vlta tulit uerbis læſuram numina famam.
Dum cũ prole domũ parat accerſita reuerti
Serta ligat nutrix/riguo decerpit ab horto
Quicquid olet/ſerpilla roſas/caſiãq;/thymũq;
Abrotani mentæq; nemus.picturat alũnam
Floribus.os nardum ſpirat/ſinus halat amomũ:
Pinnat utriq; humeros amaranthus. amaracus ambit
Brachia/& alba rubro talos tegit inſtita limbo.
Mater ut in reducem conuertit lumina natam
Admirata decus leuat/& p̃mit oribus ora:
Oſculaq; ingeminans oculos frontẽq; genaſq;
Lambit:& admorſa in facie nota manſit amoris.
Sero ubi ſtellatam fecerunt ſidera noctem/
Lata eſt in thalamos lecto accubitura parentũ/
Iamq; initura thorum dextram leuat/oraq; primum/
Pectora mox:humeros demũ cum murmure paruo
Ter premit erectos tollens ad ſidera uultus.
Contemplata parens exangui expalluit ore
Non alr̃ q̃ qui ignorans offenderit anguem.
Nutricemq; uocans:heu quiſnã ritibus iſtis
Sacrilegis natam inſtituit?uidi impia uidi
Signa figurantem dextra/tacitiſq; loquentem
Neſcio quid magicum labris.tunc iſtius ergo
Cauſa doli?perdiſq; genus temeraria noſtrum?
Illa/mei dixit ſic me inſtituere parentes
A teneris:& in hac ego relligione adoleui
Hactenus.at genitrix acceptũ corde dolorem
Diſſimulans ubi ſole dies nona claruit orto
Ad ſacrũ cum prole mouet ueſtigia & alta
Templa ſubit:lucent rapidis altaria flãmis:

Q uas circum mugire boues clamare miniſtros
Ante iouis ſimulachra uidens ſcelus enthea uirgo
Horruit:& ritus eſt exſecrata neſandos.
Ora notans genitrix uidet obtenebraſcere frontem,
Et pallere genas,& faſtidire puellam.
Poſt epulas igitur uocat in conclauia ſolam:
Et ſuadere iouem genus inſpirare deoꝝ
Nititur hæc memorans. Ego te mea nata uocaui
Vt doceare deos,ignotaq; numina ruri.
Rura ſciunt curare greges,imponere plauſtra
Bobus,& attrito terram proſcindere aratro.
Vrbs leges,urbs docta deos & ſacra deoꝝ
Imperat agricolis,atq; omnia temperat arua
Accipe nunc igitur:quæ te mea nata docebit.
Dii fecere orbem,terras,mare,& aera & aſtra:
Nos quoq;:& oẽ genus pecudũ: genus omne aĩantũ.
Iꝑi habitant cœlos.iꝑi labentia torquent
Sidera,& ex alto nobis mortalibus orbe
Omnia diſpenſant:fruges oriuntur ab iꝑis.
Naſcimur arbitrio ſuperũ morimurq;,nec ulli
Fas ſperare hominũ quicq̃ ſine numine diuum.
Iupiter omnipotens cui mane litauimus,ipſe
Eſt deus,atq; deum genitor. quæ præſidet aſtris
Luna iouis proles.proles iouis almor illa
Mercurius:uenus eſt proles iouis: iꝑe dieꝝ
Sol pater & mauors illi conterminus orti
Ab ioue.& artificũ pallas dea uertice ſacro
Nata iouis. iouis alcides eſt inclyta proles:
Et duo tindaridæ,quibus inter ſidera tantus
Splendor:& antiquo ueniens ab agænore bacchus.
Iuno iouis coniunx.iꝑa eſt dea maxima. Pluto
Frater,& alma ceres ſoror.& regnator aquarum
Frater,& hos omnis qui protulit aurea quondam
Sæcula ſaturnus genuit,rerũq; potentes
Fecit:& æthereis totum genus intulit aſtris.
Sunt alii ĩnumeri,quibus ut mortalibus adſint,
Mortales ſua templa locant.ſua ſacra quotãnis
Rite ferunt,hi ſunt quos eſt uenerata parentum
Relligio poſtq̃ ſoli uia facta per aſtra
Hactenus:hos ueniens ætas uenerabitur uſq;

Q uo telluris onus circumdabit amphitrite.
Nam diuũ ĩmortale genus/uice mobile nulla.
Sunt loca ſub terris quibus eſt graue tartara nomen:
In quibus ante alios auſi contemnere cœlum
Perpetuis ardent cœco ſub carcere flãmis.
Eſt locus Elyſiũ dicunt/ ſub ſidere lunæ
Vt perhibent/ubi certa piis ſine fine uoluptas.
Hæc igitur mea nata tuæ mandata parentis
Conde animo.& diuum genus obſeruare memento.
Sic genitrix:alr̃ uirgo perſuaſa docentem
Riſit:& ore parũ moto contemnere uiſa eſt.
Propterea mater triſtem recitare marito
Virginis euentum pergit.pater ocyus enſem
Corripit:& furiis actus iugulare puellam/
Nutricemq; parat.lœtali inceſſerat igne
Corda uiri alecto.torui fremit Herculis inſtar
Cũ natos ratus eſſe feras ſua pignora dextra
Suſtulit hoſtili.coniunx clamore ſuiq;
Corporis obiectu prohibet.tum tota repente
Mota domus uetuere nefas.Cum uirgine nutrix
Aedibus acta ſuos petiit moribunda penates.
Propterea ignotam ruri ſtatuere parentes
Degere & in campis uitam deducere agreſtem.
Ipſa ergo nutricis oues in paſcua ducens
A paſtore hominum xp̃o dilecta trahebat
Penſa manu:terramq; habitans uiuebat olympo.
Sæpe boni quibus eſt hominũ cuſtodia diui
Et ſuus ipſe oculis ſe ſubiecere uidendos:
Et longas traxere moras cũ uirgine in agris.
Virgineus diuos pudor allicit. æmula nãq;
Virginitas cœlo/diuis cognata reſiſtit
Senſibus:& uiuit cœleſtem in corpore uitam.
Talia perſpiciens curis uenus inuida ſanctis
Cum iam nubilibus pubens adoleſceret annis
Cogitat inſidias:atq; aſpera bella pudori.
Ruſtica nutricis fingit iocus ora/ſinũq;
Vbere turgentem grauido leuat.aſpera multo
Sole cutis/duroq; manus calloſa labore:
Inſtita laxa caput pannoſo ĩnodat amictu.
Fit pater & poſita blandus feritate cupido

Non qualis cum ſæua prius furor arma mouebat/
Paſſibus incedit raris/tranquilla ſereno
Temperies animo/facili indulgentia uultu
Spem facit/& raſis fulget toga ſerica uillis
Tincta tyri.intorti frons ardua turbine lini.
Ipſa piam dulci mentitur imagine matrem
Lœta oculis radians/roſeos tota ignea uultus.
Continuo apparent uirides.procul ire per agros.
Errranteſq; diu per roſida paſcua tandem
Mollia uerſato torquentem uellera buxo
Paſcentemq; greges natam inuenere ſub umbra
Tum uenus incuruata genis dedit oſcula / & ulnis
Mollibus incluſæ applicuit gremiũq; ſinũq;
Continuo illabi ſibi uirgo incendia quædam
Suauia & urentes ſentit præcordia flãmas:
Obſcœniſq; animũ curis ceu nubibus atris
Aura ſolet cũ flante auſtro cohit humidus imber/
Inuolui: blandoq; inuadi ardore medullas.
Per ſenſus quaſi per riuos uenus acre uenenũ
Influit in mentem:quod ſi male cauta recepit
Vulnus agit ſola diuũ medicabile dextra.
Id metuens afflata deo corda intima uirgo
Excutit & peſtem prohibet nondũ altius hauſtam.
Mens abit ad pœnas erebi ſine fine manentes:
Morte laborantem chriſtum uidet/aſpicit ora
Afflictata ſiti & crudelem horrentia potum.
Cogitat incumbens & ineuitabile fatum.
Talibus omne ſolet ſanctoꝝ induſtria curis
Declinare nefas/ſenſuſq; inhibere uagantes.
Tum uenus/o mea progenies dulciſſima uentris
Sarcina/dulce animo pondus/ſuauiſſima cura/
Si fortaſſe patris ueterem reminiſceris iram
Et dubitas ne durus/adhuc/depone timorem.
En tuus/en mitis genitor tibi / lumina tolle.
Atq; agnoſce patrem.cur te rubor ante parentes
Occupat?ante tuam tibi quæ famulatur alũnam?
Sic uenus:ora procax dudum formoſa cupido
Contemplatus init pluſq̃ decet oſcula patrem.
Ipſe ſuo calet igne puer:repetitq; puellam
Ore genas os ore ꝑmens complectitur omnem:
Inſpiratq; faces.& corripit igue medullas.

Percipit inſidias uirgo:mentemq; moueri
Inflāmari animum.gaudet ſimul & dolet. ægram
Dulcibus his curis ſenſúq; inhibere uolentem
Aggreditur nutrix:miſſaq; ad pectora dextra
Et quod alūna inquit uiſa es trepidare parentes?
Aude animo.tibi nāq; iocos & gaudia portant.
Deſpondere tibi iuuenem florente iuuenta
Conſpicuū/forma inſignem:cui prædia centū
Vberibus glebis/& mille armenta per agros
O felix uirgo ante alias/fruitura marito/
Tot fruitura opibus.tua ſic mirabitur ora/
Oſcula ſic carpet/ſic amplexabitur.aluum
Dulcibus hanc natis implebit:& ubera lacte.
Sic tibi blandus erit:uitamq; animāq; uocabit.
Talia proſequitur memorans quæcūq; puellas
Oblectare ſolent/ſegmenta/monilia in aures/
Interitura breui:fures metuenria ſemper
Blandimenta:leuem bona deluſura iuuentam
His dep̄nſa dolis trepidat uelut agna lupoꝝ
Excepta inſidiis:modo mens : modo ſenſus habenas
Obtinet.at tandem ceu cum de nubibus ardor
Fulguris erumpit:nitidum iubar ignea uirtus
Eliciens tenebras tempeſtatéq; repreſſit.
Confeſtim uelut ex alto emergentia ſomno
Lumina circūfert:uidet emigraſſe figuras.
Et genua incuruans oculis ad ſidera uerſis
O ſancti cœloꝝ animi : quibus omnia dixit
Sunt ſubiecta:piæ quanto diſcrimine mentes
Hos habitent artus (non eſt opus indice) noſtis.
Noſtram igitur ſeruate fidem:ſeruate pudorem.
Neu ſinitote animis tantū iouis arma nocere.
Finierat uirgo:cum ex aere forma repente
Nata ait : hic aderam cū te uenus atq; cupido
Et iocus aggreſſi longo tenuere duello.
Vt uidere operam ſe perdere : caſpia contra
Littora pergentes ad phaſidos arua uolarunt.
Nāq; legunt illic uexare potentia mentes
Gramina:& aeriam tundunt ex gramine peſtem
Qua perfuſa labant hominum præcordia:ſed tu
Nunc experta uides molem ſtimulúq; ueneni.
Tu uero forti eſto animo.uictoria poſcit

Hæc cœlo ſibi grande aliquid: ſed gloria maior
Parua triumphato ueniet poſt tempora mundo.
Tu fidei factura fidem. domitura tyrannum
Et decus æternũ terras habitura per omnes.
Cœloꝝ uiſura domos/ubi rector olympi
Inter mille choros diuum ĩmortalia partit
Prœmia/mortales non admittentia ſenſus.
Tu breue felici ſtadiũ certamine curres.
Tecũ ero. nec patiar quicq̃ crudele uideri.
Neglige terreſtrem uitam/morientia in horas
Mẽbra animæ clauſtrũ ĩmundum pondusq; moleſtũ
Excelſo iniuſtoq; animo mortalia nauci
Omnia pendente in terris unde orta/relinque
Ad cœlos cœleſtem animũ ſine læta reuerti.
Sic ait: & tracto diſceſſit in aera uultu.
Luna ter occiderat/totienſq; reuiſerat orbe
Lucida completo/cum maia atlantide natum
Inuentura uenus libani de uertice in omnem
Proſpicit aſſyriam: leuat ad iuga taurica uiſum:
Armenias uerſis legit & ſidonia rura
Luminibus. uidet uſq; paphum/uidet uſq; cytheram
Tandem feſſa oculos & faſtidita uidendo
Tollitur in uentos & ſe ſuper æquora librat.
Dum feſtinat iter cretam: fuit obuia caſu
Iuno ſamo rediens/cum qua taumantias iris
Diſſidioꝝ autor. Tum diua erycina dearum
Maxima/cui frater cui uir dominator olympi/
Mercuriũ quæro/cui magna negocia mecum.
Si quibus in terris uiſus tibi diua moneto.
Tunc hera cretæa dum labimur inde ſub altis
Cũ ioue cupreſſis ſpatiantem uidimus ida.
Vertit eo greſſus/& cum genitore repertum
Talibus alloquitur. Cillenie tempora perdis.
Chriſtus hic in toto iam paſſim pullulat orbe:
Et quantum caput ille leuat/res publica tantum
Noſtra ruit. Romam quo pacto amiſimus omnem
Nuper/ut imperium longe rhodopeia ad arua
Tranſierit/nimiũ nobis meminiſſe neceſſe eſt.
Sic uenus. interpres diuũ non perdimus inquit
Tempora. num cenſes ea tempora perdita/quando

Immanem duraq; ſatũ de ſtirpe tiphoei
Chriſtophorũ ſtraui/ atq; philemona/panteleonta.
Dorotheũ: theodoram.agapen: cum millia nuper
Occidi ter dena uirũ.cum gallia uidit
Rictiouarrano treueris tot funera ferro.
Sed quid opus noſtro tibi nunc Cytheræa labore:
Poſce.operam tibi nãq; libens impartiar õnem.
Tunc uenus o germane potes meminiſſe puellæ
Illius aſſyriæ:& memini cillenius inquit.
Illa ait illa/uenus noſtræ grauis æmula formæ
Creuit:& ad ſedes uacuas aſpirat olympi/
Impia contemptrix magni iouis atq; deoꝝ.
Dedecus hoc abolere paro.tu qui potes arpe
Qui potes ingenio/fer opem. Noſtra omnia pridem
Arma in eam contrita.nihil profecimus.illa
Nil alios rata poſſe deos ſine fine ſuperbit.
Nos omnes illi indecores/obſcuraq; turba.
Sic uenus.ille patris nutu talaria plantis
Alligat:& ueneri comes it.Phœnicia cũ iam
Regna ſubintraſſent Hermes ait o ſoror ibo:
Præfectũq; urbis uenandi ardore mouebo.
Noſti hominem:noſti ſexũ q̃tum ardet utrũq;.
Tu uigil obſeruato oculis cũ retia cernes
Atq; canes/tranſi in leporem dãmãue fugacem:
E curſu pete rura quibus pecus illa coegit.
Cætera ſcis nec eges alio germana magiſtro.
Sic operas partiti abeunt. Cillenius urbem
Intrat:& in ſerui formam conuerſus anſbæ
Rure reuertentis domino inter prandia denſos
Cõmemorat ſaltus:uidiſſe armenta ferarum
Ad fluuios potũ magnis deſcendere turmis:
Ludere propter aquas/campos tondere uirentes
Cum catulis:prædæq; occultũ inſpirat amorem.
Ire parat/nam forte dies erat ille nefaſtus:
Quo leges de more ſilent. date retia dixit.
Sternite equos adhibete canes. uenabula ferte.
In uirides igitur præfectus olymbrius agros
Pergit agens celeres turmas hominũq; canũq;.
Iam ſaltum prope conſtiterant/cum protinus umbris
In ceruum conuerſa uenus ſe protulit alto

Vertice/cui niueus/niueo ſub pectore uenter/
Frons ſtellata. Canũ cuneos equitũq; uideres
Tollere clamorem extemplo/totoſq; per agros
Dilabi: ut quotiens uaſto padus effluit æſtu.
At fera pnici rapitur per deuia curſu
Trans dumeta uolans ferturq; per aera longis
Saltibus: interdũ ne deſperare ſequentes
Cogat/iners claudo tardat ueſtigia paſſu:
Et tripedem ſimilat. tũ ſpes arrecta uirorũ:
Atq; canum uires duplicat. date lora moloſſis
Vociferans præfectus ait/date lora/uiamq;
Ad nemus oppoſitos confeſtim auferte maniplos.
Fluctuat omnis ager curſu. pars terga ſequuntur
Pars læua dextraq; ruunt & inaniter omnes
Mercurio accingunt animos fallente labori.
Margaris audito longe per rura tumultu
Stat trepidans/& proſpiciens mox uimine longo
Sedula cogit oues/properanſq; ad ouilia tendit
Cũ gregibus. Nec adhuc tectis ſucceſſerat/atrox
Cũ præſectus adeſt turma comitatus equeſtri/
Vberius gaudens: etenim per anhella repente
Ora canũ per acutá uirũ uenabula mittens
Ceruum annoſum alta tollentem cornua fronte
Vmbroſo elicitum ſaltu dea callida prædam
Fecerat. ipſa uolans beliali euaſerat aſtu.
Præteriens igitur faciem ſub ruſtico amictu
Vidit amicleam: ciliiſq; ardentia nigris
Lumina: neglectæq; decus mirabile formæ:
Vidit/& exarſit/nec fert incendia: uirgo
Pectore proripitur pauido/greſſuq; citato
Ante gregem. fugit ora uirũ. fugit impia corda.
Ipſe libidinibus totam ſine lege fruendis
Curã adhibens/mora nulla/domos temerarius intrat:
Aſcitamq; iſta compellat uoce puellam.
Fare genus noméq;/ſimul cur ruſtica tecta
Iſta colas: quoniam urbanæ tibi forma puellæ?
Illa autem ſic orſa loqui nil territa/dicor
Margaris: antiqua mihi ſunt ab ſtirpe parentes
Antiochi: patriæ fecit qui nomina noſtræ.
Relligio mihi xp̄us, adhuc dum lactea paſco

Vbera/ natales maculas in flumine laui
Et genus & nomen laudamus olimbrius inquit/
Vt pote quæ tanta digna indole cætera contra
Cæſareas leges opus eſt plecti atq; aboleri
At quoniam ſimplex rerũq; ignara iuuentus
Errores facile in uarios prolabitur/ ultro
Do ueniam/dare namq; meũ.niſi numina Romæ
Q uæ gentes & regna colunt/contemnere pergis.
Sic ait:& miſſis ad colla tenerrima uinclis
Cum nutrice ferox iubet ad prætoria duci.
At uenus obſcoenam præfecti accendere mentem
Non ſinit.& uoti compos ignem adiicit igni.
Nam uolitans ab equo imenſas ſitibundus hiacho
Proluitur:flagranſq; graui ſe ingurgitat auro.
Tum forte occurrens conſpecta uirgine coniunx
Inter lora/genus mox percuntata reſoluit
Vincula.& ingeniũ petulans meditata mariti
Hæc erit hæc inquit pellex mihi.Vulnerat iſta
Suſpitio exangui muliebria corda pauore.
Dat uenus hos ſtimulos.odiũq; imane puellæ
Sic oritur:ſancti cuſtos inimica pudoris
Fœmina fit/cupido dum luxurioſa marito
Gaudia zelotypi negat impatientia amoris.
Et quoniam defenſor abeſt(induſtria diuum
Tam uigil & conſulta) pudor ſeruatur ab hoſte.
Menſa abſit:fera corda uiri uenus atq; cupido
Sollicitant/imas bromio inflãmante medullas.
Ergo ſui incompos thalamis prodire trementem
Imperat/ & tali aggreditur ſermone puellam.
Si placare deos & ponere ſacra tonanti
Non renuis/tibi pñri conſorte repulſa
Nubere mens tecũq; nouã producere prolem.
Si tibi uilleſcunt ſuperi/dementia perdet
Te tua ſola feres ſquallentem carceris umbram
Compedibus ſuras & inerti oppreſſat cataſta.
Nec ſatis hæc.patiere famem ieiuna: domandum
Hoc tenerum:& tenerum dicens palpate puellam
Tentat inops mentis:referens ueſtigia tactum
Margaris euaſit:ſequitur fando ille/domandum
Acribus id tenerum flagris ac uerbere duro

Corpus : ad extremũ ferro exercebere & igni.
Sic ait. Illa deo iam dudum afflata triformi
Nil iam corda tremit: dirum inuaſura tyrannũ
Concipit ingentes animos: ac talia fatur.
Quid me imunde tuo cupis inceſtare ueneno?
Vxorem mutare nefas, abducere nuptam
Par ſcelus alterius. nupſi iam paruula chriſto
Cum laui ſacro amne comã. tum fœdere nũq̃
Immutando illi corpuſq; animũq; dicaui.
Vincla, famem, ferrũ, atq; ignes deſiſte minari.
Hæc ſunt illa, quibus cœli mihi limen emendum eſt.
Et quibus ad ſuperos iter eſt. in corpora tantũ
Ius tibi. tranquilla irarum inſtrumenta tuarum
Mente feram: nec enim de æquabilitate mouebor
Hac animi pñte deo ſuperiſq; ſecundis.
Margaris hæc: aſt ille odio furioſus acerbo
Ardet: ut iratus coluber quando ore trilingui
Sibilat, & caput attollens in prœlia ſurgit.
Cœdit amor furiis: rauco uocat ore miniſtros.
Qui celeres nudatam humeros & pectora ad aluum
Vſq; pmunt grauibus flagris. inuicta reſiſtit
Verberibus ſublimi animo: iam terga fatiſcunt:
Nec liuent ſed cæde fluunt inoxia membra.
Sæuit adhuc crudi nondũ ſaciata tyranni
Impietas: uinctam loris ſub inane baratrum
Carceris ire iubet: tenebris ubi cœca profundis
Nox ſilet. hic ieiuna ſedet: fluiduq; cruorem
Crinibus abſtergit membris animoſa uirago
Nil metuens, nec enim denſas conſiderat umbras.
Sed cœleſte iubar mentẽq; in ſidera tollit
Diuoꝝq; ingreſſa choros ſpaciatur olympo.
Tum pater omnipotens ſũma de ſede miniſtrum
Cui nomen paracletus erat, deſcendere mandat.
Qui ferat æthereo radios de lumine ſeptem:
Somniferaſq; fuget tenebras, & uulnera moly
Tergeat applicito: leſoſq; refrigeret artus.
Ille per hydrophorum ueniens iam uerberat alis
Frigora ſaturni, iam ſub iouis ambulat igne
Marte calens, iam ſolis equos tellure ſub alta
Ire uidet: nemeeſq; graui ſudare ſub aſtro.

Labitur in uenerem / cyllenia tecta ſubintrat:
Anguſtoſq; lares triuiæ:quæ ſidera fratris
Accipiens totos implebat lumine uultus.
Iam ſubit umbroſum terræ chaos. igne relicto
Permeat aeream noctem.ſuper æquora tranſit
Carpathia:aſſyriæq; cauos iam proſpicit agros
Proximus antiochi muris:ſe in mœnibus altis
Condit/ubi extinctis nox intempeſta ſilebat
Ignibus:& ſurdo uoluebat ſidera lapſu.
Mox abſtruſa ſolo penetrans umbracula nigri
Carceris extemplo radiis effulſit apertis.
Virgo inter ſilices recubans ut lumina uertit
Ad iubar/aſtantem paracletū agnouit: & ora
Eſurie confecta leuans & neſcia ſomni
Lumina conatur ter ſurgere:ter cadit ægrum
Corpus.& accædens gutto paracletus eburno
Ambroſiæ liquindis irrorat odoribus omnem.
Et moly aſpergens humentes ſanguine plagas
Oblinit heſternæ ueſtigia protinus iræ.
Officio mox functus abit. ſalientia corda
Continuo accipiunt uires:& in omnia fundunt
Membra:cutem pulſat meliori arteria uento.
At uenus inſidias meditans uexare puellam
Aggreditur trucibus formis/& imagine fœda.
Grandibus horrentem ſquāmis & tergore durum
Cæruleo phythona ſubit:cui faucibus amplis
Guttur hiat.cui frons oculis flagrantibus ardens.
Venter iners lateq; fluens boue grandior indo.
Tam inſolitum uiſu tam formidabile monſtrum
Scindere humū ſubito terræq; uoragine ab alta
Surgere in īmenſum cū flāma & turbine uiſū
Perſtrepit/& lato exanguem petit ore puellam:
Ac uiuam ſolidamq; uorans deglutit in aluum.
Illa ſui compos ſanctas confugit ad artes.
Nam crucis elicito phythonica uiſcera ſigno
Rupit:ut æſtiuas incluſa tonitrua nubes
Diſcutiunt.ſonus ad uigiles quos cura tenebat
Carceris/aſcendit/totaſq; exterruit ædes:
Non aliter q̄ cum magno irritata uaporum
Terra paroxyſmo labat:& quatit alta domorum

Fundamenta/tremunt motis laquearia tectis.
Indignata uenus tantũ potuiſſe puellam
Inſidias molita nouas:ad protea doctum
Fingere mendaci ſimulachra ĩmania uultũ
Vertit iter.tripolis uidit per littora ſolum
Ire ſenem ballenarum/pelagiq; potentem
Carpathi quondam:modo maieſtate carentem
Aequorea/quem ſic animis affatur amaris.
Scis proteu (proteuś uiſa fronte annuit illa)
Scis proteu quæ ſim/mea quanta potentia in omne
Quod cœlo genus & terris/quod uiuit in undis.
Et tamen a pueris (quæ ſors mea) temporis huius
Ludor/& impunes abeunt/ímo impia ſumum
Facta decus laudẽq; putant opprobria diuum.
Maxime perſonaꝝ opifex ne deſere tanto
In mœrore tuam uenerem: ſuccurre ruenti
Imperio iouis & ſuperum.leuiora gigantum
Bella fuere.uides ut nunc ingloria diui
Turba ſumus/templa incipiunt ſordeſcere:& aræ
Frigidæ & exangues: iter ad delubra deorum
Pube latet uiridi/uia redditur inuia nato
Gramine.fer proteu fer opem/miſerere tuoꝝ.
Proteus/o germana iouis ſaturnia proles
Alma uenus dixit/grauis eſt iactura deoꝝ.
Et niſi me fallunt priſcoꝝ oracula uatum
Hic finis iouis imperio:iam ſæcula currunt
Altera/& a cœlo in terras noua labitur ætas.
Ne tamen a nobis diuũ deſerta uideri
Cauſa queat/neu me fruſtra imploraueris/adſum/
Tum dea conſilio ſeniorem inducit aperto
Carceris in tenebras ad ſollicitanda puellæ/
Corda metu.criptam ſubit alta nocte ſilentem
Lumen & os cyclopis hñs/pigmæaq; membra/
Flãmam oculis ſpirans & naribus. illa figuram
Intuita immanem tanto neq; territa monſtro
Indignata magis/curuo inuolat ungue capillos:
Herculeaſq; deo uires animumq; ferentem
Sternit humi.genibuſq; uterum ferientibus ora
Cote p̃mit/miſſoq; implet caua guttura & orbem
Puluere.mox proteus diuina in uirgine numen

Experiens/uerſa diſceſſit in aera forma.
Diua latens q̄q̄ doleat/tamen ore ſereno
Riſit:ut im̄unda uidit tellure uolutum
Protea nudari ſublatis inguina plantis:
Sūma dies aderat cū factus in æthera liber
Tranſitus innocuæ per ahenea uulnera menti.
Nam metuens ne ſi longas ſeruata fuiſſet
In pœnas/manifeſta fidem miracula ferrent
Latius/& tali fieret celeberrima pacto
Relligio/indixit fatum crudele tyrannus.
Et cædi iubet enſe caput. ſua funera uirgo
Vt cognouit agens grates ſic orſa tonanti.
O pater unde fluit rerum im̄utabilis ordo.
Cui fas eſt quodcūq; libet.cui lege uoluntas
Libera.cui pn̄s quod præterit atq; futurum eſt/
Q d' tua me pietas tali uelit ire triumpho
Ad ſuperos/fieriq; tuis de ciuibus unam
Tam celebri ingreſſu/non ſum tam grandibus æquas
Vna ſatis grates meritis perſoluere. quantum
Tu me poſſe facis refero.mea membra litari
Atq; tibi noſtro fieri de ſanguine ſacrum
Inſtituo/uenioq; tuas noua uictima ad aras.
Accipe uirgineos artus æterne ſacerdos:
Ac flām̄is accende tuis.mens ſola ſuperſtes
Ad tua mortali ueniat ſine pondere tecta.
O mundi præclare opifex dignare p̄cantem
Ante obitum dono hoc animam. bonitatis ab alto
Aequore/ab ingenti pelago pietatis in orbem
Aeternis fluat hic ſcatebris curſuq; perenni
Riuus/ut ad noſtrum quiſquis confugerit olim
Subſidium uotis ſemper felicibus oret:
Atq; meis uacua nunq̄ p̄ce ſurgat ab aris.
Margaris hæc.ſonus ætherio deſcendit ab axe
Audita es:ſecura ueni.te expectat olympus.
Gaudia reſponſo tali concepta furorem
Exciuere pium.cupit ire in fata:ſuūq;
Carnificem ſtricto aſtantem crudeliter enſe
Prouocat:& poſito iugulum ſupponit amictu
Nil contata.graui tum proninus ille lacerto
Colla ſecat; ſanctumq; haurit rhomphea cruorem.

Spiritus e clauſtris fugiens mortalibus inter
Agmina cœlituum uictor migrauit in altum
Aethera & extremo ſedem ſortitus in orbe
Gaudia cum magnis habet ĩmortalia diuis.

AGATHAE AGON.

p Oſtq̃ margaritæ celebrauimus acta: ſuſpſunt
Diuæ agathæ memorãda nouo pconia cãtu.
Illo igit̃ ſancto igne meas accende medullas
Magne pater: non quem rapuiſſe promethea fama eſt
In commnem hominum interitum: ſed quo tua proles
Abſtulit antiquam faciens noua ſæcula noctem
Ingenioq; abſterge ſitum: quem longa reliquit
Ira erebi molita necem: langore ſemeſtri
Pingue uber depaſta animi: populata uigorem
Mentis: & in ſenſus bacchata hoſtiliter omnes:
Ante deos regno pulſos trinacria quõdam
Italiæ coniuncta graues enixa tyrannos
Languit: ipſa ſuo periens ut uipera partu.
Protulit & uaſtos ĩmania mõſtra gigantes
Ventrimanos olim: manibus quia pabula uentri
Quæſierint: & cyclopas a luminis orbe
Grandi appellatos: iuga per nebuloſa pachyni
Per libybæa antra errantes: per ſaxa pelori:
Et per acragantis latera ígniferãq; per ætnam.
Aetnam ubi titanis ſobolẽ dixere ſepultum
Enceladũ ueteres ſpirare incendia: & atrum
Cum nebulis cinerem: & lapides impellere ad auras
Ore procelloſo tempeſtateſq; fragoſas
Voluere: & in campos ardens effundere ſulfur.
At poſtq̃ patrio ſoboles deſcendit olympo
Sancta patris ſũmi: cœpit melioribus aſtris
Aſpirare poli regnis mortalibus ardor:
Et fœtus proferre alios: manſuetaq; corda
Gignere: & imbibitum redolentia pectora numen.
Imprimis catanæam agathem ſplendore parentum
Forma: ætate opibus: claram: cui rector auerni
Ille per ætnæum qui ſe cratera uolanti
Suſtulit in cœlum curru rapuitq; parentis

Theſmophoræ natam flores in ſerta legentem.
Ille inq̄ fœdo ore niger crudelia bella
Mouit in æternas cupiens auferre tenebras.
Conſul erat ſiculis uir deteſtabilis/ora
Sola ferens hominis/morem ingeniūq; ferarum
Q uintius a decio miſſus/ſceleratior ipſo
Barbaro & imani domino:ſine numine mūdum
Eſſe putans/fieri incerto ratus omnia caſu.
Iſte uidens agathen trinacrides ante puellas
Ire/uenuſtate/ingenio & natalibus altis/
Arſit eam:iaculis armatus & igne cupido
Ictu hominem duplici dum uult inuadere/telum
Cuſpidis auratæ cocytide lauit in unda
Sæpius/in phlegethonte facem ſuccendit:& uno
Impete percuſſit plagis fera corda duabus.
At deus aſtroꝝ dominus p̃cordia ſancta
Virginis afflatu ſtudia in contraria uertit.
Et quanto ad facinus magis ille hortatur & urget
Hæc armata deo/ſcelus id tanto amplius horret.
Aeger amans bacchatur/uti cum taurus aſilo
Concitus erecta circūuolat inuia cauda
Paſcua/collectaſq; cauis uomit acriter auras
Naribus/iraꝝq; ſonantem proiicit æſtum:
Verſat mille dolos/uarias excogitat artes
Ingenioſus amor/ueneriſq; aſtuta libido.
Relligio tandem noua contemptuſq; deoꝝ
Anſa fit/his fretus titulis crudele tyrānus
Aggreditur facinus/pietas uia facta nocendi.
Iudice ſub uicio uirtus rea ſiſtitur/actor
Impietas/patrona uenus/mendacia teſtes.
Scortum illuſtre fuit catanæ/iuuenūq; uorago
Publica/nataꝝ ſtupris aphrodiſia ſeptem
Diues/agens luſas circeo carmine mentes
Q uo libuit/genus omne mali maga docta ueneni.
Iſtius in ludum diſciplinamq; procacem
Miſſa agathe cœleſte animo poſitura ſeuero
Propoſitum:lænociniis uicianda ſubintrat
Turpe magiſterium/talem fleuere rapinam
Acturi æterno uitam in ſquallore parentes.
Sed uelut in caſſum tumidis mare uerberat undis

Littoream cautem/meretrix ita pectora fruſtra
Virginis attentat : fruſtraq; ānititur altum
Demoliri animum:ſtant fortia pectora contra
Blandicias omnemq; metum.deuota tonanti
Corda imota manent:quid tempora perditis inquit
Virgo/infelices animæ?quid pergitis ore
Flectere ui nulla/nulla arte domabile pectus?
Flumina terrores/nimbi promiſſa/fugaces
Verba noti:moles ego ferrea ſaxea ſupra
Fundamenta ſedens/uentos & flumina & imbres
Contra ſtare ualens/caſuq; potentior omni.
Sic uirgo / admirans uirtutem in uirgine tantam
Horruit/& diuinum aliquid confeſſa / pepercit
Irritare deum meretrix : nec adire puellam
Amplius auſa refert ueſano hæc omnia amanti
Sic memorans/fruſtra conſul romane laboras:
Quicquid id eſt/humano animo conſtantia maior
Res miranda/ullis neſcit manſueſcere uerbis.
Saxa ferunt ſenſiſſe lyram cum mœnia thebis
Poneret amphion:portauit ariona delphin
Carmine lenitus:citharam ſyluaſq; feraſq;
Thraiciam memorant & plectra orphæa ſequtas.
Sæuior iſta feris:& marmore durior:æque
Fert inuicta minas & blandimenta uirago.
Sic meretrix:inſanus amans conuertit amorem
In crudele odium : furit indignata repulſam
Mens obſcæna:truces uocat ad tormenta miniſtros
Infligenda:trahi iubet a lictore puellam
Ingenuam:ſimul afferri clamoribus altis
Imperat inſtrumenta:quibus ſæuire tyranni
Sunt ſoliti:latāq; implet cruciatibus aulam.
Inſontem ferus aggrediens quid ſacra deoꝝ
Quid contemnis ait ſuperos?animoſa uirago
Non ego contemno ſuperos : neq; ſacra deoꝝ
Reſpondit:ſed quos ſuperos tu inſane deoſq;
Appellare audes ſunt cum plutone ſepulti
Sub phlegethonte:illic uenus eſt tua:iupiter illic:
Et tota cum prole miſer ſaturnus:olympo
Gens indigna ſolūq; infra:non æthera ſupra
Diis domus eſt:ſuperos ideo appellare nefandum:

Vos lemurū conſueti umbris/perferre nequitis
Chriſti ſolem oculis/iubar impia lumina ſanctum
Auerſata ſuæ noctis calligine gaudent.
Talia dicentem conſul ioue plenus & ira
Cædi alapis flagriſqꝫ diu crudeliter uſqꝫ
Imperat/ad ſacro manantia ſanguine terga.
Mox iubet ad tormenta oculos conuertere/fœdo
Sic minitans uultu/linguax/temeraria/diuum
Impia contemptrix poſtq̄ te inſania uexat
Tanta/aliis exempla feres.cruciabere donec
Vel melius ſapias ac diis libamina ponas/
Vel moriens ſontem hāc animam ſub tartara mittas.
Illa nihil titubans & mente æquabilis alta
Subriſit pœnas atqꝫ inſtrumenta doloꝝ.
Læta ergo & gaudens ac ſperabunda latantes
Mittitur in tenebras/& carcere conditur atro.
Altera lux poſitis celebrarat prandia menſis/
Cum e tenebris educta iterum conſiſtere ad aras
Cogitur/& diuis panchæum accendere odorem.
Illa negans/quæ ueſtra inquit dementia:ſaxis
Incuruare caput? lignum temeſæaqꝫ ſigna
Appellare deos? deus eſt qui condidit orbem
Cœloꝝ terræqꝫ opifex: qui ſidera torquens
Suſtinet:& figit cœlis elementa citatis.
Huic uni mortale genus libamina debet.
Sed manuum uſaꝝ operi putri atqꝫ caduco
Sacra dari turpe:abſurdū:puerile: nefandum
Propterea neqꝫ ſacra dabo: neqꝫ thure litabo.
Talibus ardentes in pectore conſulis iras
Concitat eloquiis: terrenæ prodiga uitæ
Nil timet & pœnis occurrit atrocibus ultro.
Conſul ad aſtantes magno clamore miniſtros
Vociferat:ſpoliate magam.ſuſpendite nudam
Pubetenus:ferro laniate:& adurite flāmis
Sacrilegam:noſtraꝝ hoſtem legum atqꝫ deoꝝ.
Extemplo uelut in leporem toto agmine pardus
Fertur inhumanus lictor:nudataqꝫ duris
Membra catenaꝝ complexibus ambit:& alta
A trabe ſuſpenſam flagris domat:ilia candens
Lamina mordaci tactu p̄mit.igne ſoluta

Iam cute liquuntur ſtridenti uiſcera ferro.
Et ſacer in cœlum rapitur uapor. undiq; feruens
Sudat adeps, mixtuſq; adipi pendentia inundat
Pallia: & in terram largo cruor æſtuat imbre.
Nec furor eſt ſedatus adhuc. cum gaudia uirgo
In pœnis confeſſa foret, iubet ubera duro
Forcipe comprehendi, niueoq; a pectore uelli.
Iuſſa capeſcentes correpto ex igne metallo
Scintillante ſinum inuadunt lacerantq; miniſtri
Alitis in morem tirio quæ infeſta giganti
Exta rapit: uel quæ ſine fine promethea roſtro
Fligit in æternos ſemper redeunte dolores.
Tum uirgo nō te īmanis fere & impie non te
Ergo pudet quæ in matre infans haurire ſolebas
Fœmineo in ſexu tam atrocibus ubera plagis
Cædere, & altrices hominum uiolare mamillas?
Sed mihi ſat nulli q; mens obnoxia ferro
Nil membris fraudata ſuis ſyncera ſuperſit.
Corpus eat: mole hac tandem exonerata recedam
Ad ſuperos rapientq; tui te in tartara diui
Talia dicentem uultuq; animoq; ferentem
Supplicium læto, iubet in chaos ire profundi
Carceris inferni prohibens alimenta tyrānus.
Vulneribuſq; negans. uſum medicaminis omnem.
Sola in nocte graui reſidens in codice duro
Conuerſis in cœlum oculis īmobilis orat.
Dum faceret medio nox alta ſilentia curſu
Et niger heſperias iret caſurus in undas
Scorpius, illuſtri geminis ſurgentibus ore,
Ecce ſenex celeri lapſus per nubila curſu
Petrus adeſt, & cœca altis abſcondita in umbris
Clauſtra ſubit: petroq; comes medicamina portans
Aſſyrius lucas in nube abſconditus alba,
It funale gerens pueri ſub imagine coſmas
Pœonios ambo ſuccos, aſclepidas ambo
Syntheſes edocti, fomenta machaonis ambo.
Tum uirgo inſolitam lucem formāq; uirilem
Paſtillos & uaſa manu chirurga ferentem
Admirata quid hæc inquit medicamina portas
Quiſquis es? ulla meis nūq̄ cataplaſmata membris.

Aũt emplaſtra tuli:placido tũ ianitor ore
Nil agathe dubitandũ inquit. cũ uulnera paſſa es
Iſta aderam corpuſq; uidens curabile ueni
Allaturus opem medicam:tum uulnera tangens
Vnguine uitali totam inſtaurauit:& omni
Corpore deterſo rediuiuis pectora mãmis
Impleuere ſinũ:roſeoq; reuixit in ore
Cum candore rubor manibus coma uulſa proteruis
In nodum legẽq; redit / compeſcitur omnis
Eſuries/liquidum teneros corroborat artus
Nectar/& ambroſiæ potis alimonia ſuccis.
Quarta dies alium titana ferebat in axem
Cũ grauibus ſpirans odiis lœtale uenenum
E latebris conſul iubet ad tormenta puellam
Reſtitui/ſi uiuit adhuc. ieiunia paſſam
Longa laborantem plagis / ac uerbere tanto
Protritam fato iam conceſſiſſe putabat.
Illa autem ne dum uiuens ſed ſplendida uultu
Purpureo redit in bellum:quam corpore toto
Incolumem miratus ait/dii prima ferentes
Vulnera/fecerunt aliis loca:ſacra tonanti
Redde ioui:uel ferre para genus omne dolorum.
Illa/quid ad nugas inſane recurris eaſdem?
Sat mea nota tibi/tua mi ſententia/diuis
Quos hominum fecere manus libamina non ſum
Oblatura/potes cruciare/infligere mortem.
Non potes hoc ſuadere nefas/uitam atq; ſalutem
Non ſtygiæ dii ueſtri animæ tribuere / ſed orbis
Omnipotens regnis qui præſidet omnibus autor.
Diuorum natura procax/dira/inuida/mendax.
At deus humanum clemens & amabile numen.
Officium prodeſſe dei eſt/offendere diuum
Sulfuris ardenti quotiens deſcendit ab ætna
Impetus in campos/ueſtrorum eſt ira deorum
Læta malis hominum : ſed quando cohercita fluxũm
Siſtit inundantem/deus eſt ſeruare labores
Sollicitus noſtros/& nos defendere ab orco.
Vix ea finierat cũ percitus igne megeræ
Conſul ait teſtis tellurem inſternite acutis
Addite flagrantes prunas/hæc mollia ferte

Strata ſuper nudam : & ferro uerſate tridenti
Ocyus.accelerant famuli & mandata capeſſunt.
Ipſa togam lætis animis exuta propinquat
Ignibus/atq; moras lictoꝝ accuſat inertes.
Illi iraſcentes indignatiq; rapaces
Iniiciunt furcas/correptaq; dentibus uncis
Membra foco infligunt/& per fragmenta iacentem
Nunc prono ore trahunt laniantibus ubera teſtis/
Nunc in terga unco graſſante per illia cunto.
Inſtaurant alii flãmas/ & follibus actis
Vndiq; perflantes animant incendia uento.
Interea immanes dum fert innoxia pœnas
Ecce ſoli horrendo concuſſa palatia moto
Vrbe tremunt tota/fractis compagibus alta
Tecta ruunt/paries abiens ſinit ire lacunar
In miſeras hominum cædes/ fragor undiq; & ingens
Murmur/& auditæ uoces per nubila longe.
Per fora deſertis domibus per compita turbæ
Errant attonitæ/ut pauidi ſine matribus agni.
Pes titubat ſaliente ſolo malefida dehiſcit
Præcipiteſq; apit terra uſq; in tartara rimas.
Conſulis extemplo ruit ad prætoria uulgus
Turmati qua uiſa magis uia tuta/tumultu
Vociferante omnem euerti cum ciuibus urbem:
Cœleſteſq; deos offendi immanibus iſtis
Suppliciis/ & rectorem maris ennogiſæum
Oppugnare ſuis poſitas in finibus oras/
Et catanæ iraſci/mox tempeſtate futurum
Vt uicina graui uomat ætna incendia longe
Vulcano ſpargente ignes cineréq; per agros.
Talia ſuſpenſo conſul dum cogitat ore/
Ecce duo ex primis tecto illabente necati
Os laceri/totos fracti crudeliter artus
Iudicibus uix tracti altæ de mole ruinæ
Exportantur/eunt pondus lugubre ferentes
Cũ lachrymis famuli/nec longe a limine ponunt
Attoniti/non audentes in tecta reuerti/
Nec proferre gradum ulterius/neq; ducere funus/
Ac ueriti plantis titubantem inſiſtere cãpum.
Territus & gelida uictus formidine conſul

Puluerulentam agaten reuocari in uincula mandat.
Q uo ſimulac uentum genibus ſuper aſpera flexis
Saxa orans animam ingenti clamore profudit.
Chriſtigenæ extemplo irrumpũt durante tumultu:
Raptaq; marmoreo membra impoſuere ſepulchro.
Et ſuperiniecto clauſerunt mamora uelo.
Iamq; oriens octaua dies horrenda ferebat
Et ſpectanda metu ſiculis miracula magno
Aetna cauernoſis quæ tanta incendia nutrit
Viſceribus uento inflari & mugire per omnem
Trinacriã/ac ſtrepitu reſonare tonitrua magno
Cœpit & accenſis flãmam eructare caminis.
Continuo pauefactæ urbes ad ſidera iunctas
Attollunt cum uoce manus / & ſacra frequentant
Placatura deos atq; occurſura piclis.
Nec mora/de ſũmis ætnæ crateribus ingens
Flãmaq; globus erũpens in flumina ſe ſe
Ignea diffundit/catanæaq; mœnia uerſus
Labitur ardenti per culta uirentia curſu.
Attoniti ciues quo ſe molimine ſeruent
Ignari/curuant genua ante altaria uotis
Supplicibus flentes/urbi magis ac magis inſtat
Ignea tempeſtas/flãmiſq; ſonantibus ardor.
Vt uidere deũ fruſtra implorata ſuoq;
Auxilia/accurrunt agathes ad buſta:leuantq;
Confeſtim uelũ a tumulo / quo incendia contra
Illato uapor extemplo (mirabile uiſu)
Territus aſpectu ſacri uelaminis undam
Traxit/& ardentem cohibens a mœnibus æſtum
In nebulas abiit tenueſq; receſſit in auras.
Vrbs opus admirans aras & ſacra tonanti
Inſtituit chiſto/ſaturnigenãq; reliquit
Cum iunone iouem noua teſtamenta fidemq;
Docta ſalutiferis priſcũ ſcelus abluit undis.

LIBER SECVNDVS LVCIAE AGON.

Iua ſyracuſiæ celeberrima gloria gentis
d Lucia cui tracti ſulcãt uada frigida & ũdã
Brumalẽ/ueneti / & fluct9 aqlõe coactos
Lumina q̃ ꝓuas/uolucrẽq; diuidis annũ.

Q uæ frenas titanis equos phaethontia retro
Lora trahens gelido capri pluuialis ab aſtro.
Da mihi te facilem dignoq; extollere canto
Certamen concede tuum: quo tartara & ipſum
Tartareo regnantem erebo plutona deoſq;
Viciſti: encelado maior/patrioq; tiphœo
Fortior/& ioue terrigenum domitore gigantum.
Lucia nobilium ſoboles generoſa parentum
A teneris edocta deum perfuſa lauacro
Q uod facit in ſontes animas / nutrita ſuperbas
Inter opes/in deliciis/in murice & auro
Nata/maritales poſtq̄ peruenit ad annos
Exuit extemplo ſtudium leuis omne iuuentæ.
Q uando ſolent aliæ genio inclinante pudorem
Soluere: picturare genas & more agathyrſo
Ire coloratis iuueneſq; accendere membris/
Ipſa animo complexa deum / ueſtigia torſit
Ad ſuperos / curis terræ indignata teneri.
Orbatam genitore/domum cum matre gubernãs
Q uicquid opum ſupra uictum reſtabat/ aperto
In miſerũ genus omne penu conferre ſolebat.
Idq; ſemel genitrix damnans/quid prodiga tantas
Nata facultates inquit ſine fine profuſis
Sumptibus ex hauris/nihil in uentura recõdens
Tempora/nil ſenio ſeruans/grauis imemor æui
Tempeſtiua ſat eſt inopum poſt funera cura.
Interea in trabibus ſine farra ſeneſcere noſtris/
Pinguibus in campis teneras adoleſcere caulas/
Atq; graues annare cados / & uina decembres
Q uæ ſeptem de more uident / pertingere ſaltem
Sidus ad icarium / quando ſitibundior æſtas /
Cum precioſa ſitis deuotaq; tempora baccho:
Ne ſine fruge gregum fœtura/& adorea meſſis:
Ne ſine fruge ferax abeat uindemia & auro.
In tabulis inopum memores legabimus ædes:
Nominaq;/& magnis uirides prouentibus agros.
Sic genitrix animo meditans bona fluxa tenaci.
Filia ſublimi uoluens cæleſtia corde
Q uid meriti mater poſſeſſa relinquere dixit
Cum retinere oculis fato incũbente uetamur?

R es ſeruata perit: miſeris data porrigit alas
Ad ſuperos/alæ duplices/argentea læua/
Aurea dextra/uiãq; datori ad ſidera pandit.
Certa præit uiuos pietas/incerta ſepultos
Conſequitur:nam quod noſtri eſt dum uita ſuperſtes
Arbitrii mox eſt alieni/ut uita receſſit.
Scilicet id gelidæ uicium cõmune ſenectæ
Diuitias curare nimis.capularibus annis
Ingruit iſta fames·hæc diffidentia ſeræ
Iuncta ſenectuti/frigentia pectora curuat
Ad telluris opes/ſtudiũq; accendit habendi.
Pone metum genitrix locuples deus omnia paſcit
Ipſe homines alit atq; feras/cum areſcere campos
Viderit/eſuriemq; pati ſub ſidere cancri
Gramina·ab extremis humentem finibus auſtrum
Aduocat/& nimbis ſitientia proluit arua:
Succurritq; ſolo pecudes miſeratus & herbas.
Tunc igitur trepidas cuntis alimenta ferentem
Deſerturum homines?& qui ſpiracula uitæ
Flauit in hos artus hoſtem fortaſſe futurum?
Lucia ſic referens matrem placabat auaram.
Cum ſenior genitrix morbo ægrotaret acerbo/
Ad catanææ agathes tumulum proſtrata parenti
Auxilium flebat/ſubito tum lumina ſomnus
Claudit/& alta quies feſſos perlabitur artus.
Nec mora.cincta choris ſuperũ catanæa uirago
Argenti gẽmarũ auri ſplendore coruſco
Fulgida ſopitæ uiſa eſt aſtare:manũq;
Iungere/& his animum dictis mulcere dolentem.
Chara ſoror tanta quid ſollicitudine poſcis
Q uod pſtare tuæ paruo poſt tempore matri
Fas tibi mox?ſicut dominor zanclæa per arua
Per catanæorũ populos/quibus imminet ardens
Aetna·ſyracuſiæ/ſic tu dominaberis urbi.
Et poteris ſanare nurus arethuſidas omnes.
Sic eſt uiſa loqui fracto uirgo excita ſomno
Et uertens in matrem acies uidet ora colorem
Concepiſſe nouũ/corpuſq; habitudine totum
Incolumi ſubito antiquum repetiſſe uigorem.
Gaudet agens grates agathæ ac cœlo omnipotenti.

Atq; ait o genitrix poſtq̄ tibi cognita uirtus
Tam miris diuina modis ac munere tanto
Deſine me ſolitis poſthac urgere querelis:
Et ſuadere uirum/ Sine me cæleſtibus uti
Cōnubiis:& centeno coaleſcere partu.
Præſes erat ſiculis atrox paſcaſius oris
Virgineæ/uir deſidiæ/uir deditus auro/
Ac ueneri ſcelere inſignis/ſine numine mōſtrum
Illaudatū omni/cœloq; odioſus & orco.
Hunc ubi uirgineos uultus & lumina pulchris
Aemula ſideribus diro omine & alite læua
Vidit/amor ſubita rapuit face/fulminis inſtar/
Nimbifera montes cum tempeſtate per altos
Mugit/& umbroſam flāmis complectitur ornū.
Ardet & ardori non eſt modus/ inſtat acutis
Semper amor ſtimulis ut quando ad præmia palmæ
Curſor olympiacæ fuſis contendit habenis
Vrget equum crebro ferientibus ilia plantis/
Verbereq; intorto: cum ſibilat aer/& armos
Sudat anhellantes uolucri ferus acrior igne.
Iſte uiam ſceleri mōſtrante cupidine/doctam
Mittit anum/quæ ſidereo ſe lumine captum
Nunciet ægrotare animo/atq; incendia ferre
Qualia flagranti patitur uulcanus in ætna:
Et ſubitam ſe poſcere opem/quam forte negari
Si audierit non poſſe ſibi niſi morte mederi.
Attalicas promittit opes/promittit honores
Cæſareos:minimūq; deeſt quin ſpondeat orbis
Imperium/tam uana inſani audacia amantis.
Dona dat:in fuluo rutilans carbūculus auro
Vnioq; ingenti candens gangeticus orbe
Munera prima:quibus uirgo generoſa repulſis
Lumina ut audiuit bellum hoc inferre pudori
Nil contata oculos (opus admirabile ſæclis
Omnibus)ancipiti cultro de fronte reuulſos
Proiicit in patinam/mittenſq; ea munera amanti
Accipe reſpondit quod amas/& deſine poſthac
Talibus inſidiis ſanctas inuadere mentes.
Dixit & ex alto factum miratus olympo
Cum ſuperis pater omnipotens duo lumina primis

Splendidiora cauis ſcrobibus concreſcere iuſſit.
Tum raphael ſubito celerem per nubila curſum
Traxit/& infundens orbæ medicamina fronti
Elicit ardentes oculos/inſtaurat honorem
Deformati oris/faciēq; decorat amœnam.
Rector ut accepit caſus miracula tanti
Riſit anū/maiora fide neq; digna relatu
Talia cōmemorans: & anilia pondus habere
Dicta negat/ſed cū uelo reſoluta cruento
Lumina conſpexit/ſtetit/& manifeſta negari
Cum nequeat facti nouitas/opus omne relatum eſt
In magicos cantus/damnataq; carmina circes.
Inſanoq; odium maius ſucceſſit amori.
Interea ſponſus (genitor nāq; ante ſepulchrum
Ingenuo cum ſpe dotis deſponderat amplæ
Progeniem iuueni) iam decoxiſſe puellam
Admonitus furia inuectus rectoris ad aures
Detulit uxorem illicitos patrimonia in uſus
Diſtraxiſſe/deos ueteres cōtemnere:& aram
Numinibus feciſſe nouis:quendāq; triformem
Appellare deū diuūq; hominumq; parentem.
Ergo accerſitam nubes adolere ſabæas
Vulcano/cereri & natæ/ueneriq; erycinæ
Mandat:& ante aras genibus procūbere flexis.
Illa animis ſexu longe maioribus uni
Debita ſacra deo ſaxis offerre nefandum
Dixit:at incenſo melius thure atq; iuuencis
Eſt olocauſtum aliud quo delectatur olympus/
Sollicitudo īopum: curam quibus hactenus omnem
Quoad potui impendi:ſacris ubi talibus ante
Res data/ne quicq̄ in terris qđ in æthera poſſim
Ferre/relinquatur/ſanctis altaribus īpam
Me quoq; do:& mitto hāc animam/quo cætera miſi.
Conſul ad hæc potes has nugas/hæc ſomnia dixit
Chriſtigenis narrare tuis mihi talia fruſtra
Ingeris/imperii placita & decreta ſequenti:
Tum uirgo irritans hominem tibi cæſarianæ
Diuinæ retinenda mihi cuſtodia legis.
Ex re igitur qđcūq; tua eſt amplectere:noſtro
Et nos arbitrio nobis potiora ſequemur.

Res ubi in infames conſumpta procaciter uſus
Conſul ait:ſcelus ut meretrix abſcondere lingua
Niteris excuſans audaci crimina uultu.
Res mea prouentu centeni fœnoris arcta
In tuto eſt dixit:neq; corruptoribus unq̃
Corporis aut animi:(ſcit qui uidet omnia ab alta
Cœlorum arce deus) patui:tum pectore conſul
Scintillante animum quoſnam corrũpere quoſnam
Arbitraris ait ?uirgo nihil ore morata
Vos inquit:quotcũq; deos ſeruatis ahenos:
Saxicolaſq; lares:& dæmonas ære latentes.
Nãq; animis rudibus uero pro numine manes
Obiicitis ſtygios:ac ſi quærentibus aurum
Inſidians aliquis:mendacia porrigat æra.
Hæc tua garrulitas intempeſtiua faceſſet
Conſul ait quando euadent in uerbera uerba.
Lucia reſponſis crucians immania corda
Conſulis adiecit nequeunt diuina teneri
Verba per innocuas hominum reſonantia fauces.
Ante tui ſimiles quotiens aſtare tyrannos
Contigit e noſtris aliquem:deus ora mouendo
Fatur:& humanis aperit ſua ſenſa loquelis.
Conſul adhæc:deus in te igitur ?deus illa piorum
Corda habitat dixit:perq; ora:innoxia fatur.
Trux uultu frendens uerbis & pectore anhelo
Flãmigerans conſul ſtupris expoſta lupanar
Ibis ad imundũ:perdas ubi numina dixit.
Non niſi conſenſu mentis uiciabile corpus
Virgo ait:inuitam ſi me uiolaueris:aucta
Virginitas alio duplicem feret orbe coronam.
Neue tuum uerbis odium mora differat ulla:
Diſce ſuis ætnam tam imenſa mole ſedentem
Transferri poſſe ante locis:q̃ imobile mentem
Propoſitum:ſurge:& quicquid ſata nocte profunda
Conſulit alecto:uome:totum effunde furorem:
Inſani:bacchare:tuos imitare ſatanes.
Ferte citi tormenta:ignes animate miniſtri.
Pellite ab his animam membris:reddamus olympo
Aethereã mentem:ueſtris me mittite ad aſtra
Supplicijs:crudelem orco ſeruate tyrannum.

Talia magnanimo uulgi clamabat ad aures
Pectore nil pœnas metuens nil fata uirago/
Cum ſubito miſſis conſul lictoribus omnem
Inuitat lænonũ aciem/magnoq; tumultu
Mittit ad obſcænæ ueneris ſordentia luſtra
Innocuam ſuperiſq; parem pietate puellam.
Accipiunt uinctam loris mediãq; per urbem
Scortorũ ſtipata choris infamibus ibat/
Cum ſubito celeres labuntur ab æthere diui
Tam indignum facinus tam deteſtabile adorti
Perturbare nefas/miris ueſtigia ſiſtunt
Fixa modis/hæret plantis imota uirago
Robore par ſaxo ingenti/par turribus altis.
Extemplo mirati omnes tractare uerentur
Corpora ſancta manu imunda/ſequiturq; repente
Religio:manifeſta uident miracula & ore
Attonito circũ magno ſtant agmine turbæ
Murmure compreſſo.ſacer ad ſpectacula diuum
Stat chorus:& fruſtrata hominum molimina rident.
Interea audito caſu paſcaſius infert
Præcipiti ſe ex arce gradu.comitantur euntem
Diræ crebi/uenus/atq; ceres/proſerpina/& atro
Mulciber atq; ſterops uultu/& fuligine brontes
Illitus ætnæa rapidoq; accendere pergunt
Igne hominem ruit in medios.accuſat inertem
Segniciem:iubet intortos ad cola rudentes
Ad fæmora/ad ſuras ad clunem/ad terga ligari.
Mille uiros adhibet magnis qui uiribus auſint
Voluere in ægæos/athon atq; capharea fluctus.
Sed cum conatu inualido nil numina contra
Proficerent/ad mille uiros fortiſſima iungunt
Mille boum iuga/loratis qui cornibus ipſam
Trinacriam ualeant calabris adiungere ripis.
Nec ſic mota loco/nouitas tam mira per urbem
Diuulgata ciet populum:ſpectacula nũq̃
Viſa prius proceres adeunt:paſcaſius amens
Aeſtuat/ingeniũ plæbis mutabile & iras
Vulgares animo uoluens/& dedecus omnes
Ante patrum populiq; oculos. heu q̃ta uenenis
Quantaq; chaldæo molitur fœmina cantu

Dixit,& illatis extemplo incendia lignis
Suſcitat:& rapidæ cingunt arethuſida flãmæ.
Subiiciunt picis & reſinæ liquamina in ignes,
Atq; leues paleas,oleiq; fluentis amurcam
Lictores,pyra conflagrans ad ſidera longis
Fluctibus it,magnoq; furens ardore puellam
Circuit,& lambens tunicas colla ora comaſq;
Virginis applaudit ſanctis innoxia membris.
Neu quid inexptum rabies ueſana relinquat
Imperat aſpergi lotio,q; fama lauacro
Tali artes reprimi uetitas : & carmina uinci.
Acciti uenere magi:tacitiſq; ſuſurris
Monſtrificos fruſtra nixi diſſoluere cantus
Id fieri tandem nullo didicere ueneno.
Lucia flãmaq; iam decreſcente tumultu
In cinereſq; abeunte rogo ſic orſa:tyranne
Iam ſatis expertus diuina potentia quæ ſit
Quã inualidas habeat tua tanta ſuperbia uires
Quando nec hinc tolli potui,nec in ignibus arſi
Vt rebare miſer nunc uel feritate repulſa
Verũ agnoſce deum qui te populũq; uidentem
Talibus exemplis uoluit monuiſſe:uel ira
Impatiente aliis ſæui cruciatibus:omnem
Tolle moram,dum turba frequens ſpectare parata ẽ.
Talia clamantem ueniens a conſule lictor
Inuadit gladio : mergitq; in guttura ferrum
Altius infodiens, animæ penetralia & exta
Ancipiti lacerans acie,diaphragmate foſſo
Inteſtina ſecans nec dum ſublata facultas
Eloquii.fatur plenis ut & ante loquelis.
Sic referens catanæ uelut mea pſidet urbi
Diua agathæ,ſic ipſa meæ cuſtodia gentis
Facta ſyracuſiæ noſtris ego nuncia pacis
Cæſaribus pulſis uno uitalibus auris
Vrbe alio,pœnaſq; nouo ſub principe conſul
Sanguinolente dabis,uix facta ſilentia:quando
Nuncia cæſarei peruenit epiſtola fati.
Diuitiarum auceps ſiculas paſcaſius urbes
Hauſerat inſudans cumulando ĩmaniter auro:
Inſidianſq; opibus:ſcelerũq; infamia romam

Venerat/atq; ideo tentus mandante ſenatu
Ducitur in latium ſubito.furta atq; rapinas
Vix confeſſus erat cum mox capitale recepit
Supplicium/patiens cædem pro cædibus unam
Innumeris/in ꝑdam atris data manibus umbra.
Diua ſuo uitam nutu poſitura manebat
Sublatis erecta oculis/ac talia fata eſt.
Mors mihi iam dudum clauſiſſet lumina. ſi non
A ſuperis conceſſa foret mihi copia fandi
Pauca prius:cœlos adiens mea mẽbra relinquo
His tumulanda locis/ubi me conſiſtere & hoſtem
Vincere conceſſit genitor diuũq; hominumq;.
Hoc æterna ſolo noſtri monumenta triumphi
Sunt ponenda:quibus moniti poſt longa nepotes
Sæcla recordentur quos pro pietate labores
Q uæ tormenta tuli pro relligione : meáq;
Poſteritas imitata fidem per ſancta priorum
Ducat in eliſyos animas ueſtigia campos.
O patria/o ciues/in ſæcula longa ualete.
Sic ait:at niuea gradiens in ueſte ſacerdos
Cum face & ex auro diuina uiatica promens
Virginis ora petit/quæ lætior hoſpite chriſto
Rettulit in cœlũ uultus & gutture hiulco
Miſit in æthereos animam cũ uocibus ignes.
Templa ſyracuſii paruo poſt tempore ciues
Nequaq̃ immemores dictis mandata ſecundum
Impoſuere locis peregrino a littore uecto
Marmore/ducentes ſacrũ uſq; in nubila culmen.

Baptiſtæ mantũani carmelitæ theologi diuæ Apolo/
niæ Agon ad Ptolemæum fratrem.

V quoq; cœleſtes comitãs apolõia nymphas
t Includi heroo non indignabere cantu.
Et q̃q̃ noſtro maior tua gloria plectro
Miſſa ſit in terras omnis:& in omnia longe
Aequora ſtellatos etiam uulgata per axes:
Non uanus tamen iſte labor.nec enim tibi famam
Cogitat:eſt aliud quod nos in carmina traxit.
Nam tua maieſtas nobis mortalibus ingens

Præſidium celebri ueneranda in ſæcula cultu
Obſequium ſibi noſtri operis ſibi uendicat oris.
Virtuti debetur honor: licet inclyta & expers
Noctis & umbrarum per totum effulgeat orbem.
Ante deum lychni in templis funalia ad aras
Non ut clara dies fiat lucentior: ardent:
Verum ut cœlituum patriam ſplendore nitentem
Aethereo: & ſemper uerſari in lumine diuos
Significent: ubi nulla diem contaminat umbra.
Diua uides animum ſublimem / & grandia corda:
Ingenium uero tenebroſum: exangue / ſepultum
Segnicie & len'um uicio torporis & oci.
Ergo ades: & calligantem ſacro affice ſenſum
Lumine: quod diuorum oculis clareſcere nunq̃
Ceſſat: & æterni retegit penetralia mundi.
Roma potens rerum uariis: ut adultera coniunx
Dum natura recens creſcentes adiuuat annos:
Principibus nupſit: quorum ſine numine & omni
Pars maior pietate fuit: Rariſſima uirtus
Semper: ut hybernis hyperionis aura diebus:
Cum niger inualuit boreas: cum nubila regnant.
Hi ſimulac ſceptrum aggreſſi regnoq; potiti:
Exibant de ſede crebi teterima monſtra:
Tiſiphone: furiæq; aliæ multo angue comantes.
Afflanteſq; ſuis illos nidoribus intra
Intima tartareum ſpirabant corda furorem.
Quippe quibus dominabantur plutonides umbræ.
Sic male perſuaſi cœlos attollere contra
Non poterant uultus: & nil perpendere ſanctum.
Sed uerſi in terras oculos & more ferarum
Præcipites quorſum legem indignata libido
Oſtendiſſet iter (tam nil penſi atq; pudoris
Menti inerat) ſuperis ſcelus admirantibus ibant.
Quã primum in terris pietatem exſurgere: & ortam
Cognouere dei ſobolem: ne perderet orcus
Imperium uſurpatum annis tot millibus: arma
Arma exclamarunt. Chriſtiq; imbellia regna
Perdere conatum nil deteſtabile & atrox
Prætermiſit inops lucis genus. Ecce ſuperbus
Nero. Aeneadum de gente Nero. Viden ora cruenta?

Atq; odium truculentæ animæ per lumina rūmpens:
Primus hic addictam cœlo diſperdere gentem
Auſus & infauſto diuos inuadere bello.
Obiectare feris homines/accendere uiua
Corpora conſueuit nocturni ad luminis uſum.
At poſtq̄ in ſanctos longas exercuit iras/
Ipſe ſua ſibi fata manu conſciſcere adortus
Tranſtulit afflictæ mœrorem in gaudia Romæ.
Altera contemptor diuum dominumq; deumq;.
Domitianus. Imprudenter agens crudelia protulit arma
Germanus Tite ſancte tuus.neq; te neq; patrem.
Iuſticia referens:ideo lacer atq; cruentus
Cæde ſua ſtygias tandem raptatus ad umbras.
O ſtulta impietas/incauta audacia/præceps
Iudicium imprudens & uana ſuperbia,regum
Romanorum.Audet ſuperos inceſſere & aſtra/
Cui graue muſcarum eſt & formidabile roſtrum.
Hic etenim ſi uera ferunt æſtate uolantes
Per thalamum muſcas (manifeſta inſania) ferro
Zetus ut Harpyias/eſt inſectatus & arcu.
Ite animæ peſſum indignæ/quibus almus apollo
Oſtendat uitale iubar.quibus ignea mundi
Ornamenta ferant nocturnam ſidera lucem.
Indignæ/quas dicat opus moderator olympi
Eſſe ſuum.indignæ hoſpitio phlegetontis & orci.
Traianus. Tu quoq; cenſeris uerum illa iniuria longe/
Deteſtanda minus/traiane in crimine tanto.
Iuſſiſti cohiberi enſes parciq; piorum
Relliquiis ſanctæ exhorrens tot funera gentis.
Sed maior ueri impietas & acerbior ira/
Atq; immane magis facinus.tum orta repente
Fulgura/Romanas cum marcomanica caſtra
Cinxiſſent acies/ueri extinxere furentem
Verus. Sæuiciam/& flagrans odium minuere paruper
Opportune alto radiantia fulmina cœlo.
Sed furor inſanus rabieſq; infrena ſeueri
Seuerus. Intumuit uelut excitum mare flantibus auſtris:
Cum fremitu horrifico ſpūmans procul æſtuat unda.
Et tua caſtrenſi properans ad regna tumultu
Maximine genus gothicum:dira illa libido

Maximinus. Virus olens canis inferni graſſata pe omnes
Chriſtigenas uelut inter oues ieiuna luporum
Ingluuies. Poſt te paulum regnante Philippo
Philipp9. Relligio ſecura fuit. milleſimus urbis
Annus erat. renouata decem poſt ſæcula Roma
Mox uelut e latebris ſinuoſa uolumina ſoluens
Vmbroſus coluber Decius furiale uenenum
Decius. Expuit in ſanctos. Ignes extinxit ad aras.
Templa cruentauit. tormenta immania paſſim
Protulit. & membratim homines in fruſta ſecauit
Durior euryſtheo / buſiride crudior ipſo.
Quid memorem te Auguſte ſenex: qui præda fuiſti
Valerianus. Bellica perſarum regi: quia ſanguine ſacro
Fœdaſti fora templa uias & numina contra
Nil ueritus bellare: deos ſimulachra putaſti?
Sed nil proficiens tua cœca proteruia tandem
(Nimirum ut caderes tanto grauiore ruina)
De ſplendore pari ſuperis de culmine celſo
Imperii tanta de maieſtate redacta
Extemplo ad ſeruile iugum ſqualente ſenecta
In pedore ſituq; iacens grauibuſq; catenis
Tabuit ante obitum æternas depulſa ſub umbras.
Non læſura minus furor aurelianicus arma
Aurelianus. Protulit indicto cum facta licentia bello
Prædandi plæbem inſontem paſſimq; necandi
Cœleſtes impune uiros & ſancta nondum
Ora trucidandi atq; deum ludibrio habendi.
Ecce alius mihi ſeſe offert tuus ille cruentus
Maximiane comes: cui poſtq̃ polluit orbem
Diocletianus. Cædibus innumeris: Romani purpura regni
Viſa grauis: riguos ideo ſeceſſit ad hortos
Littore in adriaco: rapidos ubi temperat æſtus
Aura frequens: gelidos ubi mitigat unda decembres:
Vnda maris tepidi non conſentanea brũmæ.
Sed ueluti decimus: quotiens iraſcitur æquor:
Irruit in nautas maiori turbine fluctus
Sic decimi uis illa ingens & longa tyranni
Altius intorquens telum exitiale miniſtros
Sacroꝝ enecuit: templa & ſacraria flãmis
Abſtulit: ex adytis diuina uolumina in ignes

Corripuit.lunæq; uno bis dena recurſu
Millia chriſtigenum, tanta inclementia, tantum
Iratum pelagus, Roma indignāte peremit.
Et tandem gelido uitæ inſidiante ueneno
Iam ſenior iam defectus, iam ſanguine adempto
Frigidus, hyberno qualis iacet anguis in antro,
Vita eiectus apud proauos ſepellitur in orco.
Quo rapior mea diua? Rotis errantibus ultra
Metam agor:& longo in gyrum ꝑteruehor actu.
Ad Decium torquendi axes: ea tempora cœlum
Impleuere animis illuſtribus. aula tonantis
Facta frequens. auctæ in campis cœleſtibus urbes.
Nam cœlum ueluti tellus habitatur:& amplas
Rerum opifex diuum populos diſtinxit in urbes
Hi iuga ſumma colunt: illi depreſſius ortum
Verſus:& occaſum retinent ſua mœnia longe
Et late ſparſi ad fines aquilonis & auſtri.
Cum uenit e terris aliquis ſuper æthera, conſul
Temporis illius reducem cui deſtinet urbi
Explicat:& ciuem æternum decernit in illa.
Certa magiſtratus illis ut & urbibus iſtis
Iura ferunt certi.nec enim ſine lege putandum
Eſſe polos.leges patiuntur:& ordine regnant.
Mundus hic exemplum mundi cœleſtis.in illo
Exactum eſt:quicquid fragili modo nitimur orſu.
Diſcimus hic.artis documenta.implebimus illic.
Ergo laborantem decio ſub principe mūdum
Dum regeret ſtygius proles ſaturnia pluto:
Dii ſcelerum quibus eſt ſtudium:coiere frequenti
Concilio.Venus ante alios maga docta:iuuentæ
Et leuibus præfecta annis.Faber ante deorum
Vulcano cui nomen erat:Cyllenius hermes
Ingenio ac ſermone potens.& maxima frugum
Mater eleuſinis olim celebrata colonis.
Eolus.& tethys.& ſplendidus ora cupido.
Tu quoq; quem grai ueteres dixere bimatrem
Bacche:Mimallonides fuſis in terga capillis:
Mænades & ſatyri tecum:temulentaq; turba
Baſſaridum:quibus officium tentare bibaces:
Atq; ciere ſitim:ueneremq; accendere potu:

Eſt ſpecus in campis libyæ/ Carthaginis altæ
Non procul a pelago.ſpecus infra uiſcera terræ
Miſſus:opaca nemus denſum facit hoſtia. magno
It longe ſpelunca ſinu.domus apta colubris/
Sole per æſtatem libycos torrente colonos
Hic/ut fama refert/quondam ſidonia dido
Et pius Enæas declinauere procellam.
Hæc uenus antiquæ fraudis memor elligit antra
Texendis bona uiſa dolis. ac talibus infit.
Dii conſanguinei/dii quos ego ſemper amaui/
Ac colui ſine quis mihi nil feliciter unq̄
Fas fuit ordiri/dudum dep̄henditis orbem
Terrarum a nobis dilabi/ & quærere chriſtum.
Hæc noua credulitas quaſi quædam incendia uentis
Flantibus it flagrans ſemperq; adoleſcit eundo.
Veſter honor paſſim/ueſtri reuerentia peſſum
Labitur.indecores ſine maieſtate ſine aris
Mox eritis/niſi contra hoſtes attollimus arma.
Q d' ſi forte aliquis contra obiectauerit/actum
De nobis ſine ſpe/nec eundum ſidera contra/
Dicite/num nuper/ne tempora priſca reuoluam/
Num licuit cæſo decium p̄ferre Philippo?
Num licuit nobis ipſa intra mœnia Romæ
Principe Alexandro/ cuius contraria nobis
Mater erat tanti reſidens in culmine regni/
Cœciliæ uexare domos? ip̄amq; uirumq;
Cum tyburte licet claris natalibus omnes
Prodierint/gladiis inuito extinguere chriſto?
Num regnante pio cuius clementia noſtro
Eſt æquata ioui/duce me Ptolemæus ad aram
Iſidis/ ut ſacros diuis accenderet ignes
Tractus?& ut ſpreuit chriſtum abiurare/peremptus?
Hoc noſtræ potuere manus.Matertera iuno/
Mecum erat/& coniunx/& cum mauorte Minerua
Coniurati omnes opus id concorditer auſi.
Vos quoq; dii magni/chriſtum uexare potentes.
Q uid ſopita iacent corda illa ingentia/quondam
Cœlo crebo terræ & pelago dominantia:cur nunc
Sic oblita ſui?longa fortaſſe ſenecta
Genua labant?æuo forſan cecidere lacerti?

In ūenis cruor intepuit?cum tempore corda
Defecere?graues anni minuere cerebrum?
Tollite præſtantes animos:non omnia chriſtus
Eripuit:noſtri supereſt pars maxima regni.
Nec plus ille poteſt:ſed uos:ut cernere promptum
Degeneri ignauoq; animo timidi atq; fugaces
Terga datis ſuperaturi ſi uertitis ora:
Si in cõmune bonum noſtra omnia mittimus arma.
Titanes genus illud atrox quia fortiter auſi:
Terrorem incuſſere ioui ſi iupiter ille
Tempore ſegnis erat (ſcit qui ſtridentia in ætna
Pro diuum imperio cudebat fulmina coniunx)
Iſſet in æternum exilium. quia fortia contra
Agmina terribili contorſit tela lacerto:
Vicit.& oppreſſi bello iacuere gigantes.
Nos quoq; dum ſomnum ſectamur & ocia inertes:
Nil mirum ſi deſerimur.ſi noſtra per orbem
Regna infirma labant.ſi ſurripere omnia chriſtus
Audeat:& fragiles in nos armare puellas.
Vincimur a ſcortis pudor eſt tam grande fateri
Dedecus.illudunt nobis puerīq;/nuruſq;.
Cauſa mali uſq; adeo abſurdi atq; ignominioſi
Nil niſi de noſtro ueniens ignauia ſomno.
Quo pacto Romani orbem niſi grandibus auſis
E domuere?tenax curæ ſententia & alti
Propoſiti:ſenones capitoli a uertice gallos
Truſit:& obſeſſæ pœnos a limine Romæ.
Non erat alcides antæo fortior:artus
Cernenti:aut Turno Aenæas:aut Hectore Achilles:
Aut tydeus lycophonte.animo ueniebat ab acri
Illa potens uirtus & inexpugnabile robur.
Vis igitur reuocanda animi. Victoria pendet
Ex animo maiora facit qui fortius audet.
Sic uenus.accenſi comites ſermonibus iſtis
Obſequium ſpondent alacres:animoſq; reſumunt
Ite omnes uenus:ite:inquit:dum in cardine res eſt.
Ite:magiſtratus deciumq; inuadite noctu
Atq; opportunis componite ſomnia formis
Me in primis:me nãq; putant (quod ſæpius una
Riſimus) æneadum matrem:ueſtamq; iugales

Horrentem thalamos/& cum genitore quirinum
Indigiteſq; alios/ac tutelaria Romæ
Numina/quæ nulli fas eſt audire profano/
Fingite præſenti de tempeſtate dolentes
Multa queri/ingratis multa exprobrare latinis:
Multaq; pro cultu promittere/multa minari
Pro impietate/deos recolant poſſe omnia in omnes/
Et ſtudeant ritus ueteres/& templa deorum
Antiquo de more coli.chriſtum orbe fugari.
Vt pote qui terrarum orbem ſubuertere/& ipſum
Romanum imperium uelit extirpare/deoſq;:
Et ſe pro cuntis unum regnare/ſuoſq;
Neſcio quos de ſorte hominum turpi atq; nefanda
Collectos pro conſulibus pro patribus urbis
Ingerat/extinguens nomenq; decuſq; latinum.
Pontifices etiam paribus regemq; ſacrorum/
Præfectoſq; epulis/ſalios/titioſq; ſodales
Irritare modis:& idonea tempora nacti
Inuigilate operi/rebuſq; uacate gerendis:
Mox ubi concluſi fuerint indagine & aſtu
Capti homines ueſtro/cœptis adhibete Megæram/
Et ſocias/quæ ſollicitent deciana ſuperbo
Corda odio.& faciant ira excandeſcere atroci
Hæc uia.& his dictis ad res abiere gerendas.
Nona dies aderat/cũ tota excita repente
Facto pontificũ ſeſe longo agmine ad aulam
Proripit:alituum linguas & ſomnia docti
Conueniunt:& qui fumantia conſulit exta.
Qui rimatur aquas & qui conſiderat ignes/
Qui pluuias/ſpecula/& pelues/nitidaſq; ſecures
Inſpicit:& temere deſcripta in puluere ſigna
A tellure trahens nomen.qui intelligit auras.
Qui lemures orco ciet.& genus omne magorum
Cogitur:ac Decio intenti ſua ſomnia narrant
Comendantq; deos patrios/& numina auita
Quæ pater æneas poſt diruta pergama ſecum
Vexit in Italiam:quæ obſeruauere latini
Albaniq; patres/quæ antiquæ mœnia Romæ
Fundauere/quibus domuere autoribus orbem
At Decius cui corda pari tumefacta ueneno

Q d' q̄ animum cohibere uelit/tamen æſtuat intus:
Incompoſq; ſui dum uult componere uultum
Fingereq; æquanimem/toruam truculentia frontem
Aſperat:& ſimilis tauro cum murmure rauco
Ire in bella parat/premit alta mente Philippi
Regna inuiſa/nouos ritus/quibus ille ſolebat
Obſeruare deum uероq; litare tonanti.
Cogitat illius placita & ſancita refigi/
In nihilum redigi decora/& monumenta:minatū
Et cineri.delere ipſam deliberat urnam.
Frenari ulterius neſcit furor.imperat omnes
Chriſtigenas ad ſacra trahi romana:negantes
Aere catenatos/cruciari in fruſta ſecari/
Ablegari uri flammis & in æquora mergi
Nuncius ad Gallos/ad iberi fluminis arua
Vltima/ad hybernos/neptunicolaſq; britannos/
Ad graios/ad cappadoces/ad caſpia regna
Vſq; melanolænos/uſq; ad pictos agathyrſos/
Vſq; ad amazonias urbes. Aſiamq; per omnem
Cis taurum Romanus ubi coniungitur indo/
Ad maurum numidumq; domos/getullaq; rura
Ad libyæ campos/ad areniuagos garamantas
Peruolat:ad nili demum ſtagnantia rura/
Et memphitis agros/ubi regna antiqua deorum.
Hic erat/ut fama eſt/atauis ſata regibus inter
Niligenas forma præſtans Apolonia nymphas/
Splendida maiorum titulis/in murice & auro
Et magnis nutrita opibus/clara inclyta fama/
Docta nouas leges hominem ſotera deumq;
A teneris confeſſa annis/ſyncæra/uirles/
Nunq̄ paſſa manus/nūq̄ paſſura pudorem
Perpetuum ſummo cuſtoditura tonanti.
Clauſa domi cum matre uiam præcluſerat omnem
Deliciis/uiduali habitu contenta/lauari
Neſcia/nil thermis debens/nec odoribus ullis:
Non capiti nardum/non inſtillabat amomum.
Nec hiericontinæ redolebat balſama ſyluæ.
Menſa breuis/condita fame.uulgare legumen
Eſca/uel hortenſes herbæ.frigentia lymphis
Pocula:producta in ſeram ieiunia noctem

Sæpius:& ſemper uictus ſine uiſcere ſimplex.
Lucifer auroræ ſocius qui cætera uincit
Sidera:iurauit nunq̃ uidiſſe iacentem.
Luce labor tota/noctu labor:ocia quantum
Ad uitam naturæ opus eſt.implũmia ſtrata/
Et duris tomenta toris. patientia rebus
Optima in aduerſis:ſemper comes:innuba ſemper
Virginitas:nec non mater prudentia morum:&
Regula uirtutum pietas:ancilla tonantis
Relligio:quæ templa colit:quæ præſidet aris.
In lare ſecreto mater regnante Philippo
Exiguam curuo ſub fornice fecerat aram:
Cum labro luſtralis aquæ:cum lampade:& igne
Perpetuo:diuos ubi ſola orare ſolebat.
Hic ſuperum ſimulachra:quibus cuſtodia gentis
Et tutela domus. Puer aureus:aurea uirgo
Aurea lactenti quæ porrigit ubera nato.
Aureus ad læuam ſimon : romana futuras
Signa tenet claues:fuluum leuat aureus enſem
Paulus:& ad dextram ſtat miſſa in pectora barba.
Huc ueniens mane ante diem ſero ante cubile
Terreſtres animo curas ceu nubila quædam
Importune aciem mentis prohibentia ſurſum
Cernere:paulatim meditando abigebat : & ultra
Sidera proſpectum attollens uidet alta polorum
Culmina in excelſo diuumq; hominumq; parentem:
Contemplata throno cum maieſtate ſedentem
Illa infinita:quam circũfuſus adorat
Ingens ſpirituũ populus : cui tartara curuant
Tam longinqua genu : mira dulcedine languet.
Ambroſiam nectarq; bibit terrena uoluptas
His collata epulis taxum ſapit:atq; aconitum.
Nec iam uiuit.eunt omnes in ſidera ſenſus.
Viſus abit:fugit auditus :trahit omnia ſecum
Mens ſublime uolans.fugiunt ſuper æthera uires.
Et fit iners animi appendix & inutile corpus.
Terrigenum cœlo quorum eſt ſuccædere:multi
Serta manu formata dei lauro atq; amarantho
Texta gerunt:ſed in his ardet roſa : lactea in illis
Lilia reſplendent:uiolis uernantia quædam.

Laureolas dicunt:ueterum monumenta laborum.
Horum autem genus eſt triplex.qui fortiter hoſtem
Et tormenta ferunt:primi:quos nulla uoluptas
Inquinat:& ueneris furias domuere:ſecundi.
Tertius aut grauibus ſcriptis aut ore docendo
Surgit honos.alii q̄q̄ ſine fine fruantur
Elyſio/nullis decorati inſignibus errant
Aetheris in campis:ut plæbs ſine purpura & auro.
Sit enim Romæ quondam / dum antiqua manebant
Regna/ſenatores primis/equiteſq; ſecundis
Stabant in gradibus:poſt quos ignobile uulgus
Immodicam lateq; patentem implebat harenam
Sic amplas cœlorum urbes populoſq; frequentes
Ordinibus uariis pater omnipotentis olympi
Digerit:& proprios meritis diſpenſat honores.
Ex tribus his igitur duo prima inſignia uirgo
Perceptura breui:turbam non ceſſat egentem
Paſcere diuitibus donis:& prodigit æra.
Seminat in terris quod in æthere colligat aurum
Sedula:uicatimq; inopes explorat & ægros.
Iamq; propinquabant magno fatalia motu
Tempora.Nile tuas celerans proconſul ad urbes/
In quibus:ut fama eſt:priſcus regnabat amaſis/
Nauigat ioniū ſenis cum faſcibus æquor.
Iamq; ſuperba tenet uicto quæ condidit orbe
Mœnia Alexander.graditur ioue plenus:& alto
Lumina circūfert pellæa per agmina uultu/
Martis equo ſimilis quotiens per thracia rura
Sub domino greſſum moderans incædit:& ore
Terrifico accenſum populos iubet ære canoro
Cogere / & hortari ciues ad ſacra deorum.
Chriſtigenas uero romani nominis hoſtes
Clamari ſi ſacra negent romana tonanti:
Atq; rebellantes candenti ardere camino.
Vt ſolet obſcuros laqueis circūdare ſaltus
Venator canibuſq; feras excire latentes/
Ac premere excitas latratu in retia magno/
Sic ad templa pios miſſis qui lora ferebant
Vrget:& exorto fremit inclementia bello.
Ipſe ſedet celſo in ſolio ſtipatus utrinq;

Fluctibus & gladiis:& habet pro legibus arma.
Plæbs leuis & rerum ſemper ſtudioſa nouarum
In fora turmatim rapitur:cupidumq; uidendi
Triſtia per uicos ruit ad ſpectacula uulgus.
Ecce catenarum nodis onerata cruentis
Truditur ex laribus patriis Apolonia regum
Progenies lugente domo:ſub pondere aheno
Vix graditur.longæua parens in flumina ſoluit
Larga genas : totum in gemitus conſumitur ægrum
Pectus. inardeſcens dolor inteſtina piamq;
Crudeli laniatu animam diſcerpit. euntem
Natam oculis ſequitur:quantum licet. utq; recædens
Paulatim ex oculis elabitur/eleuat ora
Cum clamore uocans natam:ſuſpiria natam
Ingeminant.querulo nihil eſt niſi filia in ore.
At poſtq̄ eſt penitus ſublata ambage uiarum/
Ac ſi animam maternam abiens ſecum ip̄a tuliſſet/
Concidit:& gelidos pallor ſuperinduit artus.
Cōmiſerans caſum luctu uicinia magno
Soluitur:& totis reſonat querimonia tectis.
Sola ſatellitibus truculentæ innoxia turbæ
Præda datur uirgo.Tandem uenit ante tyrannū
Romano faſtu inflatum/totoq; tumentem
Dite.Puellari poterant præcordia forma
Iudicis accendi/tantus fulgebat in ore
Virgineo ſplendoris honor/niſi dira Megæra
Et uenus/& ueneris proles uerſuta cupido
Id ueriti contra inſanos medicamen amores
Feciſſent ſtygio corda implacata ueneno.
Continuo intorquens flām̄antia lumina conſul
Vociferat toruum:& uultu ſacra imperat atro.
Quid faciat populo in tanto ſub iudice tali
Certa mori uirgo uiridi uix nubilis æuo?
Stat ueluti tepidis errans ab ouilibus agna
Inter mille lupos/aut inter mille leones
Caprea/quæ tenera producere cornua fronte
Incipit/aut aquilas inter philomena rapaces
Cœlicolæ qui rem ſcierant longe ante futuram
Tempus adeſſe uident q̄q̄ ſine tempore degant/
Mobilitas ubi nulla dies quæ fecit & annos.

Curritur ad cœli ſpeculas:aperitur olympus:
Et ſuperi ex alto ſcelus id tam immane tuentes
Horreſcunt animis:ſtratiq; ante ora tonantis
Auxilium teneræ ætati concorditer orant.
Tunc oculis diuum pater indulgentibus aegram
Proſpiciens quæ noſtra inquit clementia diui:
Quæ fuerit pietas:ſi dum ſeruare puellam
Nitimur:& uitæ paucos adiungimus annos:
Non dubitamus eam gemina fraudare corona?
Et duplex auferre decus? Reſecabimus ergo
Quem fecit natura metum:natura beatos
Ignorans poſt fata dies.ſatis iſta ſuperq;
Auxilia in caſu tanto:nam pœna dolorq;
Non ut cœca hominum putat ignorantia:mors eſt
Quam modo falcatã finguntmodo arundine & arcu
Terribilem:metus eſt mortem qui fecit acerbam
Sic ait:& magnos animos inſpirat ab alto:
Qui ferre arma queant:& contra ſtare tyrãnum.
Extemplo aduertit mentem coaleſcere uirgo:
Luſtrari ingenium:rediuiua caleſcere corda:
Et ſua neſcio quid diuinum in pectora labi.
Fit facunda nihil trepidans.ſicq; ore loquta eſt.
Perdere nos fruſtra conſul Romane laboras:
Nam uelut in ſyluis deciſa repullulat arbor:
Et multi ex una ueniunt radice nepotes:
Sic noſtrorum uno centum de funere ſurgunt.
Mors mea natalis multis ex agmine tanto:
Quos mihi ſufficiet pater:& me in regna ſequentur
Tranſmundana breui.Terrena colonia cœlum eſt.
Dis uero Romane tuis de marmore ductis
Ponere ſacra nego:quia ponere ſacra nefandum.
Hæc ubi dicta:fremens conſul pertũdite clamat
Impia præduris pertundite cotibus ora.
Ne irritare deos romanaq; numina pergat.
Nec mora.corripiunt ſilices:manibuſq; leuatis
Virginis audaces caput inuaſere miniſtri.
Vt uiſi excuſſo labi cum ſanguine dentes:
Fit clamor populo inſignem miſerante puellam.
Vimq; inferre parat lictoribus ore minaci
Turba ferens grauiter tundi tam ĩmaniter ora

Virginis & tanto impietatis turbine ciuem
Innocuam perdi. ſerpit late orta repente
Seditio. & tamq̃ ſubito freta concita tauro
Fluctuat iratum magno cum murmure uulgus.
Vt flagrare animo pugnæq; accingere totam
Pene urbem ſtrictoſq; enſes rutilare per auras
Proſpicit infectis rebus ſubit atria conſul.
Et glomerata cohors raptatam in tecta puellam
Deſtruſere caui horrentem ſub carceris umbram.
Nox erat & magna cœlum uertigine quædam
Sidera tollebat quædam inclinabat in undas
Occeani: & pleno lucebat cynthia cornu
Cum celer a ſũmo cœlorum elabitur axe
Nuncius: ingredienſq; locos ubi ſaucia uirgo
Orabat gelidi reſidens ſuper aſpera ſaxi
Dorſa repentina humentem luce abſtulit umbram:
Atq; ait o ſtudium ſuperorum o cura tonantis
Vnica: cœlicuum ſedes habitura ſuperbas
Fer magno tormenta animo. tibi craſtina palmam
Eſt latura dies. flãmis abolebitur omne
Quod mortale geris: nec erit tibi flãma dolori.
Impete nãq; uno uitalem incendia ſenſum
Surripient. animam membris labentibus ipſe
Protinus educam: ueniesq; in ſidera mecum.
Atq; triumphato capies noua regna tyranno.
Neu dubites membra hæc: quæ nil niſi teſtea quædã
Sunt animi uaſa æterni: deponere: mentem
Scito reuerſuram nũq̃ ad ſancta illa piorum
Concilia & cœtus ſuperum: niſi pondus & umbram
Diluat: ac fiat ſine mole eſſentia ſimplex.
Nunc ſe oblita graui cubat in tellure ſepulto
Ingenio: atq; alienato uelut ebria ſenſu.
Res mira: ut fuerit tandem ſibi reddita: ſurget
Tota oculus: tota ingenium: pertæſa cloacam
Corporis: exhorrens tam obſcura obſcenaq; clauſtra.
Functa paroxyſmis curarum: exuta proteruos
Omnino affectus: læta: & nihil indiga rerum
Terrenarum: igni leuior: pernicior euro:
Et ſemper ſine nocte uigil: ſine lumine lumen
Semper habens: ſine luce uidens: impune per ignes

Subter aquas impune means / ignota nec ulli
Viſa die noctuq; uias / fora / templa peragrans
Pro arbitrio / ſubiens etiam penetralia tecta /
Et q̃cũq; putant homines arcana ſubintrans /
Nil mortale timens: hominũ quoq; fallere ſenſus
Et mutare potens / & perſuadere quod optat.
Denique ſufficiens ſibi ſola / ſimillima diuis.
Sic ait: & placidis afflatam leniter auris
Integrat excutiens heſternam a pectore cædem.
Continuo apparent uariis ſub uultibus ora
Plurima diuorum in uacuo pendentia cœlo.
Multaq; de ſuperum patria de principe diuum
Fantur & hoc languentem animãt ſermone puellam.
Conſulis heſterno rabies perterrita caſu
Roditur. & ſimilis colubro / qui uulnere tardus
Hæret humi ſeſe intorquens / iram atq; dolorem
Concipit: & duplici corda irritata ueneno
Nec frenare poteſt / nec opus differre nefandum
Egerat inſomnis noctem mala plurima uoluens
Quæ ſanctis inferre parat. mens perdita languet
Q̃d nequeant peiora dari. Conſiderat ignes /
Vincla / cruces gladios / & uerbera: concipit omne
Quod torquere poteſt: ſiculorum antiqua reuoluit
Geſta tyrãnorum: nũq̃ intellecta deorum
Callidus interpres meditanti atlantius offert.
Mille modos graſſandi apit Aphrodiſia mille
Progenies. totidem mars & tritonia. diro
Nil ſatis eſt odio. de tot cruciatibus iram
Nil explere poteſt. billem nihil æquat acerbam.
Dumq; animos agit in gyrum ueſana libido /
Surgit: aceruariq; iubet prope littora ponti
Ligna ſtrue ingenti: mox de ſqualente baratro
Per poſtica thalni facit ad tormenta puellam
Mœnibus occluſis: ne ſeditione cruentum
Perderet excita rurſum / uelut ante / laborem.
Ipſe ſatellitibus properat ſtipatus / & armis:
Et meleagræo q̃ mox furibũdior apro
Atq; calydonii facie truculentior urſi
Imperat accendi porrectam in ſidera miſſo
Igne pyram: fraudum artifices ſcelerumq; magiſtri

Diui adſunt iram ſtimulis odiūq; cientes.
Ventipotens ſubito lictoris imagine ſumpta
Aeolus adductis correptam follibus auram
Comprimit: & fauces adiungit follibus amplas
Pronus humi: buccisq; tumentibus incitat ignem.
Mulciber in ſpeciem prunarum euadit: & ardens
Ligna ſubit: flāmāq; leuat per inane uolantem.
Tu fœdos uertens oculos: & in ora puellæ
Conſul iens cilio adducto: ſemel ellige clamat
Aut uni: aut noſtris libamina ponere diuis.
Illa autem ſurſum uerſo paulum ore morata eſt
Oranti ſimilis. mox ſe conuertit ad ignes
Subridens: uultuq; ilari diſſoluite dixit
Vincla pedum: manuumq; graues auferte catenas:
Conſulis ut mandata ſequar. tum protinus illam
Expediunt læti properare ad ſacra putantes.
Ipſa nihil dubitans poſtq̃ neſtigia ſenſit
Libera: præcrapido ſubit alta incendia curſu.
Flāmarum ſubito circū ora uolubilis unda
Fluctuat & bibito ceſſauit anhellitus æſtu.
Exanimū corpus ueriti conſumere numen
Aſſiſtens ſeniſere ignes. circūfluus ardor
Lābere contentus tanq̃ daret oſcula ſacræ
Relligioſa cuti: membra inuiolata reliquit.
Chriſtigenæ noctu dubitant inferre ſepulchro
Relliquias uario inter ſe ſermone loquentes.
Ambiguum tandem pietas animoſa timorem
Vicit & egreſſi in litus rapuere cadauer
Syncærum: quod nulla auium quod nulla ferarum
Attigerat morſu. ſine ſigno ardoris: amomum
Ac cyprum redolens: uultu uenerabile pulchro.
Illatumq; urbi ſcalis ad mœnia miſſis.
Fonte lauant tepido. myrrhæq; liquoribus unctum
Dant tumulo gemebundi omnes: multoq; rubentes
Fletu oculos: totamq; trahunt in funere noctem
Mens ſuſcepta choris ſuperum tranare uolatu
Incipit excelſo rubri ſuper æquora ponti
Alpis in morem: riphæa cacumina læua
Ethiopes dextra uidet: oceanumq; calentem.
Trans arabes fugit: & perſas carmanica regna

Tranſit:& indorum fines / ubi labitur indus
In mare multiuado curſu. procul aſpicit amnem
Gangis/& in tumulum ueniunt/ubi magnus hiarchas
Dicitur agreſtes olim docuiſſe ſophiſtas.
Hic intermiſſo paulum requieſcere curſu
Diis uiſum:& gelida palmæ reſidere ſub umbra.
Tum ueteres animo uoluens Apolonia curas
Sic fatur. Quæ mortales amentia diui
Tanta premit/quæ lux oculos pſtringere/quæ nox
Vſq; adeo obcecare poteſt/ut cernere non ſit
Fas longos quæ ærumna dies/quæ damna ſequantur.
Tempora nec uideant ſibi noxia. corpora olentes
Eſſe ſepulturas terrena nogocia ſaxum
Siſyphia ceruice cadens:undamq; ſororum
Pertuſis labenrem urnis. Iſionis orbem
Eſſe metus/eſſe inſidias/eſſe anxietates/
Quæ torquent roduntq; animos. fallacia poma
Et mendacis aquæ fluuium quem Tantalus ore
Inſequitur/ſpes inualidas/ſudataq; fruſtra
Vota hominum temere audentum. cũ corpore iunctã
Ferte animam quicquid pœnarum aſcribitur orco.
Proſequitur mirans itidem mortalia corda.
Sic horrere necem:quam ſi dignoſcere fas ſit/
Sponte ſibi aſciſcant. naturæ arcana uidendo
Gaudet:& exultans oculis circũlegit orbem
Terrarum/pelagi ſtagna alta / uolubile cœlum.
Vnde lacus amneſq; fluant:quæ fontibus undam
Suppeditent cauſæ. cur terræ ĩmobile pondus
Pendeat:& cur tot ſæclis flagrauerit ætna.
Cur careat ſemper pluuiis / cur flumine tanto
Aeſtuet ægyptus/niliq; intelligit ortum.
Quid moueat molem undarum/qua lege ferantur
Aequora/qua uolucres ueniant ab origine uenti.
Quas maculas luna ore gerat quid ſidera uerſet/
Quot cœli/quot eorum axes / an in omnibus unus.
Num ſint corporei/num ſint ſine corpore diui.
An mundus ſine fine capax /an limite certo
Clauſus/& an uiuant/& ſint animantia cœli
Omnia mente capit. nihil eſt quod ſcire uolentem
Effugiat:nihil eſt rurſum quod habere uolenti

Deficiat:ſecura necis/ſecura dolorum.
Taliter affectæ ſuperi quid perdimus aiunt
Tempora? diuinorum operum ſi tanta uolupias
Scire genus: quid ſcire deum? preſentiaq; ora
Cernere? nil aliud potis eſt/ſperare uoluntas
Altius.huc curſus noſtris hæc ultima uotis
Meta.quid hic terimis uerba inter plurima tempus?
Ergo iter ingreſſi ſeq; in ſublime leuantes
Præterunt indos.iam nil niſi pontus & auræ
Sub pedibus.ſuperant ignes.in aperta feruntur
Atria cœlorum tenebrarum expertia nocti
In uia:uix tellus/tam paruo includitur orbe/
In mediis apparet aquis:iam ſidera gaudent
Contrectare manu.uadunt qua tempora ueris
Incohat & gelida titan diſcedit ab urna.
Aſtra ſupergreſſi iuga ſumma ardentis olympi
Tandem ineunt/ubi diuorum domus/atq; tonantis
Curia:& a noſtro requies non cognita mundo.

FINIS.

Ad Innocentium octauũ:Pontificẽ maximũ:Cultiſſ. uiri Baptiſtæ mantuani Carmelitæ: Theologi: De uita diui Lodouici morbioli Bonoñ. Carmen.

m Axime põtificũ : triplcẽ q frõte coronam
Et duo ſacrata q geris arma manu.
Noſtra tuis impar meritis facũdia : nõdũ
Auſa eſt in laudes ſoluere uela tuas.
Creſcat ut interea quædam leuiora canemus:
Parua leuem faciunt ad grauiora uiam.
Vadat ut audaci ſpatioſa per æquora curſu:
Diſcit in exiguo currere cymba lacu/
Non igitur præclara tuæ primordia dicam
Gentis:& excelſum nobilitate genus.
Non patriæ innumeras dotes:quæ ſufficit una:
Claſſe ſua toto bella mouere freto.
Bella mouere freto:partoſq; referre triumphos.
Tam ualide remos tractat : & arma lygur.
Adria:& adriaci meminerunt littora ponti:
Quam grauis a lygurum uenerit urbe furor.

Cum genuæ miles terram populatus:& æquor:
  Oppreſſit uenetos obſidione lares.
Præterea ingenuos mores:mentemq; benignam:
  Aureaq; ægroto munera miſſa mihi.
Munera quæ uires inſtaurauere caducas:
  Et quibus in longos it mea uita dies.
Omne refrigerium terræ ſolet imber aduſtæ
  Ferre:ſub ardenti cum iacet ægra cane.
Tale dedit nobis fuluo piſcator in auro:
  Qui trahit ex alto retia plena mari.
Dona laborantem:rapidoq; in uortice tortam
  In placidos portus reſtituere ratem.
Præterea ſummum terræ:cœliq; fauorem:
  Et data uirtuti præmia tanta tuæ.
Tu regis æternis immenſum legibus orbem:
  Et premis æquali colla ſuperba iugo.
Sancta procul poſiti ſubeunt tua limina reges:
  Et pedibus figunt oſcula prona tuis.
Nec tamen in tanto tibi mens inflatur honore:
  Sed uehitur placida mitis habena manu.
Hæc:& plura ſuis olim memoranda diebus:
  Nunc ſileant cytharæ languida fila meæ.
Nunc lege:quæ tenui reſides excudimus orſu
  Carmina:cœleſtis de pietate uiri.
De pietate uiri : cuius mirabilis ardor
  Rettulit in priſcum tempora noſtra decus
Ipſius illuſtrat preſentia ſæcula uirtus:
  Et leuat ex imo tempora noſtra loco.
Occiderat noſtro diuum reuerentia ſæclo:
  Nullaq; diuinis gratia rebus erat.
Pro pietate dolus:pro relligione libido
  Venerat:ex toto fugerat orbe fides.
Numina ridebant homines : uanumq; putabant
  Vota dare auctori relligioſa ſuo.
Iſte lychaonios mores in pallida mittens
  Tartara:uirtutes in ſua regna tulit.
Qualis in habramo pietas:uel qualis in ipſo
  Pectore ſacrifici melchyſedecis erat.
Talis in hoc dum uixit erat:ſcelus omne ſubegit
  Victor:honeſtatis protulit omne genus.

Huic erat humanum ſuperans patientia morem:
Qualis in antiquæ femine gentis erat.
Qualis in ægypti patribus:qui rura colebant
Inuia: & ardenti marmora cocta die.
Nomen erat ſacro ductum lodouicus ab amne:
Myſtica cum tenerum diluit unda caput.
Morbiolus uero priſcæ cognomine gentis
Dicitur:hac omnis cognita uoce domus.
Protulit: & teneris puerum nutriuit ab annis:
Et natale ſolum felſina docta fuit.
Felſina dicta fuit ſermone bononia priſco:
Metropolis tuſcæ dum regionis erat.
Flamminios tractus boi tenuere coloni:
Ex quibus hæc urbi nomina facta ferunt.
Priſca noui caſus mutare uocabula poſſunt:
Et fieri nouitas a nouitate ſolet.
Tunitium nunc eſt: Byrſam dixere priores.
Vrbs noua nunc: olim Parthenopea fuit.
Mœnia que ueteri fuerant Bizantia uoce
Inclyta romani nomina regis habent.
Gens huius nec clara fuit: nec nominis exps:
De medio urbanæ ſanguine plebis erat.
Non robuſta nimis:ſed nec ſine robore membra
Non nimis aſſurgens:nec breue corpus erat.
Forma decens homini: coma mento:& uertice nigra:
Criſpaq; cæſaries:oraq; fuſca parum.
Iſte ſuæ nuper felicia tempora uitæ
Clauſit:& ad cœli limina fecit iter.
Vltima ſeruiuit ſtudiis melioribus ætas:
Immundas habuit prima iuuenta manus.
Nanq; ueneriosi ſenſit contagia mundi:
Et uada læthææ pene ſubiuit aquæ.
Prima malis oritur circũdata moribus ætas:
Et mouet in mentes plurima bella noua.
Sordet:& eſt ingens ſcelerum ſentina iuuentus:
Nec patitur frenos:nec iuga ferre poteſt.
Ipſa poteſt toti tenebras inducere uitæ:
Et uitiis canos cõmaculare ſuis.
Eſt fera:nec leges:nec publica iura ueretur
Sæuit:& indomiti more ſuperbit equi.

Eſt igitur primum duris arcenda lupatis:
  Atq; graui ſemper ſollicitanda metu.
Ne ferat in præceps hominem: ſubigenda flagellis:
  Excrucianda ſiti:conficienda fame.
Adde:q; humanum rabies temeraria ditis
  Fallit inaudita calliditate genus.
Hic iuuat inferni riuos oſtendere fontis:
  Qui ſtygis in mundum flumina nigra ferunt.
Ambitioſus honos:& opes:& fœda uoluptas:
  Hæc tria pro trino numine mundus habet.
Hæ ſunt præcipites furiæ:quibus utitur ardens
  Orcus:& in terram ſeminat omne ſcelus
Hic rapuit miſero ſaphiram cum coniuge uortex:
  Terraq; mendaces condidit una duos.
Hæc obſcura pium merſit dauida uorago:
  Hinc ſalomon præceps iuit in omne nephas.
Abſolon elati furiis agitatus honoris:
  Flebile de querna fronde pependit onus.
Hæc pariunt rixas:rabidis fora litibus armant:
  Hæc acuunt acri martia bella ſono.
Hæc adigunt duros hominem tentare labores:
  Et maris:& terræ ſollicitare ſolum.
Huc humana ſuos uertit prudentia ſenſus:
  Huc homines curas:& ſua uota ferunt.
Te quoq; certarunt hi tres lodouice tyranni
  Perdere:& in ſtygios precipitare lacus.
Sunt maris:& terræ diuiſa pericula nobis:
  Quéq; ſuæ ſyrtes & ſua ſcylla manet.
Illicitis uirides lucris peſſundedit annos:
  Et uigil iniuſtas accumulauit opes.
Fingere:fraudari:fictos componere uultus
  Doctus:& incautos illaqueare pedes.
Qualiter hyberno lupus inſidiatur ouili:
  Ad tepidum matris dum cubat agna latus.
Taliter ad nummos hic inuigilabat:& iſtud
  Eximia dignum laude putabat opus.
Mercurii tales memorant ſub ſydere naſci:
  Verſutos:duplices:fœdifragoſq; uiros.
Callidus ad merces fuit:ingenioſus ad aurum:
  Nec minus in ueneris gaudia pronus erat.

Talibus inſidiis clauſus languebat:& iſtis
Artibus ingenium ſe iuuenile dedit.
Affuit indulgens ſummi clementia patris:
Et ſtygio lapſum traxit ab amne pedem.
Sæua uirum cœco febris circumdedit æſtu:
Intimaq; inuaſit feruidus oſſa calor.
Procubuit lecto:gemitus:lamentaq; ſurgunt:
Et trepidant alto ſaucia corda metu.
Arida lingua ſitim patitur : ſuſpirat anhelum
Pectus:& alternis uocibus ora gemunt.
Morte premi:ueniſſe putat ſua fata:diemq;
Funeris:& uitæ tempora ſumma ſuæ.
Vertitur ad ſuperos:& numina ſancta precatur
Votaq; dat.Res eſt religioſa timor.
Sic quoq; franciſcus tenebras pallētis auerni
Fugit:& eſt tali raptus in aſtra modo.
Sunt qui blandiciis:ſunt qui terrore uocentur:
Et tamen hos omnes ſpiritus unus agit.
Blandiciis ſimon:flammis & fulgure paulus:
Qui fuit ex acri fulmine pulſus equo.
Aegra caro prodeſt animo:defuncta reuixit
Mentis ab ægroto corpore nata ſalus.
Mens oculos in ſe uertens ſua uulnera uidit:
Erubuit:ſordes ingemuitq; ſuas.
Aetheream pulſa uidit caligine lucem:
Et noua de cœli ſplenduit arce dies.
Mox furor eſt extinctus opum:deleta uoluptas
Noxia:mundani pulſus honoris amor.
Ars hominem diuina nouum formauit:ut ipſe
Ad ueras patriæ nos animaret opes.
Eſſet ut ignauos homines:qui poſſet ab orco
Flectere:ad æternæ limina ſancta domus.
Huius ut exemplo poſſet reſipiſcere demens
Felſina:& errori ponere frena ſuo.
Felſina quæ rixis:& fuſo ſanguine ſemper
Sordet:& æterna ſedicione fremit.
Felſina quæ turget faſtu diſtenta ſuperbo:
Felſina auariciæ:luxuriæq; parens.
Hic ubi monſtrauit ſanctæ compendia uitæ:

Atq; breue ad cœlos inſinuauit iter.
Sic deus albertum drepano conceſſitut omnis
Inſula per monitus iret:& acta ſenis.
Illum magnus eryx: illum lilybæus honorat:
Et uada meſſani libera facta maris.
Sed mihi nunc eſſet plectro meliore ſonandum:
Nam modo uirtutis ſingula facta canam.
Hæc erat heroo res extollenda cothurno:
Nec fuit imparibus cōmemoranda modis.
Cum prius extincto cœpit reſipiſcere mundo:
In piceam uertit tegmina prima togam.
Nec color artis erat:ſed uellere natus in ipſa:
Qualia carmelus tegmina uetus habet.
Poſt aliquot cœpit tunicis albentibus annos
Veſtiri:& cultu pauperiore tegi.
Sed neq; mox abiit ſummam uirtutis in arcem:
In loca maturo ſe tulit alta gradu.
Vt maiora potens ſumebat robora uirtus:
Sic magis in corpus durus: & aſper erat.
Arbor ut ex ima radice ualentior exit:
Durior eſt cortex:aſperiorq; liber.
Hæc duo creſcebant pariter:ſurgebat in horas
Corporis aſperitas cum probitate ſimul.
Sicut ubi æquæuæ uitis coniungitur ulmo:
Vtraq; certatim tollit in aſtra caput.
Ipſe decembrales brumas: & frigora iani
In rudibus pannis: ſimplicibuſq; tulit.
Calce tulit nudo gelidi graue ſydus aquarii:
Frigore concretis cum padus albet aquis.
Calce lutum nudo:glaciéq; ferebat:& imbres:
Tergaq; ſaxoſi puluerulenta ſoli.
Forſitan obiicies nudis incedere plantis:
Qui meroes habitant:æthiopumq; domos.
Et qua nilus agros pingui fœcūdat arena:
Qui nigro pluuias a garamante uehit.
Qua uetus extruxit babylona ſemiramis urbem:
Tigris ubi armenias in mare uoluit aquas.
Scimus: & hoc illis placidi clementia cœli
Dona locis fecit:tempiéq; dedit.

Illic perpetuo ueſtitur gramine tellus:
Semper & aſſidui munera ueris habet:
Semper alunt arabes redolentia cinnama campi:
Semper habet felix pinguia thura ſolum.
Humida ſemper habēt tepidæ ſua balſama ualles.
Semper habet uiolas:lilia ſemper humus.
Illic rura uides nullis albere pruinis:
Ferre licet nudos illa per arua pedes.
Noſtra nimis gelidam regio declinat ad arcton:
Terraq; ſub ſterili languet aduſta gelu.
Nos nimium flatu boreas infeſtat acuto:
Et uincunt ſcythicas frigora noſtra niues.
Vidimus aſtricto rapidiſſima flumina tergo
Ferre uiros longis plenaq; plauſtra uiis.
Pertulit æſtiuos nudato uertice ſoles:
Atq; calorferæ morbida ſigna canis.
Veſtibus attritis inopes circūdabat armos:
Qui prius ardenti murice clarus erat.
Impexi capiti crines:impexaq; barba:
Oraq; neglectæ ruſticitatis erant.
Expulit argenti zonam ſplendore nitentem:
Funis in immunda forte repertus humo.
Coniuge deſerta uiridi cui nupſerat æuo:
Duxit ad extremum tempora caſta diem.
Et quia non eſt fas gratis dimittere nuptam:
Pleriq; hoc illi non licuiſſe uolunt.
Sed ſcelus eſt homini : ſcelus hoc impingere ſancto:
Nam quæcūq; fuit cauſa: pudica fuit.
Sedibus incertis errans aliena ſubibat
Tecta:ſibi propriam non tulit eſſe domum.
Vrbe uagus:tandem lupari intra limina pauli
Fecit:in obſcuro uilia clauſtra loco.
Nec domus ampla fuit:uerum breuis:atra:latenſq;
Manſio:& in media uix adeunda die.
Legerat hoc:ueteris mores imitatus alexi:
Hoſpicium pallens:multiforéq; caſam.
Mœſta ſepulturæ fuit hæc pallentis imago:
Sic potuit fati flebilis eſſe memor.
Sic potuit multos animi compeſcere motus:

Et ſtimulos tali debilitare modo.
Hac reſecare ſolent ſancti mala gramina falce:
Et nimis ardentes mortificare focos.
Lectus humus: uel ſtrata ſolo ſarmenta: uel aſſer
Durus: & ad nudam pallia dura cutem.
Sternebat fragilem ſtipulam: cum molle grabatum
Debilibus membris poſceret ægra caro.
Sic cum ſanus erat: ſic cum langore cubabat.
Vita fuit paulum delicioſa ſcelus.
Ceruical non mollis anas: non plumeus anſer:
Non dedit exuto uellere tonſa pecus.
Sed lapis: aut rigida conuulſus ab arbore truncus.
Ne premeret ſegni membra quiete ſopor.
Longa fames macie tenues affecerat artus:
Criſpabatq; cauam pallida ruga cutem.
Neue fameſcentem capent obſonia linguam:
Ibat in appoſitas multa fauilla dapes.
Neue putes ſolitum lautis accumbere menſis:
Altius hæc repetam: lucidiuſq; canam.
Pinguibus abſtinuit: nec uiſcera contigit ore:
Ne fieret menti ſedicioſa caro.
Panis: poma: nuces: hortenſia gramina raro
Cocta: cibus luſtris iſta fuere tribus.
Gramina ſi coxit nunq̃ tamen unxit oliuo:
Nulla dedit uentri gaudia: nulla gulæ.
Squammiferum forſan uoluit ſi mandere piſcem:
Torruit ardenti prandia parca foco.
Victus erat: qualem mundo primæua recenti
Terra dedit: ſalſo non uitiata mari.
Ante ratem nòes: & fluctus ante marinos:
Quàm iuga fatàlis ferret in alta liquor.
Tunc erat agreſti ſimplex ſub ceſpite uita:
In larē fumoſo: pauperibuſq; caſis.
Tūnc gula parcebat gregibus: ſecura cūbabat
Turtur: & inſidias non metuebat aper.
Si pecus occiderat ſeniò: morſu ue luporum
Forſan: & audaci ſi fera capta manu.
Tergore direpto nudatis uiſcera coſtis
Dillanianda feris: alitibuſq; dabant.

Pellibus hirſutos uellabant corporis artus:
Maſſagetas contra byſtoniaſq; niues.
Nulla peregrino rutilabat murice lana:
Nam neq; tingendi uelleris uſus erat:
Veſtis erat: qualis pecori color ante fuiſſet.
Paſtor erat gregibus concolor ipſe ſuis.
Carica:iuglandes:communia pabula menſæ
Diuitibus priſcis:lactea maſſa faui.
Nunc autem rapidi diffuſa licentia uentris
Gramen:auem:pecudes:deuorat atq; feras.
Non mare:non tellus ſatis eſt: inuaditur aer:
Prædaq; uictrici ſunt elementa gulæ.
Creſcit aqualiculus:pingues lemargia uultus
Pingit:& ad uentris pabula ſemper hiat.
Hinc uenus:& ueneris proles:& inertia ſurgit:
Mens hebet:ars dormit:ingeniũq; labat.
Sed ne forte ſuo nimium de calle recedat:
Deſerat excurſus uerſa carina uagos.
Summa fuit genio fraudes inferre uoluptas:
Et parco ueneres extenuare cibo.
Pocula flumen erat:liquido uel flumine bacchus
Debilis:& cyatho frigida uina breui.
Terra eſt omnipotens:fit inutilis æquore bacchus
Propterea nautis præda: iocuſq; fuit.
Noctibus in lachrymas oculos:in uerbera pectus
Soluit:& admiſſi criminis ultor erat.
Corde graues chriſti pœnas uoluebat amaro:
Membraq; crudeli dillacerata manu:
Vincula:& innocuo currentes ſanguine riuos:
Vulnera:& in ſacrum ſpicula fixa caput:
Imbre graues oculos: humentem cœde columnam:
Et madidam fluidi rore cruoris humum.
Captus imaginibus numen conceperat iſtis:
Plenaq; diuinæ pectora lucis erant.
Pro miſeris mendicus erat:pro paupere quæſtor:
Diuitiis inopes ſæpe iuuabat inops.
Languida ne feſſam ſopirent ocia mentem:
Sculpebat facili candida ſigna manu.
Effigies albo ſacras ſignabat in oſſe:

Cœleſtes imitans mente:manuq; uiros.
Oſſibus illorum uultus: ſibi reddere mores
Doctus:in officio ſanctus utroq; labor.
Ne leuis incautam tentaret gloria mentem:
Suſpectum armato milite clauſit iter.
Nanq; ea uirtutum ſurgit de ſemine peſtis:
Fœtus ut e pingui noxius exit humo.
Sæpius in uanas tranſit uindemia frondes.
In lolium ſegetes degenerare ſolent.
In uitium:niſi ſit uirtus abſcondita :tranſit:
Et ſpoliat mentes gloria uana pias.
Ipſa ſuis igitur metuens hunc frugibus imbrem:
Inuenit facilem ſedula cura modum:
Nam modo per uulgus pando uectatus aſello
Ibat:& urbanæ fabula plæbis erat.
Vimine nunc duplici compreſſus acumina linguæ:
Per fora communis publica riſus erat.
Nunc in uincla manus mittens:ad colla capiſtrum:
Effigies capti uera latronis erat.
Sæpe ſuos hoſtes bonus hoc ſtratagemate miles
Vicit:& ex pugna ſæpe ridiuit ouans.
Artibus his curas legi ſubdebat inanes:
Iſta rebellantis uincula carnis erant.
Dignior eſt qui ſe:q̄ qui fortiſſima uincit
Oppida:nec uirtus altius ire poteſt.
Eſt hominum natura ferox & dura:leonum
Impetus eſt leuior:tigridis ira minor.
Centauros:hydram:lapitas:nemeæq; leonem:
Caccum:& gerionen æripidemq; feram.
Phlegreos:ericem:uolucres:& amazona fortem:
Antheum:heſperides oebalioſq; lares.
Et geminos angues:acheloia cornua troiam
Alcides domuit: tergeminumq; canem.
Omnia qui domuit ueneri ſeruiuit:& iræ:
Pertulit hoc nullo uictus ab hoſte iugum.
Diſcite quos ducit per ſordida luſtra cupido:
Quos uaga per prauum ſemita flexit iter.
Diſcite quas leges honor:& quæ lora uoluptas
Poſcat:ad iniuſtas quod medicamen opes.

Vertite per greſſus hominis ueſtigia ſancti:
Vos feret in mores orbita ſancta pios.
Hæc mala proſperitas grandem latura procellam
Ducit ad ignoti ſtagna uadoſa freti.
Flectite uela citi:loca iam male tuta uidentur:
Excitat iratos ſylla propinqua canes.
Sancta per hunc ſacri creuit reuerentia cultus:
Et pietas miro floruit aucta modo.
Nãq; ſalutiferi corpus uenerabile chriſti:
Exigua uetuit relligione coli.
Candida ſolemni celebrentur ut orgia ritu:
Inſtituit tædas: multiplicesq; focos.
Ardentes ſtatuit lichnos altaria circum:
Vt ſacer accenſo luceat igne locus.
Summa dei claram poſcit ſibi gloria lucem:
Flamma deo debet: cœlitibuſq; dari.
Sicut enim triſti nox eſt æterna ſub orco:
Perpetuam cœli ſic habet aula diem.
Taliter immenſos ſuperum teſtamur honores:
Nec minimum lux eſt relligionis opus.
Ardentes pedibus nudis orabat ad aras:
Ipſa premens nudo marmora nuda pede:
Interea tremulo torpebant frigore membra:
Et ſenſim penetrans ibat in oſſa rigor.
Feruida diuino uirtus accenſa calore:
Durabat nullo diminuenda gelu.
Illecebras uitæ molles deus odit. olympi
Clauſa uoluptati deſidiæq; domus.
Sicut in ardenti fœnix ſe collocat igne:
Vt reparet uitæ tempora longa ſuæ.
Sic meditans longos cœli lodouicus honores:
Omne laboriferum ſponte ſubiuit opus.
Nec tamen exemplo:uerum & ſermone uocabat
Ad ſuperum turbas limina ſancta rudes.
Vndiq; uicinas ſtuduit documenta per urbes
Spargere:& extinctam uiuificare fidem.
Id mutinæ pubes meminit:lepidiq; propinqua
Mœnia:& agreſtes culta per arua caſæ.
Et noua quæ niueis albet ferraria muris:
Et ſenior uitreo mantua cincta lacu.

Romanis aquilæ ducibus uexilla:ſed iſti
Chriſtus in albenti ſindone pictus erat.
Hoc inſigne manu per rura ferebat & urbes:
Sola docens magni caſtra ſequenda dei.
Diſcite quas curas:quantos conceperat ignes:
Quantus in accenſo pectore feruor erat.
Quo ſtudio:quali chriſtum retinebat amore:
Sancta fides animo robora quanta dabat.
Artibus his animos reſides:& ſurda mouebat
Pectora:& ad cœli numina calcar erat.
Et melior nolens aliis:maior ue putari:
Sæpe aliquod finxit deſipientis opus.
Nanq; ſacerdotum ſacros ambiuit honores:
Et tumido faſtu ſe ſtimulauit agi.
Non tamen auſteræ ſummo de culmine uitæ
Decidit:anguſtum continuauit iter.
Iamq; inſtare uidens ſupremæ tempora uitæ:
Lætus ad æternas corda leuabat opes.
Cantat:& ingratos uitæ finire labores
Geſtit:ut ad mortis limina uenit olor:
Præmia conſpiciens longi ſudoris arator:
Gaudet frugiferæ meſſis adeſſe diem.
Sic alacris noſtro fugiens lodouicus ab orbe:
Id ſibi iucundum ſignificauit iter.
Anxia corda premens uitæ iam limina morbus
Cœperat:& fato callis apertus erat.
Cum domus ægrotum miſerans tellure iacentem:
Membra dedit molli iam moribunda thoro.
Non potuit plumas:nec linea ſtragula ferre:
Sed reptans gelidam corpore preſſit humum.
Corpus ait terra eſt:humili date corpora terræ.
In ſua felici mens eat aſtra pede.
Poſt ſacros fidei ritus de more peractos:
Mens abiit putri diſſociata luto.
Febris:& exiliens late de naribus humor
Sanguineus:mœſtæ cauſa fuere necis.
Extinctum tumulo ſolemni funere corpus
Redditur:& celebri condita buſta loco.
Singula tractanti:nulla ratione tacendum:
Quod propriam multo uiderat ante necem.

Vidit:& ante nouem dixit ſua funera menſes:
Et ſibi ſupremam non procul eſſe diem.
Mens pia ſubſidium medicæ ſibi noluit artis:
More agates ſoli fidere docta deo.
Frigus & hibernum tolerat ſine crinibus imbrem
Arbor:& exuto corpore nuda tremit.
Aſt ubi clauſa tepens per rura fauonius intrat:
Incipit albenti luxuriare coma
Humida per ligni graciles alimonia uenas
Serpit:& imbibitus ſuſcitat oſſa calor.
Purpureum miſcet frondis cum flore decorem:
Et parit ornatus multicoloris opes.
Taliter hic iacuit plures inglorius annos:
Et tulit immenſum uilis & æger onus.
Sed modo cœleſtem poſt funera ſumptus in aulam
Gliſcit:& æterna fertilitate uiret.
Sic quoq; defunctum poſt debita ſæcula corpus
Surget:& antiqua ueſtiet oſſa cute.
Tunc iterum notos animus labetur in artus:
Altaq; terreſtri uadet in aſtra pede.
Nona pruinoſi iam lux erat orta nouembris:
Cum leuis ad patrem ſe tulit umbra ſuum.
Luſtra decem uitæ:binoſq; peregerat annos.
Hæc fuit humanæ meta ſuprema uitæ.
Ante fores petri gelidam conuerſus in arcton:
Eſt locus antiquæ relligionis opus
Hic iacuit primum:poſt ſex a funere menſes
Erutus:& magna conditus æde fuit.
Hic noua concurſu fiunt miracula magno:
Votaq; dat ſacro felſina tota loco.
Qui uenit ægrotans:redit ad ſua limina liber:
Et miſeros homines oſſa ſepulta iuuant:
Loripedes:oculis capti:nodiſq; podagræ
Diuinam illabi teſtificantur opem.
Summa uirum probitas: ſimul & miracula ſanctum
Eſſe probant:fidei ſi ſit habenda fides.
Magne pater:qui res hominum ſpecularis ab alto
Vertice:conſultes iudiciumq; feras.
Nam nihil audendum temere:nec dicere ſanctos
Conuenit:aſcenſum numinis ante tui.

Si tamen hunc liceat cœleſtibus addere diuis:
Surgeret ætatis gloria ſumma tuæ.
Sit tibi proſperitas.te neſtoris:atq; ſibyllæ
Sæcula in æterni nectaris arua ferant.
Hactenus hæc:olim cum nos donaueris urbe
Romulea: plectro te meliore canam.

.:F I N I S:.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI ALFONSVS: AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM, AC DOMINVM CONDISSALVVM HEREDIVM TARRACONENSEM ARCHIEPISCOPVM.

h

ESPERIAE GENTIS bellum orditurus & arma
MAGNANIMI FERrantis eram. ſic iuſſerat orbis
RECTOR AB EXcelſa romã qui tẽperat arce.
SED VETOR: HIS tantis moles oneroſa laboꝝ
Inuidet inceptis: Nec dum fortuna latentem
Explicat euentum, ſeries abſcondita rerum
Non ſinit heroo ſuras ueſtire cothurno.
Difficultas. Rem ſane imenſam, graue pondus, & hercule maius,
Atq; decennali quod Laomedontia bello
Troia tulit Rex magne animis ingentibus audes.
Virtus. At quoniam uirtus ardens ac numine tanto
Fulta modum ſuperat, ſeſeq; attollit in horas
Altius, ad cœlum aſpirans, feliciter audes.
Victoria. Iam dudum modo cæde madẽs modo ſanguine nullo
Illita te paſſim ſequitur uictoria: & alas
Porrigit in Libyam tibi ſubiectura peruſtum
Solibus Atlantem rapidis, anthæaq; regna.
Ipſa giganteis maiora laboribus acta
Penſat, & illuſtri cupit inſignire triumpho
Fama. Fama tubas inflare parat, laus organa cantu
Impletura, nouem uocat ad ſpectacula nymphas.
Reuerentia. Cum tibi deuoto gaudens reuerentia cultu
Per nemora & ſaltus alacres iubet ire miniſtros
Cultus. Qui laureta ſecent. & iam ſpoliatur apollo
Delphicus. eurotas nemoꝝ decus omne ſuorum
Perdit: & attonſis deſcendit in æquora ripis.
Audiui gemuere rotæ. uicina comantes
Plauſtra uehunt ederas tremulis aurita corymbis.

Plauſus. Plauſus idumeis ueniens ſpadicibus auram
Verberat:& uirides redolent a uertice lauri.
Ipſe manu correpta ferens uexilla nitentes
Iunxit equos/tyrio inſtrauit uelamine currum.
Barbaraq; attollens ſublimibus arma trophæis
Aere catenatam longo locat ordine gentem.
Honor. Per bifores fidei ualuas honos ecce coronam
Fert aliam:& tecum obſeſſam feſtinat in urbem.
Stelliferum late fugientibus undiq; nimbis
Gloria. Pandit/& aſcendens aperit tibi gloria cœlum.
Perge breui ſudore opus eſt.genus aſtra ſuperbum
Iam pridem & ſuperi crudelem odere rapinam.
Interea dum mars bellis flagrantibus hoſtem
Fulminat & noſtris ſcelerum caput arcet ab oris/
Nos alia ordiri ſed non aliena parumper
Fas erit:ac magnis tenui præludere cantu
Orſibus:atq; diu reſidem tentare monaulon.
Alfonſus modo carmen erit germanus eliſæ
Raptus ab imperio teneris innoxius annis
Quantum regna finiunt primæq; licentia uitæ/
Et ſtygiis luſtrandus aquis/per ſtagna profundæ
Nubis:& aſtriferum repetens cum patribus orbem
Summe deum cui tartarei regna infima mundi
Victrici ſpoliare manu clementia quondam/
Suaſit.& ad cœlum patres reuocare ſepultos/
Huc ades.& noctem infernam fluctuſq; ſeueros
Da facili ſulcare uia da horrentia clauſtra
Tartareæ penetrare domus:iterúq; reuerti
Ad ſuperos ubi clauſa latent tithonia tempe.
Quicquid erit labor iſte meus tibi ſurgit:in altum
Mens abit illapſu cœleſti afflata:tuaſq;
Nititur in laudes.opus eſt tua gloria noſtrum:
Venerat Alfonſus breuis ad confinia uitæ
Vltima:& in fatum curſu properabat anhello.
Cum iuuenem miſerans inter ſuſpiria mortis
Dura laborantem ſumptis audentius alis
In carpetanos deſcendit ab æthere campos.
Iamq; poli ſummum bigis conſcenderat axem
Luna gubernatrix tenebrarum & mobilis undæ
Ter quinos iam nata dies/accenſaq; toto

Sidere lucebat fatali noxia uultu.
Ipſe leui clauſus taciturna per atria nimbo
Clam uolat:& thalamum ſubluſtri in nocte ſilentem
Intrat anhellantem genitrix ubi languida natum
Contemplata graues premit alto pectore curas.
Et lachrymas ægre cohibens turgentia fletu
Lumina demiſſo in cilium claudebat amictu.
Vt conſumpta graui uitæ inſtrumenta maraſmo,
Continuo efflatus tenuem migrauit in auram
Spiritus,ut face conſumpta fugit ultimus ignis.
Tollitur extemplo clamor iam liber aperto
Corde dolor fluit ex oculis erumpit in auras.
Regia fœmineo longe ſonat ardua planctu,
Ceu quando exanimum flebat ſuper hectora coniũx
Andromache,& ſocrus priami ſuper ora iacentis.
Occidit aſcanio ſimilis puer,aſtyanacti
Indole par.qui pace ſolon qui marte fuiſſet
Pyrrhus achilleides.ſi non mentitur imago.
Si cœli hoſtiles ſinerent,& numina leua
Vt uulgata procul mors ĩmatura,per omnem
Labitur heſperiam graue & illætabile mõſtrum
Corda p̃mens hominum mœror cui ſquallida ſordent
Ora ſitu.impexi crines ſine lege per armos.
Barba inculta riget.ciliis impendet amictus
Ater:& obſcura uultus obnubilat umbra.
Hument rore genæ.toruo caua lumina uiſu
Igne rubent madido:totoq; miſerrima imago
Corpore.demiſſis facies funeſta lacertis
Nunc dextro nunc læuo humero inclinata recumbit.
A tergo ingentes ſupra caput erigit alas
Cocyti pice nigrantes.multoq; fluentes
Imbre acherontis aquæ,quo dũ uolat,oppida & agros
Irrigat excuſſo.ſpargitq; per omnia luctum.
It cœlo lugubre ſonans,& triſtia noctu
Somnia per thalamos,& per conclauia mittens.
Extemplo in luctus atq; in ſuſpiria uerſæ
Collachrymant urbes.populi cecidiſſe queruntur
Spem heſperie,nomadũq; metũ maris ultima plorant
Littora.pyrenes iuga nube teguntur:anaſq;
Vndiq; mœrentes audit lamenta per agros.

Q ualia cum primos irato numine partus
Niligenæ fleuere urbes/thebe inclyta centum
Liminibus memphiſq; caput turrita ſuperbum
Senſit:& argiuo tellus uicina canopo.
Aedibus in mediis parias leuat alta columnas
Porticus/& flexu longe teſtudinis amplo
Claudit odoratas lauros/ſtygiamq; cupreſſum
Hic gemebundi auro famuli & ferrugine ibera
Inſternunt gẽmiſq; onerant ſublime pheretrum
Regaliq; ſuper iuuenem ambitione locatum
Conſpergunt redolente thymo/nardiq; liquorem
Aſſyrium irrorant:miſeri ſolatia caſus
Exigua/humanæ officium pietatis inane.
Exanimata diu tandem ſibi reddita/uerum
Reginam ſe oblita parens ex ædibus altis
Venit in amplexus nati gelidumq; cadauer
Accliui fouet ægra ſinu premit oribus ora.
Mox ſublata comis iraſcitur atq; madentes
Vulnerat ungue genas:& anheli pectoris æſtum
Euomit accuſans ſuperos & ſidera fruſtra.
Ite domum matres/gaudete ſuperſtite prole/
Dixit/ego infelix ſola hic mea pignora plangam.
Ferte iocos alio/ferte omnia gaudia mecum
Perpetui luctus/maneant ſuſpiria mecum.
Interea proceres lugubri ad funera pompa
Conueniunt habitu triſtes & imagine mœſta.
Et iam ſublatum lachrymis comitantur abortis
Confecti ſquallore ſenes: biniq; ſequuntur
Compoſito inceſſu. & turbæ ſine lege frequentes.
Dum tumulo ſupremi alto ſoluuntur honores/
Vmbra ſuis fato membris excluſa recenti
Obſtupuit Petro ſimilis/cum miſſus olympo
Nuncius excuſſit manicas/& ahena repente
Hoſtia ferratos circũſtridentia poſtes.
Miratur ſe ſe informem/ſine imagine nudam/
Et ſine corporeis exilem ſenſibus umbram.
Se ſentire tamen magis/& cognoſcere longe
Altius/& cauſas animo penetrare latentes
Experiens/miraq; uagam leuitate moueri
Gaudet/& hoc uitæ genus euaſiſſe caducum.

Magna uidet nare umbrarum ſimulachra per auras
Nocturnarum auium formas referentia: quædam
Nyctimenes, minetadum quædam ora ſororum.
Semper enim, ſeu lucis eant ſeu tempora noctis,
Aera peruolitant laruæ. ſed ludit imago
Lubrica mortales oculos. Audentius ergo
Circũfuſam aciem uultu imperioſus & ore
Alloquitur clamans deus imperat ite ſub orcum
Quid uobis cum luce animæ phlegethontis opacæ
Quid cum ſole? domus uobis abſcondita ab aſtris.
Vos imane nefas & ineluctabile nocti
Deſtinat æternæ primo uexaſtis ab æuo
Cœlicolas diuos. At nunc in bella uocatis
Mille modis homines. tanta eſt inſania, tantus
Liuor, & indomito rabies tam dira ueneno.
Ite ſub æternis flagrantem ardoribus orcum
Ite acherontæas (deus imperat) ite ſub undas,
Præcipites illi noctem ſubiere profundam.
Non aliter q̃ poſt nimbos æſtate ſerena
Circũfuſa iugis frondentibus apœnini
Alba fugit nubes, quotiens aquilonibus acta
Spargitur, & ſubito tenuem laxatur in auram.
Hybernia. Inter hyperboreos axes phœbũq; cadentem
Inſula in extremo ſuper arua britannica mundo
Cingitur æquoribus uaſtis. ubi grandia cete
Magna mole natant. equitans ubi cerula delphin
Feruorem pelagi, & neptuni nunciat iram.
Et quia ſolis iter fugiens diſcedit ab auſtro
Sidus ad arcturi, gelidaq; rigeſcit ab arcto,
A niuibus trahit hybernis hybernia nomen.
Hic terra ingenti ore patens imane baratrum
Ad ſtygios trahit uſq; lacus. ſub inane profundum
Mille per anfractus uia præcipiteſq; per umbras
Labitur: introrſũq; ruit ſine fine uorago.
Indigenæ puteum appellant plitricius olim
Inſignis pietate ſenex ea barbara regna
Dum coleret, multa flexit prece numẽ olympi
Vt nouus infernos fieret deſcenſus ad amnes,
Quo abſterrente genus duræ intractabile gentis
Perfidiam patrum exueret, ueterũq; deorum

Ablueret ſacro ritus in fonte nefandos.
Huc igitur paſſis ueniens audentius alis
Cum puero in uentos & in aera tollitur altum.
Mox ingreſſus iter dulci ſermone pauentem
Hortatur puerum liquido ſe credere cœlo
Ne dubitet neue horreſcat per inania ferri/
Atq; procul terras ſub ſe ſpectare iacentes
Ne formidet/uti grauibus/qui corpora membris
Viua gerunt ſed eat tractum ſecurus in omnem.
In ſublime uolans / iuuenis dum ſcandere olympum
Credit/& ad ſuperos aditu ſe emergere aperto/
Lætus abit : cænãq; ſibi promittit in aſtris.
Ibant/ut fugiens olim minoia regna
Dædalus/atq; mari nomen factura propago.
Iam ſuperant nubes:agiturq; per aera duplex
Sulcus/& inflatis ſi quando per æquora uelis/
Eurus agit claſſem.ſpumant a pectore fluctus/
Et puppim inſequitur ſciſſo caua ſemita ponto
Aethereis loca iam ſubeunt contermina flãmis.
Vndiq; aquæ terræq; patent ſedet æquore in alto
Verſicolor tellus/circum maria undiq; latrant.
Pyrenæa procul niueo iuga candida nimbo
Proſpiciunt dextra:& longæ calliginis inſtar
Boiorum italiæq; alpes ubi uallibus imis
Semper hyems habitat.glacieſq; æterna ſub ipſo
Solſtitio & triſti quando canis æſtuat aſtro.
Linquitur ad læuam regio/quæ terminat orbem
Gallaicæ gentis tumulo terra inclyta ſancto.
Prætereunt grauios / antabraq; regna ſuperq;
Iam tandem oceani campos ſine fine patentes
Eſt iter.ac uolucri trans arua britannica lapſu
Delati greſſum inclinant hybernica ad antra.
Iamq; ſolo imiſſi uicinæ horrenda ſubintrant
Clauſtra domus : ubi perpetuo frigentia uento
Speluncæ obſcuras pandunt caua guttura fauces.
Ignarus quo ductor eat:miratur ab alto
In terras puer ignotas deſcendere curſum.
Nec tamen audet adhuc interpellare magiſtrum:
Sed ſequitur nutum ſenis officioſus ad omnem.
Continuere gradum genibuſq; in marmore fixis

Aſpergunt in fronte molam/chriſtiq; uocato
Nomine/circūdant luſtrali pectora ſigno/
Et taciti iunctis orant ad pectora palmis.
Mox iter inuadunt/qua ſe ſalebroſa per umbras
Fert uia multiplici ueniens in tartara flexu.
Horruit abſtruſæ īmanem telluris hiatum
Regia progenies:tremebundoq; incipit ore.

Prima q' ſho alfōſi qui ſint dānati.

Sancte Pater quæ cauſa precor nos ite ſub altam
Cogit humum?Cœline opifex me lumine caſſum
Trudit ad infernas ſedes/ubi cerberus ante
Atria latratu complet tria guttura rauco:
Hei mihi quid ſceleris uiridi deus imputat æuo:
Scis pater ut regni proceres urbeſq; peroſæ
Fratris inhumanos factus animūq; ſeuerum
Me quoq; conſortem regni fecere paterni.
Mox ut ad imperium tractus diadema recœpi/
Et ſi ætas erat illa armis minus apta ferendis/
Mens fuit aſſerere īmenſum quæcūq; per orbem
Regna tenent mauri:quæ gens o/homana ſubegit/
Vſq; ad hyperboreos montes rhyphæaq; ſaxa:
Et ualidam egæo claſſem uectare profundo.
Ac ſuperare armis decus aut æquare parentum.
Audieram magnum Froylam fortemq; ramirum:
Audieram Alfonſos & nomina magna per orbem
Ferrantis proauoſq; alios/qui laude ſuperba
Clara per ora uirum uolitant ſenuiſſe ſub armis:
Et maiora fide potuiſſe fidelibus auſis.
Hæc mecum puer audaci ſub pectore uoluens/
Ad par martis opus magna ambitione ferebar.
Iam toruis arabes oculis/mauroſq; uidebam
Infenſus populo infami gentemq; peroſus
Barbaricam/rituſq; feros ac perfida corda.
Mors prohibet curſuq; æui fraudata iuuentus.
Forſitan hæc mentem pietas animoſa ſuperbam
Arguit & uicio datur eſſe ferociter auſum?
Num licitum pater audenti ſaracena tumultu
In regna armigero/atq; odiis capitalibus ire?
Sic ait.at ſenior teneris miratus in annis
Tam regalem animum/tam fortia corda/fidemq;
Tam ualidam/fruſtra trepidas caua tartara dixit.

Pone metum. neq; ſollicitet te improuida cura
Chare puer. latos erebi non tendis ad amnes,
Clauſa ubi terrifico tormenta æterna profundo
Sub quibus infelix ardet cilianus ob ingens
Id facinus quo triſtis adhuc Hiſpania languet.
Namq; ubi cognouit uiolatum a rege pudorem
Virginis, infameq; dolum, correptus acerbo
Flāmantis rancore animi maurusia rurſum
Aequora traiecit, ſaracenaq; uenit in arua.
Cordaq; ſollicitans gentis furibunda ſuperbæ.
Duxit in heſperiam numidi de ſaltibus hoſtem.
Talibus auxiliis agros populatus & urbes
Antiquum euertit ſolium, grauiore flagello
Vltus adulterium. uindex ſceleratior ipſo
Corruptore minus crimen maiore piandum
Eſſe ratus ſemel heſperiam peſſundedit omnem,
Impius in patriam in reges in templa deūq;.
Q ui damnant. Tartara & inferni carcer iouis unde reuerti
Non datur, imanes animas quibus ultima luxit
Cœleſti ſine luce dies prædantur: & atris
Infodiunt latebris, quibus iſcariotis ab alto
Pendet adhuc ſcopulo, uolitanſq; per aera ſimon,
Infamis magus, & lucri exſecrabilis autor
Vapulat hic uelut æternis imobile ſaxum
Ictibus expoſitum pellæi infamia tuli ·
Arrius. hic gemina ducens ab origine mundum
Latrat in obſcuro Manes abſconditus antro.
Eunomiuſq; deum lacerans. & tota ſub orcum
Ereſiarchaꝝ ſoboles intruſa latentem.
Præſidet his Machometus arabs agarenus, in orbem
Miſſus ab his olim regnis & in iſta reuerſus
Q uō natus Machomet9. Regna iterum. Nam dii ueteres cum ſurgere gentem
Chriſtigenam, ritusq; nouos inoleſcere templis
Conſpicerent, petiere domum plutonis opacam
Hic ubi ſecretis arcana ſilentia rebus,
Cum tandem ſuper imperiis agitata fuiſſent
Multa reformandis, ſceleri modus iſte repertus.
Rex & tartarei populus cum patribus orci
Sanxit auernali mittendam a ſede Megæram,
Q uæ modo concepti fœtus in corpora furtim

Se inſinuans/ſic formet opus/ſic temperet artus/
Vt mens ſi qua domum fluat intratura recentem/
Inueniat clauſos aditus/& inhoſpita tecta.
Ipſa/ſed in membris habitans alimenta per omne
Corpus agat:foueatq; altricem in corpore uitam.
Nec ſit homo:ſed mēbra hominū ſub imagīe creſcāt.
Dum redit/interea crudi fœda umbra Neronis
Nam neq; tartareis inuenta nocentior antris/
Addita dirarum numero/& ſuffecta Megæræ eſt.
Ad patrandum igitur facinus ſata nocte profunda
Venit/& ingenio uafro/imani/atq; cruento
Fit Machometus/atrox hominum uiolator/& armis
Et ficta pietate potens.ut mobile uulgus
Ad ſe illexit opes cumulans/noua bella parauit.
Auſus enim Romæ imperium tentare proteruo
Ingenio/audentem ſumptis heraclius armis
Terruit.& forti nabathæam milite gentem
Fudit/ut arentem libyæ ſolet auſter harenam.
Cladibus his non eſt rabies ſedata:quod armis
Non ualuit/fraude aggreditur:furor impius aſtu
Tectus ad aucupium uulgi totam appulit artem
Congreſſus fugit humanos.cadit horrida mento
Cæſaries.pallet facies. ſtygiūq; colorem
Induit.obſcuram ſubeunt caua lumina frontem.
Colloquiūq; dei ſimulans de ualle profunda
More Numæ conficta refert oracula uulgo.
Artibus his fretus diuinam inuertere legem
Deprauare fidem/chriſtiq; inuadere regnum
Cœpit.& hinc totum peſtis noua uenit in orbem
Corripiens aſiæ populos & punica regna
Finibus a mauris nubes ubi ſuſtinet atlas
Vſq; ad inundantes nilo ſtagnante lacunas.
Vipereum genus hoc igitur/ſobolemq; Megæræ.
Cui pater atq; deus pluto eſt/contundere bello
Et delere iubet pietas:non quærimus ergo
Tartara nec tanta ſcelerum caligine ſordes.
Namq; ubi uerbipotens ſacroq; ſalutifer ore
Sontem animam fando inſtaurat/damnata ſacerdos
Tartareæ ferat antra domus.abolenda ſupſunt
Supplicio tibi pauca leui cum mitibus umbris.

Quod uero in libycas gentes ea tanta parabas
Bella animis imberbis adhuc,a ſanguine regum
Magnanimo forti excelſo,genus indicat ortum.
In ſobolem tranſire patris cum ſemine uirtus
Sæpe ſolet:refertq; ſatus quo quiſq; parente eſt.
Adde q̄ audite laudes:& clara parentum
Facta mouēt animos generoſaq; corda nepotum
Sollicitant:& calcar habent:abiguntq; ueternum.
Id uoluiſſe fatis quotiens infirma reluctant
Membra operi,totiens operi par ſola uoluntas.
Hæc ſenior.contra proles ita regia fatur
Poſtq̄ corda metu paulum ſedata remiſſo.
Secunda queſtio. De natura hitus moralis. O pater humanas ſi noxia corpora mentes
Sola hebetant,quæ me fluxa compage ſolutum
Neſcio quæ ſegnem grauitas & inertia lentum
Reddit adhuc?& adhuc curis mortalibus angor?
Ante oculos eſt mœſta domus.ſuſpiria matris
Audio:& ex animo nunq̄ diſcedit imago
Germane dilecta meæ.iactura remordet
Imperii rerumq; frui quibus ante ſolebam
Paſtor ad hæc,hominum genus ad cœleſtia natum
Regna,per illecebras & blandimenta uolutum
Aſſidue,ſibi proplexis uulcania nodis
Vincula circūdat:quibus irretita furorem
Mens bibit.& tandem Plutone imbuta maligno
Deſinit eſſe ſui compos:& libera quondam
Fert ſeruile iugum,patiturq; inuita tyrannum.
Illecebris ſenſum blandis ingreſſa uoluptas
Vincla facit:longæuo uſu concreta libido
Plumbea fit moles,& ineluctabile pondus:
Quo impellente labant animæ populata medullas
Corporeas animum peſtis complectitur omnem.
Iſta,uocant habitum,labes ita corripit acri
Morſu hominem,ut raptam mētem non deſerat,ante
Quā ſtyga & inferni tranſmiſerit æquora ponti.
Mens ideo nunq̄ mundi melioris,adarcem
Libera ſe attollit,niſi cum uexata malignos
Exuit affectus.colubrūq; imitata reliquit
Inter ſaxa,cutem antiquam,& terreſtre ueternum.
Luctiſoni tandem defuncta laboribus orci

Euolat ad ſuperos:curſuq; adit aſtra ſecundo.
Tum demum patris ora uidet/tum dulcia libat
Pocula/tum dapibus licet indulgere beatis.
Vidiſti cum nube carent/quo ſidera cultu
Quo ſplendore micent?decor ille nitentis olympi
Prædicat in pulchro qui circuit omnia mundo
Immundis non eſſe locum.ſcelus ante piari
Eſt opus:ad ſuperos opus eſt ſine labe reuerti.
Hoc igitur cōmune iter eſt ad olympica regna.
Eſt tamen & ſine multiuiis ambagibus orci
Semita/quæ ad cœlos recto uehat ardua greſſu:
Sed paucis conceſſa.quibus fuit aſpera uirtus
Supplicium fraudans genium/& petulantia frenans
Corda/premens omnem affectū/reſecanſq; furorem
Fomitis/a prima uenientis origine patrum.
Qualis in inſigni terræ drepanenſis alumno.
Qui uiuens Albertus erat.Trinacria lumen
Hoc terris illuſtre dedit/ſiduſq; decorum.
Tanta uiri probitas/uitæ excellentia morum
Integritas & fama omnis diffuſa per urbes
Credi hominem non terreſtem/ſed ab æthere lapſum
Fecit/& eſſe illo diuinam in pectore mentem.
Qualis in his qui uel flāmis uel ſanguine fortes
Pro xpo fundere animas.ut magnus olympi
Ianitor.& fidei ſcutum impenetrabile Paulus.
His bene de chriſto meritis aperitur olympus
Sponte ſua:primo biſores a limine ualuæ
Vltro abeunt alacri uultu penetralia pandens
Ianitor hos agit ad ſolium ſublime tonantis.
His datur extemplo elyſium fugiuntq; per auras
Nubiuagis ſimiles aquilis:uos pondere preſſos
Concretæ telluris adhuc ad limina mundi
Aſpirare nefas per humum ueſtigia ferre
Cogit onus/more altilium/quibus uuida moles
Ventris iter ſublime negat.ſegnemq; uolatum
Reddit:& alato uetat ire per aera tergo.
Rerum opifex igitur terram miſeratus inertem
Segniciemq; hominum tantam tenebroſaq; corda
Caſibus humanis etiam poſt fata reliquit
Auxilium/iaciens etenim primordia rerum

Antrum horrẽdum ingens terræ in penetralibus altis
Conſtituit/quæ ſint ſceleri inſtrumenta piando.
Hic animas habitum uitæ & telluris olentes
Deſtinat/& duplici tetram medicamine nubem
Diſſipat antiquæ noctis/fomenta tenebræ
Prima duæ.nam ſole carent/qui lucis & umbræ
Autor apud ſuperos duodena perambulat aſtra.
Sed neq; uiuentem nouere trinominis æthram
Lucis/ab humano iubar impenetrabile uiſu/
Q uem dixere deum:ſolo qui ſidera uultu
Torquet/& in uacua terram ac mare ſuſtinet aura.
Eſt duplex tormentum aliud quod uerberat acri
Supplicio ægrotantem animam.nam frigora & ardor
Sunt tranandã ſemel conris per flumina quinq;
Q uinq; ſalutaris referentia uulnera xp̃i.
Chriſtus enim magni ſemen cœleſte parentis
Q uinq; redempturus zonas telluris & undæ/
Vulnera tot paſſus.uerum quibus altius hærent
Hæ maculæ/quotiens opus eſt/uada liuida ſulcant.
Hoc duplex curandæ animæ medicamen ab alta
Conſilii patris æterni ratione repertum eſt.
Namq; hominum ſcelus a ſenſu compreſſa uoluntas
Concipit:atq; malo duplex de ſemine proles
Gignitur.aut nimium ſtimulis urgentibus ardet
Igne calens ſtygio/legumq; repagula frangit/
Aut reſidet torpens & inerti languida ſomno
Et quaſi letheæ perfuſa liquoribus undæ
Triſtis opaca iacens fracto nihil incohat orſu.
Omne quod enerui torpore oppreſſa uoluntas
Segniter ommiſit/per frigora tranſit & undas.
Q uod ſuccenſa nimis ſaliente libidinis æſtu
Præcipitauit opus flammis aboletur & igni
In tenebris ubi nulla dies/ſed pallida ſemper
Nox ubi nec flammæ/neq; ſol/neq; ſidera lucent/
Sunt quædam maria ĩmenſis latiſſima campis/
Q uæ ſepelit late glacies æterna/geluq;
Perpetuum/quali aſtricta eſt ſaturnia tethys
Frigenti ſubiecta polo/ſubiecta pruinis/
Ac niuibus/dura aſſiduis aquilonibus/ora
Inuia remigiis/& ſemper inhoſpita nautis.

Venti amnes pluuiæq̧. ruunt:ruit horrida grando
Increpitans.circũq̧ rapit niger omnia turbo.
Nam nec hyporboreis niuibus cum gutture uaſto
Sibilat hybernus boreas/deſerta getharum
Sic inuoluit apud Rhodopen/ quæ ſeperat agros
Pelleos a thrace ſolo. labuntur ab auſtro
In boream nebuloſi amnes:piceæq̧ lacunæ.
Verum ubi cliuoſo uoluuntur flumina curſu
Luſtrandis uada ſunt animis.ubi colligit undam
Ingenti ſentina lacu/ſunt regna profundæ
Mortis.& in medio belialia tartara mundo.
Sunt loca flãmaq̧ ſine fine patentia uaſtis
Aequoribus maiore.ſinu / q̃ gallia:q̃q̃
Gallia diffuſum late circũferat orbem.
Nunc & enim ſubter gallos & celtica regna
Imus/ubi iuga bellipotens ruit inuia pœnus
Hannibal & iunctas equitauit nubibus alpes
Omnia quæ flãmis/quæ ſunt alimenta calori
Pinguia ſub terris/illuc delata feruntur
Et ſecreta meant per ſpiramenta uiaſq̧/
Quas apit natura operi famulata ſeuero.
Huc picis huc maltæ ueniunt/huc ſulfuris amnes/
Huc olei fluor/huc penetrans Aſphalticus imber
Manat:& ex iſtis confuſum eſt omnibus æquor.
At deus iniecit flãmas/ſecutq̧ patentes
In tellure aditus/quibus huc & nubilus auſter
Atq̧ procelloſus boreas.& nimbifer eurus
Ac zephyrus comiteſq̧ ruant/& ſurgere iuſſit
Vndiq̧ perflata imiſſis incendia uentis.
Sed nebulas accenſa palus attollit & ignem
Nubibus inuoluit piceis globus ater & unda
Cœca uaporantis tenebræ ſub fornice nigro
Huc illuc uaga proſerpens ubi nulla reperta eſt
Ad ſuperos uia contorto in ſe uortice flãmis
Incubat:& denſa inducit calligine noctem.
Noctem inq̃ late extenſam/longeq̧ uagantem/
Sed dubiam flãmis ſub nube ferentibus ægram
Incertãq̧ diem.uix ut præſentia cerni
Ora uirum fas ſit/notoſq̧ agnoſcere uultus.
Nigra dies/nox alba chaos facit æquore toto.

Continuē incluſi lento ſub gurgite uenti
Quos ſpirare palus uiſcoſo imperuia tergo
Non ſinit/indignati altos pulſo æquore montes
Niſſibus attolluntualidis:ſublata dehiſcunt
Dantq; aditū uada fracta:uolant magno agmine uēti
Omne ſolum tremit/atq; tonat.ſinuoſa reclamant
Littora torua cauis echo procul aſſonat antris.
Adde q ex cocta flāmis teſtudine ſemper
Saxa pluunt:quæ illiſa focis incendia magno
Cum ſtrepitu calligantes iaculantur in auras
Irritati ignes ſtrident.& fulmina noctis
Terrorem ingeminant. altoq; obſcura boatu
Flumina & antra ſonant toruum.ruere ardua dicas
Culmina cœlorum/& fractis totum axibus orbem.
Inarime nihil eſt prophyte nihil·Aetna caminis
His collata licet ſiculo coniuncta peloro
Littora tranſiliens flāmasq; undante uolatu
Porrigat in fines italos caput æquora ſupra/
Eſt ueluti ſi uero aliquis puerilia bello
Ludicra/ſi troiam marti componat equeſtrem.
Vix ſinit atroces gemitus audire dolentum
Hic fragor/& denſum ac uoci impenetrabile cœlum.
Per uada lenta trahunt animas merguntq; p̄muntq;
Implicitas fundo terreni imania ditis
Agmina/quæ obſcuro genitor p̄fecit auerno.
Et q̄q̄ ſit frigus idem per frigida q̄q̄.
Ignea ſint hiſdem.flāmis loca torrida ſemper/
Pro meritis tamen hi grauius plectuntur.at illi
Mitius.ut quotiens ſub eodem corpora ſole
Multa iacent terris/minus hoc magis æſtuat illud.
Talibus inferni recitantem arcana profundi
Marmoreo pallore rigens recaredica proles
Inſequitur gelidæ per opaca ſilentia noctis.
Affaturq; ducem.Poſtq̄ ſic ſtellifer axis
Atq; dei rebus dominans immobile fatum
Fert/ſtygios tranabo amnes·contagia ponam.
Cunta feram:neq; ſupplicium cōmune recuſo.
Sed te diue pater per numina ſancta precamur
Quis modus in pœnis? & quod ſolamen in orco?
Exilio quis finis erit? nullāne relinquit

Tertia q̄ſtio de natura purgatorii.

Cœlorum regnator opem ſub nocte ſepultis
Regni acherontei? forſan clementia ſummi
Tanta patris ſurda miſeros ita præterit aure?
Sic memorans ibat, curiſq; ardebat amaris.
Cui ſenior. quid adhuc uano ſate ſanguine regum
Corda metu lanias? & ſub tellure uidebis
Dulce aliquid. cõmunis amor deus. omnia dulci
Suſcipit affectu: blandiſq; amplectitur ulnis.
Nec facit has odium pœnas, ſed amata ſuorum
Vtilitas: quos ſtelliferos ut tollat in axes,
Expiat: atq; ſitum flãmis abradit inertem.
Nil tibi cum duro imperio Plutonis auari,
Qui ſemel abſorptas non euomit amplius umbras.
Hæc loca quo tendis non ſunt uexata tumultu
Perpetuo, non ſunt ut in imo tartara fundo,
Arbitrio turbæ infernæ conceſſa furenti.
Nulla hic allecto. nulla hic bacchatur Erinnys,
Cerberus hinc latrator abeſt. ueſania ditis
Hinc excluſa. tenent hæc regna cathartica diui,
E magnis diui ætheree primatibus aulæ,
Cum ſtephano biſſeptem alii. quos pronus ad aram
Inter uerba ſilens profert arcana ſacerdos.
Sunt tamen & lemures: ſed nil crudeliter audent.
Nil temere inuadunt iuſſi ad tormenta miniſtrant.
Diui umbris adſunt pauidis, & ſæua ſatanum
Corda uetant toto in miſeras ſæuire ueneno.
Pone metum: ſemel ire ſatis, delebitur uno
Quicquid labis habes quicquid mortale natatu.
Eia age chare puer ſemen regale, memento
Quo cœptum te ducat iter uia tendit ad aſtra.
Qua graderis. iam ſtellanti deuotus olympo
Obſcœno das terga luto: tua cymba quietos
Nauigat in portus, ubi tempeſtatibus unda
Libera, per nullas unq̃ teditura charybdes.
Nam necut Alcides Alcmenæ filius olim
Vt facunda canunt ueterum mendacia uatum,
Pelidesue, tuas iterum remeabis ad oras,
Mortales ubi cum brutis cõmunia tecta
In putri tellure habitant: ſed ſcandimus orbes
Aethereos, ubi cum diuis in uertice mundi

Sunt læti ſine fine dies : ubi regna uidebis
Illa æterna deum tranquilla in pace tenentem.
Vt ſuperos igitur uideas, dubitabis auerni
Per faciles ſemel ire uias? audiuimus olim
Pleroſq; ut tuſcum tyberim, Romãq; uiderent
Ad breue cõgeſtas moles & marmora tempus,
Extremos ueniſſe indos, qui littora cancro
Qui libræ ſubiecta colunt. Veniſſe ſupremos
Aethiopes : ubi ſolis equos in cornua ſurgens
Aegoceros uerſo cogit diſcedere plauſtro.
Membra trahens uix ægra ſenex quater orbe pacto
Nunc tuus ad ripas auus eſt appulſus, & uncis
Saxa tenet manibus, ꝑhenſaq; elabitur alga.
Illum inq̃ qui marte graui bella aſpera geſſit
Impiger, & primæ exultans ardore iuuentæ.
Mox placido pacis ſtudio meliora ſequutus
Ocia compoſuit mores populiſq; redactis
Ad patrias leges morti conceſſit: & inter
Cocyti uerſatus aquas feſtinat ad aſtra.
Ipſe uiæ moderator erit. trãnabitis ambo.
Poſt ubi perfecto traieceris æquora curſu,
Aduentam : cœliq; iterum te in luce uidebo
Mellifluo gaudentem animo: nec tempora longas
Illa moras facient. Tunc me de ſede reuerſum
Aetheris aſpiciens læto amplexaberis ore
Et tandem æthereo mecum potieris olympo.
Talibus anxietas iuuenis reſtricta ſubinde
Soluitur: atq; acres ſtimulos altũq; dolorem
Extenuans triſti mentem langore ſepultam
Erigit. ac tenebris curarum emergit opacis.
Vt ſolet hybernis tandem de nubibus aer
Sopitis exire nothis, cum uere tepenti
Martius Atlantem zephyris afflauit, & hortos
Heſperidum. leniq; gelu diſtemperat aura.
Læta magis fari iuuat: atq; informe iacentis
Scrutari telluris onus, rerũq; latentes
Diſcere ſub terris cauſas. & paſcere mentem
Dulcibus alloquiis: animũq; extendere circa
Naturæ ſecreta altis adoperta latebris.
Suſpiciens igitur proles ita regia fatur.

Quarta quæſtio de diſpoſitiõe rerũ creatarũ.

O Pater hanc maſſam informem ornatuq; carentem
Et chaos iſtud inops lucis.nũ credere dignum eſt
Abſoluiſſe deum uel contempſiſſe?repugnat
Tam celeri moles rudis & confuſa magiſtro.
Patris opus natura recens nil pendere uiſa eſt
Has tenebras:& in hoc ſeſe exhibuiſſe nouercam.
Per ſituoſa cauis atq; aſpera cotibus antra
Nox æterna ſilet.cruda atq; īmania ſaxa
Fruge carent:neq; terrigenis animantibus uſum
Suppeditant.cœli radiis imperuia fœtum
Ferre negant:ſed torpet iners ignauaq; tellus.
At contra æthereos orbes & ſidera tanto
Lumine/tam eximia ſpecie/tam diuite cultu
Finxit/ut hæc formæ locuplex opulentia matrem
Prodat/& in tanta pietas effulgeat arte.
Quis decor auroræ?ueneri quæ gratia?quantus
Fulgor in aſpectu ſolis?noua luna uenuſtus
Cornibus accenſam fraterno lumine frontem
Erigit/& pulchro graditur per ſidera uultu:
Nocturno quæ forma ioui.quis in omnibus aſtris
Splendor & ornatus?quot ſe uia lactea flãmas
Induit extremis oriens a finibus auſtri/
Et gelidam prono quærens erymanthida lapſu.
In partum natura igitur fœcunda priorem/
Segnis in hunc/ſteriles quaſi faſtidita ſub umbras
Tellurem infelix opus abieciſſe uidetur/
Et raptam ex oculis cœco īmerſiſſe baratro.
Tum ſenior ſancta ora mouens primordia rerum
Inchoat/& ueteres mundi reminiſcitur annos.
Cum pater hanc molem cœli/tetræq;/mariſq;/
Conderet Archetypi ducens ab imagine mundi/
Cuncta prius confuſa rudi produxit aceruo.
Mox opus amplectens calefactaq; uiſcera flatu
Viuifico penetrans ſyncæra ac lympida primum
Corpora diuinoq; magis uicina decori
Suſtulit:hinc cœlorum orbes molitus & aſtra.
Inde iterum meliora tulit flãmamq; uocauit
Quam Phœbi germana leui circũuolat/axe.
Materiam rurſum ſubigens/quod ſanctius hauſit/
Mobilis aura fuit:quæ fuſa ſub ignibus aer

Dicitur.& circum glauci maris ambulat æquor.
Q uæ ſupereſt maſſam humẽtem fluidũq; liquorem
Et quaſi pingue lutum ſecuit.defluxit in undas
Pars obſcura minus:pelaguſq; impleuit & amnes.
Altera pars tellus/quæ pondere p̃ſſa ſub alto
Aequore delituit fuſo ſuper undiq; ponto.
Sed pater humanum exilium fraudemq; futuram
Præſago recolens animo ſuper æquora tractam
Extulit/& pelago ſtatuit confinia circum
Littora/concedens ut cum uexantur ab auſtro/
Longius excurrant fluctus æſtuq; refuſo
Excrementa abigant rurſumq; reciproca uerſo
Refluat unda ſalo:poſitis in littore conchis.
Scilicet ut uaſta mole exonerata profundi
Terra hominum genus atq; feras nemorq; uirentum
Paſceret omnigenas ſtirpes:alimentaq; iactis
Annua ſeminibus materna educeret aluo.
Non ergo artificis uicium primordia mundi
Læſit:ut obſcurum hoc:generoſum euaderet illud:
Hoc ars:hoc ratio:hoc operum natura popoſcit.
Mente creandarum deus exemplaria rerum
Seruat : & æternis in ſe uidet omnia formis.
Et quo quidq; modo fieri:quo limite claudi
Poſſit:ut in rebus nunq̃ labatur agendis.
Sub tellure uapor duplex telluris & undæ.
Fumus uterq; leuis/rarum atq; uolatile corpus.
Aret hic ut tellus. madet ille ſimillimus undis.
Hæc infirma prius:uiſuq; incognita:ſed cum
Sole calent agitata furunt.tum mõtibus alpes
Aereas quatere inſolitis:& uiſcera terræ
Irritate graui impulſu reſerare cauernas:
Eructare ſolent fontes.ignotaq; clauſtris
Flumina diſiectis:includere uallibus altos
Sæpe lacus:ſæpe & ueteres reſtringere curſus
Amnibus:ut moles dederit conuulſa ruinam.
Omnia quæ ignarum credit miracula uulgus.
Hinc rores:pluuiæq; cadunt.gelidæq; pruinæ
Grãmineis inimicæ agris:uentiq;:niueſq;.
Atq; boum uanos grando euerſura labores.
Adde cometarum ardores : quæ bella minantur:

Et regum interitus.adde ore tonitrua rauco.
Adde procelloſis fata fulgura nubibus.adde
Fulmineas iouis arma faces.& hiantia campis
Chaſmata proſciſſis/ſtygiam penetrantia noctem.
At quia congreſſu in longo data copia fandi/
Altius hæc repetam magni primordia mundi
Q uinq; cathenatis inter ſe uiribus.unde
Cætera quæ uiuunt uitæq; carentia ſenſu
Corpora fluxerunt.tellus.mare.uentus.& ignis.
Aether/& aſtrorum uires.& olympica uirtus.
Q uattuor in pugnam coeunt elementa:modūq;
Non habet æterno flagrans diſcordia bello.
Perpetuum certamen agunt.opus omne caducum/
Si cœli conſenſus abeſt.labor irritus omnis
Q uem male fortunant aduerſo ſidera uultu.
Sidera coniungunt radios/& lumina miſcent
Mille modis:nam mille modis ille arduus aſtra
Motor agens famulos operas diſpartit in omnes.
Mars ignem.ſaturnus humum mare luna gubernat.
Iupiter aereos tractus.uenus ignea cauſas
Allicit in coitum thalamis præfecta maritis.
Sol concepta fouens/coquit & maturat alendo.
Mercurius conſumat opus/formaſq; miniſtrat
Et uitas animantum omnis/animaſq; minores.
At ſolus nobis animos deus æthere ab alto
Inſpirare poteſt.animis ea gloria noſtris.
Orbis imaginibus rerum ſtellatus & ignes
Q uos lucere polo uidet hinc mareoticus auſter/
Caſpius hinc boreas/& cum ſublimibus alto
Aethere ſol decurrit equis & frigida quando
Subter humum gradiens tacitæ facit ocia nocti/
Viſcera terrarum ſubigunt:operamq; creandis
Aſſidue indulgent/reparentur ut omnia/rebus.
Ire polos natura iubet.modo ſidera torquet
In boream/modo in æthiopes. mora nulla citatis
Orbibus:altrices penetrant ſola & æquora flammæ.
Talibus armantem naſcentia uiribus aſtra
Metantēq; domos ſuperum proſpexit ab undis
Q uarta oriens aurora deum.cum ſidera titan
Aureus octauo radiis accenderet orbe.

Hinc uariæ telluris opes/& gloria frugum
Diuerſis diuerſa locis. Extrema relinquam
Externis:nonnulla obiter noſtratia tangam.
Tarnus aquas uehit auratas. inſignia docti
Mœnia tolleti fulua tagus ambit harena.
Adde locupletem ſicorim / qui cingit ilerdam.
Adde numantinæ durium decus urbis.& ipſum
Aſtura ducentem gelidis e caunbus aurum
Nec te tranſierim populis quam fama duobus
Depoſitis feciſſe odiis obliuia Lethe.
Hæc uada cœloq; radiis afflata ſecundis
Auriferos prima ſorbent ab origine fontes.
Nec chalybum minor uſus aquis.nec Bilbilis amnem
Fama minor celebrat.q̃uis non aurea uoluant
Flumina.ſed rigido marti famulentur & armis.
Singula quid referam ?labuntur in omnia flammis
Sidera mobilibus:ſubeuntq; per intima mundi
Viſcera/& omne ſolum/latebras/& inertia ſaxa
Fruge aliqua inſignire parant. nec inutile tanta
Eſt in mole aliquid.ſeruit mortalibus omne
Hoc opus.& deus ipſe homini ſe accõmodat ipſum.
Flecte oculos.ſquarroſa uides & olentita ſaxa/
Igne ubi concepio nebulas liquentia uolunt
Sulfura/ut æmathiis oriens ſcaptenſula campis ?
Fonte ſacer tepido genitus caua marmora ſubter
Curſibus increpitat longis liquor/altius omnem
Exnrpare potens morbum/quo frigidus imber
Vertice dilabens ægros circũligat artus.
Labitur in lygures & cinctam montibus altis
Effuſis humectat aquis/& nominat urbem.
Namq; ibi ſuſpenſo riuus facit inclyta curſu
Balnea/ſaxoſi clarum decus Apœnini.
Hic lapis argenti ſquãmis armatus/& auro
Aſper/opes/ditemq; ſoli pronunciat aluum.
Stellifer orbe ſuo qui continet omnia mundus
Vim occultam dedit his tenebris opulentia cœlo
Exit.& omnipotens terras fortunat olympus:
O regnũ quod maurus iber iam ſæcula ſeptem
Iniuſtis premit imperiis maris æquora circum
Herculei / quanto pollet glæbæ ubere. quantas

Condit opes tellus:ubi longa uolumina Bethys
Flectit:agens humiles malacenſi a littore cymbas.
Hæc memorans gelidis ſenior ſub montibus ibat:
Cum ſonitu puer inſolito perterritus inquit.
Quita q̄ſtio ubi ſcribitur Italia. Heu quianam fragor obſcuris īmurmurat antris?
Iam ne erebi ſumus inforibus? Iam nunciat orcus
Illa horrenda Pater ſtygis illa ardentia tecta
Hoc ſtrepitu:padus eſt padus eſt audentius inquit.
Ingredimur fines italos.ſub montibus altis:
Incipit & ſaliens prærupti e uertice ſaxi
Vnda abit in præceps:fundoq; illiſa per antrum
Mugit:& irrorat pluuiali aſpergine cautes:
Mox fugit Italiam uerſum.ferturq; citato
Amne per inſubres:adriaq; humilemq; rauenam
Montanis loturus aquis:& flumina uaſto
Multa ſinu adriaci laturus in æquora ponti.
Gallia pars prior Italiæ ſuperimmnet olim
Cognomen ſortita togæ noua nomina gentis
Accipit a cultu ſcythicæ:cui plurima toruo
Barba feri argumentum animi pendebat ab ore.
Tenditur ad læuam magnis germania campis
Oceanum:boreamq; petens:ubi littora cimber
Incolit arctoum longe porrecta ſub axem.
Sed deus hoc latus Italiæ circūdedit altis
Molibus:ut rhenus curſu uiolentus:& unda
Præcipiti rhodanus procul excludantur:& iſter:
Nam coniuncta pado fierent tot flumina uaſtum
Aequor.& abſorptos tegerent maria undiq; campos.
Hic albæ ductæ a niuium candoribus alpes
In cœlum capita alta leuant.de cautibus imis
Exiliunt magni rauco cum murmure fontes
Impleturi amnes rapidos.hinc larius ingens:
Hinc uitreis ticinus aquis:hinc montibus altis
Olius erumpens.& leni Mintius unda.
Ipſe ſatus patre benaco per paſcua ſerpit
Et Mantoa ſinu complexus mœnia magno
Eridani ſe iungit aquis:ubi fama leonem
Vandalicas placaſſe iras:odiūq; tyranni.
Hinc Ateſis ſyluis oneratus & abiete:rauco
Impete præcipitat cæſo uada conſcia cimbro.

ALFONSVS

Multiiugo contra dorſo Apœninus in auras
Aeditus/& longo fugiens per nubila tractu
Diuidit italiam. populiq; utrinq; feroces
Circũhabitant.qua barbarico pertunditur auſtro/
Sunt Lygures/ſunt tyrrheni/forteſq; latini/
Gens regum diuumq; ferax ubi martia Roma.
Q ua nulla urbs toto dominata eſt latius orbe.
Et campanus ager.cui ueſtro a ſanguine reges
Imperitant uſq; ad calabros ſiculáq; carybdim.
Q ua uidet auroram fluctus agit adria uaſtos.
Q ua latus obuertit gelidis aquilonibus altum
Veliferas uehit effuſo padus æquore puppes.
Et ſinuoſa trahens flexis ueſtigia ripis
Frugibus egregias operũq; laboribus urbes
Alluit.alpina tumidus niue ſæuit:& iræ
Impatiens fracto in uirides ruit obiice campos.
Nos eius comitamur iter:phaetontidas undas
Iamdudum inſequimur.lati uada curua ſecundum
Liquimus emilium dextra/uenetũq; ſiniſtra
Sed iam conuerſo in montem deflectimus antro
Flãminiam ſubteruecti. collemq; ſubimus
V nde ruit ſaxoſa iugis claterna niuoſis
Hinc aponi fons ille uetus toto inclytus orbe:
Q ui meminit iactam Romano a Cæſare ſortem/
Exit in euganeos colles.fluuiũq; calentem
Sulfure porrectis in cœlum e montibus haurit.
Nec procul hinc etruſca uado corſena tepenti
Voluit aquas:& fumiferum pluit undiq; rorem.
Flecte oculos.uiden egreſſum de marmore fontem
Nitroſo ſaleconditum :per ſulfura longum
Flectit iter/curſumq; citans ſe accendit/ & ignem
Concipiens exit gelidos ubi felſina montes
Mittit ad Etruſcos auſtriq; tepentis ad axem
Terra metallorũ genitrix/& mater aquarum
Et theſaurus opum nutrixq; uberrima frugum.
Naturæ genitale aruum/ſub principe diuum
V na ingens domus eſt mundus / tegit omnia cœlum
Latius/& magnis elementa amplectitur ulnis.
Sub cœlo minus ampla leues tentoria flammæ.
Aura maritalis thalamus / maris unda cubile.

Acta uiri/tellus coniunx deus omnibus autor.
Ipſe ſedens alta cœlorum in puppe gubernat
Qua libet intorquens dextra omnipotente carinam.
Quid eſt deus. Nam deus eſt imenſa/omni ſine corpore ſimplex/
Viua/æterna/potens/uigilans/diffuſa per omnem
Corpoream molem ratio/ſimul omnia quæ ſunt
Quæ in cauſis uentura latent:quæ ſuſtulit ætas
Iam finita/in ſe cernens/æquabile cuntis
Numẽ/& affectu uacuum/dum conderet orbem
Iſta maritauit:fœtũq; parauit ad omnem.

LIBER SECVNDVS.

ALIA GRANDILOQVO MEmorans audentius ore/
Vmbroſum carpebat iter/cũ turba repẽte
Ingruit a tergo icrepitãs/uelut agmẽ aq̃rũ
Quas boꝛ̃as nibosus agit/uel turbie rauco
Aphricus in ſũmos iaculatus fulmina montes.
Subſtitit admirans ſenior.uultuq; ſeuero
Cogitat.obſeruatq; oculis ac pectore firmo
Tam grauis euentum ſtrepitus. Ruit ecce ferarum
Effigiem ueſtita cohors.crebroq; coruſcans
Igne tonat. pars ora canum pars ora luporum
Porrigit in longos rictus.terga hiſpida/toruum
Lumen.& aſtricti lato ſub pectore uentres
Pubetenus:tortos caudæ ſinuantur in angues.
Et q̃q̃ iuuenis tali duce & auſpice tanto
Innocuum cognoſcat iter/tamen horret/& alto
Corda gelu tremuere pauens ex aggere ſeſe
Proripit extemplo.& uiſu non ſuſtinet umbras
Terribiles:raptoq; oculos inuoluit amictu.
Queſtio ſexta de natura d monũ. Et quorſum fragor iſte Pater.quid auernicus inquit
Hic ſibi uult chorus?atq; ferarum hoſtilis imago?
Tum ſenior quæ tanta tibi ueſania clamat
O uulcane?pios manes tam atrociter urges/
Quos pater unius curſu trieteridis acto
Transferet in ſuperos?Non ſunt mauriue arabesue
Quos rapitis genus eſt noſtrum.uideo ora liquore
Tincta ſacro/fideiq; agnoſco in pectore ſignum.

Pignus habent cœli:nec ſunt ad pabula ditis
Progeniti:nuper noſtris cecidere ſub armis
Dum iacit excelſa contos eliberus ab arce
Parce piæ genti. Perſas prædare ſyroſq;
Immanes prædare Arabos:permiſſa furori
Illic lora tuo. quos non dignatur olympus
Luce ſua procul eiectos concedit auerno.
Non ſecus ac memorat aquilam detrudere nido
Pignora quæ nequeant acies attollere in orbem
Solis & ætherei quibus eſt graue lumen olympi.
His perculſa cohors ut contemplata decorum
Maieſtate ſenem fugit pede concita uerſo.
Non ſecus ac dammæ plæbs indeffenſa fugaces
Aut imbelle pecus lepores cum forte leenam
Vel ſpartam uidere canem. conuerſa repente
Præcipiti dant terga fugæ. preſſiſq; ſubintrant
Auribus obſcuri nemoraſa ſilentia ſaltus.
Tum ſenior dux ille chori furialis acerbus
Dum ſtabat iouis imperium dum falleret orbem
Et uenus & mauors & cætera turba deorum
Ante hominum ſacro reparatam ſanguine gentem
Mulciber & uulcanus erat qui ſæua tonanti
Fulmina cudebat. Lemni regnator & Etnæ.
Nunc rapit errantes animas quæ corpore functæ
Aereum per inane uolant. comes additur illi
Antiquus niger ora ſterops & faucæ cloacam
Semper olens Brontes oculis & nare Pyragmon
Flāmeus & clamans lato ferus ore Boaphon.
Mōſtra horrenda animas gaudent terrere minando
Seu ſtagnum luſtrale petant ſeu perdita regna
Ditis & æternis ululantia tartara pœnis.
Nec ſolum hos crede in ſimiles exire rapinas.
Quotquot erant olim falſi ioue principe diui
Agmina mille uolant cuneiſq; per aera factis
Sorte datas gentes adeunt. hi pontica regna
Hi ſpoliant mauros alii prædantur erembos.
Aſſyrios alii penetrant. atq; indica longe
Oppida nil tutum eſt. campos montanaq; luſtrant
Concutiunt nautas:tempeſtatūq; procellis
Inuoluunt freta:tellurem populantur:& auras

Irati uento inuadunt. conuellere montes
Eſt animus niſi crudeles compeſceret auſus
Vis ſuperum, terram rabies infrenis & omnes
Terrigenas iam pridem alto imerſiſſet auerno.
Q uoad poſſunt ſcelus omne modis in pectora miris
Inſinuant docti uarias effingere formas.
Et quotiens opus eſt auras in corpora docti
Cogere, mentiri, ambiguis illudere uerbis.
His ex orbe dolis prædam atq; ampliſſima toto
Furta legunt, ui blandiciis, & fraude potentes.
Non aliter q̄ ſi hoſtiles populator in agros
Cum bellona fremit, martiſq; licentia regnat,
Miles eat, turmiſq; hominum pecudūq; coactis
Exultans redeat faſtu in ſua caſtra ſuperbo.
Q ueſtio ſeptima: qui nam eſſent dii antiqui. O Pater adiecit iuuenis, uetus iſta deorum
Progenies hominum ne animæ qui talia quondam
Nomina ſortiti uel forte potentior ulla
Spirituum natura fuit: num credere dignum
Q ui reſponſa dabat delphis, Pæana fuiſſe
Q uem latona ioui peperit cum uirgine luna?
Tunc auus, audiſti nobis cum naſcimur, addi
Par larium? genios etiam dixere latini
Hi mortalem hominem primo comitantur ab ortu.
Et ſtudia in diuerſa trahunt. quod in hercule factum
Fingitur, omnibus eſt nobis cōmune. uoluptas
Omnibus & uirtus nobis certamina ponunt
Hi duo ſunt genii, quorum qui uicerit, umbram
Poſſidet: & magno uehit in ſua regna triumpho
Nam duo regna deus ſtatuit, cœleſtis olympi
Vnum aliud terreni erebi ditiſq; profundi.
Regna ſuperna petit uirtus, inferna uoluptas.
Illuſtres animas quæ poſt ſua fata relinquunt
Nomina magna putant homines alio quoq; ſæclo
Poſſe quod in uita poterant. ideoq; uocantur
Q uādo aduerſa premunt. & quæ ſuper aſtra ferunt?
Inſignes pietate animæ meritiſq; potentes
Magna ualent: & opem poſſunt præſtare uocatæ.
Sed quæ regna adeunt plutonia, in igne ſepultæ
Aeternum ægrotant. Hæ ſi fortaſſe uocantur,
Lar malus illarum uitæ comes omnia doctus

Iugeritur ſimulans umbram/quæ in uota uocatur.
Et rude reſponſis hominum genus irretitum
Ambiguis ludit. ſic numina falſa recepit
Credulitas humana. ideo miſeratus olympi
Rector ab hoc errore hominem poſt multa retraxit
Sæcula: ne æternis p̄merent ambagibus orbem
Tartara. & ammiſſa iam maieſtate fugari
Ex adytis ariſq; lares reſponſa uetantur
Publica ut ante dare: & uerbis illudere uulgo.
Sed tamen ingeniis acres uſuq; periti
Moliri non pauca ualent. & plurima nauant
Probra per inſidias. hominiq; imponere gaudent.
Ergo infelices animas plutonides umbræ
Corripiunt/longiſq; trahunt in tartara pompis.
Ad plutonem aditus patet undiq; / & undiq; ad aſtra
Spiritibus quibus ante chaos loca rector olympi.
Deſtinat hæc: tum prorumpens in uerba repente:
Queſtio octaua. d̄ p̄diſtina/tione.
Cur paribus diuerſa animis loca rector olympi
Deſtinat hæc Alfonſus ait chaos ante creatum?
Iuſticiæ ſi tanta deo cuſtodia/mundum
Equali ſi lance regit/cur iudicat ante
Omne operum fas atq; nefas? elabitur ergo
Cura/labor/meritum. fruſtra uigilantia fruſtra
Relligio/fruſtra pietas/opera omnia fruſtra.
Nec uicio utilior uirtus/nec dicere paſſus
Plura ſenex hæc mortalis temeraria uulgi
Sunt cōmenta inquit/quibus exercentur & ipſa
Corda uirum p̄clara pari circūdata nube.
Nunc quæ ſcire hominem fas eſt/Alfonſe docebo:
Cætera cū cœlo ſuperos intraris aperto/
Clara futura. deus liber neq; recta uolendo
Proſequitur/ſed recta facit: ſine lege uoluntas
Illa æterna/illa omnipotens/illa omnia uerſans
Non agitur/ſed agit. quicquid deliberat/æquum eſt.
Humanas hucuſq; licet ſe attollere mentes.
Altius/annquæ ſcelus atq; ſuperbia matris.
Talia per tenebras memorans audentius ibat
Cum puer æthereas animas deſcendere ad orcum
Concilio & cœtu ſuperorum ac rege relicto
Indignum ratus/ambiguo ſic incipit ore.

Queſtio nona de beatitudine.

Vos Pater excelſo cœlorum in culmine ſanctas
Qui colitis ſedes. animas ubi dulcia paſcunt
Ocia cœleſtes/quotiens inferna relicto
Regna deo petitis/triſtemq; uenitis ad orcum
Interea cœline dapes cõuiuia diuum
Perditis/& dulces uitæ interrũpitis annos?
Paſtor ad hæc. Non ſunt quæ nos fecere beatos
Sidera/nec cœlum. neq; dia relinquimus ora
Perpetuis fœcunda bonis/cum labimur axe.
Noſſe ſat eſt. qui nouit amat/pulcherrimus autor
Orbis/ut arcanum nos in penetrale recœpit/
Tum noua lux diuorum animis illapſa repoſtas
Ingentis formas ſimulachra leuiſſima rerum
Diſiicit & raptas mentes attollit in orbem
Lucis inacceſſæ/iubar immortale. quod ipſis
Cœlitibus ſolis cum uult apitur/& uno
Explicat obtutu quæcũq; in corpore quondam
Scrutari uoluere modis fallacibus umbræ.
Nam deus eſt (Alfonſe tibi cœleſtia pando
Nunc arcana nefas uiuis/ac dite ſepultis)
Mundus/ab hoc qui ſub rerum fluxu atq; refluxu
Aſſidue fugit atq; redit/cadit atq; reſurgit/
Longe alius. uiuunt illic homineſq; feræq;/
Terra/fretum uenti/atq; ignes/& olympus/& aſtra:
Et quæcũq; deus mundi produxit ab ortu.
Pluraq;/nam mundo diuina potentia maior.
Sed nihil eſt illic titubans/mutabile fluxum:
Nam ueluti ſi quis terrena animantia fingat
Ex auri ſplendore faber/uitamq; per artus
Influat/una omni ſpecies erit aurea mundo:
Non eadem natura tamen. diuerſa ferarum/
Diuerſa æquoreæ ſobolis/diuerſa uolantum.
Sic ubi in æterno uiuunt animalia mundo
Omnia ſunt diuina. nihil quod deleat ætas.
Omnibus ora tamẽ ſua ſunt. neq; tempora mõſtrant:
Tempora & ætates rebus dare ſola uoluntas
Et monſtrare poteſt: illic/quodcũq; futurum hic.
Quod fuit eſt. iſte illius tenuiſſima imago.
Illic Troia manet/ſimul expugnatur/& ardet/
Et tollit recidiua caput. Modo fulminat atrox

Fimbria:& interitus miſeræ nouus ingruit urbi
Sylla iuuat:ſtructiſq; locat noua pgama muris.
Inſequitur Meleager aprum. Venabula Nemrot
Vibrat.& Alcides lapithas domat & centauros.
Græcia cum Perſis pugnat. Pellæa iuuentus
Arſacidas expugnat adhuc.feſtinat ad indos:
Et metatur apud ſtagnantem mœnia nilum.
Naſcitur Aeſonides.pelagus noua nauigat Argo.
Naue petunt Gades tyrii.Salamina relinquit
Teucer,& antiqui comites Antenoris alto
Iactati ſubeunt phrygiis uada bethyca remis.
Ammittit ſua Geriones armenta tricorpor.
Bella gerit Pœnus,pmit obſidione Saguntum.
Roma tremit.ſcandunt ſenones capitolia Galli.
Nauigat in libyam Dido. Carthaginis altæ
Fundamenta iacit:domito garamante ſuperbit
Imperio late miſſo:ſuper æquora labens
Cum flāmis Romanus adeſt.deleta ſepulchrum eſt
Birſa ſibi gentiq; ſuæ. per gallica Cæſar
Regna furit iunctis trabibus iugat æquora Rheni.
Vexat adhuc noſtros alacer ſertorius agros.
Gentis ad excidium ſolymæ Titus agmine magno
Tendit:& ultrices aquilas attollit in altum.
Cingitur oceano tellus.medioq; receptum
Ipſa ſuo oceanum gremio diffundit ad ortum
Solis,ad Andromadæ ſcopulos. & amazonas ultra
Miſſus,ab Europa libycum diſterminat orbem.
Et tractu maiore Aſiam.tria maxima mundi
Membra.ſuis etiam gelidæ cum uallibus alpes.
Et rigui fontes.iugiq; pennia curſu
Flumina,& æſtatis torrenti in gloria cœlo.
Sunt ſaltus,eſt omne auium genus,atq; ferarum.
Per campos armenta etiam florentia tondent
Paſcua.circūdant auræ mare,& aera flammæ.
Et caua ſtellato tegit omnia machina mundo.
Quid deus. Hæc deus eſt.ſunt iſta deus.deus omnia namq;.
Propterea deus eſt mundus ſine corpore,uiuens
Semper,& æternis in ſe hic habitauit ab annis.
Cum ueniunt illuc quodam quaſi montis ab alto
Culmine contemplatæ animæ ſpectacula mundi.

Admiranda noui, ſiſtunt ueſtigia, & omnes
It ſtupor in ſenſus, qualem ſi in nocte profunda
Natus & integros aliquis nutritus ad annos
Extemplo maria & terras æſtate uirentes
Et uolucrum genus, & pecudes, hominumq; labores
Cernat, & ardenti titanem aſcendere curru,
Conciperet: diſci ex minimis ſi ingentia fas eſt.
Ex uiſu conceptus amor quo tota repente
Mens accenſa calet, rapidis incendia flãmis
Tollit inardeſcens ſemper magis. ignea tandem
Corda facit uelut undantem protecta ſub aetnam
Ferrea fruſta bibunt ignes, atq; ignea fiunt.
Hinc noſtri dixere patres empyrea regna.
Hinc cœlos antiqua ætas appellat olypum.
Nam flãmis atq; ignẽ micant illa ardua mundi
Tecta: ubi cœlicolæ campis ſpaciũtur apertis:
Hæ menſæ noſtræq; dapes, amor atq; uoluptas.
Hæc opera, hæ curæ ſuperis. ex mente reuulſum eſt
Quicquid opum quicquid regni poſſedimus olim.
Nec reuocare animos nec ſe cohibere facultas,
Vt dulcem hunc ſtimulum mens inflammata recepit.
Mortales curæ inſtabiles, quia nulla capaci
Res animo terrena ſatis. nec frena ſuperbos
Quadrupedes niſi dura domãt. tenet ãchora magnas
Non niſi magna rates. Nos numinis una fruendi
Cura alto ligat æternis in amore catenis.
Hæc ſenior. Proles iterum ſic Regia fatur.

Q ueſtio decima đ lõgitudi/ne & bre uitate ui tæ.

Eſt aliud quod terrigenæ mirantur, & ipſum
Me quoq; dum uarios caſus & fata reuoluo
Incertum ſuſpendit adhuc. Tu ſancte Sacerdos
Cui cœlum cui terrã patet. da ſcire latentem
Tempora quæ tantum uariat fatalia cauſam.
Cur mea ſub metum primæ lanuginis ætas
Deſinit: in plures aliis extenditur annos.
Vt Pylio de Rege ferunt: qui ſæcula uoluens
Iam tria quinquaginta altas ad ꝑgama puppes
Duxit adhuc armiſq; bonus: patienſq; laborum
Militiæ: facundus adhuc: nec mole ſenectæ
Conſilii uel mentis inops: nec ſegnior æuo.
Annoſiq; patres mundi primæua recenus

Progenies cani ſeros uidere nepotes.
Et uetus ille auri diues ditiſſimus æui
Heſperiis quondam Rex Argāthonius oris.
Et quem fama refert hyemes uidiſſe trecentum
Durum martis opus ſtrepitūq; ſequutus & arma
Gallorum ſub rege diu/quaſi fœdere facto
Cum uita/cum morte/ipſo cum principe diuum
Longam æui traxere moram. ſeroq; ſepulti
Innumeros uidere ortus obituſq; ſuorum.
Sanctus Abel quaſi uirgultum quod uere tepenti
Soluitur in flores teneris euanuit annis.
In cunis alii primoq; in limine uitæ
Ac ſi pœniteat diuūq; hominumq; parentem
Cœpti operis/reddunt animas/retroq; citati
Prolatos reuocant intra mundi hoſtia greſſus.
Talibus orabat dictis recaredica proles.
Cum ſic paſtor ait/cœli tibi debita poſtq̄
Regna puer/noſtroq; uenis fruiturus olympo/
Liberius tecum nobis licet omnia fari.
Ille ſacer mundi uertex ubi ſidera uiuunt
Semper/& accenſi ſeptem ſplendoribus orbes/
Tanta ualēt ſuper ægra hominum & mortalia mēbra
Vt morbos & fata ferant.noua uiribus aſtra
Imbuit his pater ipſe:ſuam præcellere tanta
Maieſtate domum uoluit dum cogitat artis
Incorrupta ſuæ generi monumenta futuro.
Et q̄q̄ cœli arbitrio præludia mortis
Sidera diſpenſent morbos: tamen autor olympi
Cum libet auertit radios.prohibetq; periclum
Sæuire in teneros fœtus/ut debile gramen
Frondibus oppoſitis olitor defendit ab æſtu.
Vel ſi forte iuuat/dum cœli noxius ardor
Præteriit/fœturam aufert alioq; reportat.
Nam neq; cum diri labuntur ab æthere fluxus/
Omne ſolum inficiunt/uerum loca certa furentes
Accipiunt cœlorum iras.intacta ſuperſunt
Plurima:quo ſi diuum aliquem cuſtodia tranſfert
Protinus euadit labens a ſidere fatum.
Non ſecus ac fragilem e flāmis ſubducere teſtam
Figulus.atq; pater natum depellere ab ictu

Impendente poteſt triſtemq; auertere caſum.
Sed tamen affectus alios quoq; ſemen & aluus
In ſobolem tranſferre ſolent:ut teſtea uaſa
Ignibus ex aliis aliaq; uligine terræ
Accipiunt alios habitus/aliumq; colorem
Hinc aliorum alii mores/diuerſaq; ſurgunt
Ingenia/ut iunctæ fingunt noua corpora cauſæ.
Et q̄q̄ membrorum animis natura repugnet/
Et trahere inuitos ſecum nitatur in omne
Q uod ſenſum delectat opus tamen omnia mentis
Arbitrio/niſi ſegniciem ſectata relinquat
Imperii ſceptrum & regni diadema/geruntur.
Ergo ĩmortales animi terrena ſequuntur
Corpora / & à prima ueniunt uligine rixæ/
Gaudia/mœrrores/metus & ſine ſanguine torpor.
Hinc ſtudia/hinc mores/& mille coloria ſurgunt
Vota per ambiguos hominem rapientia caſus.
Hic ueneris ruit in furias:ſequiturq; canoram
Terpſichoren.hinc ille furens Leandrius ardor
Nec mediis extinctus aquis. hinc ſeſtias Ero
Ebria Leandro/percuſſa cupidinis auro
Terrificos alius conos/martéq; ſuperbum.
Q udrupedéq; agit in gyros haſtamq; trementem
Vibrat/& armatos fertur moriturus in hoſtes.
Aeacida Telamone ſatus.Salaminius Aiax
Talis Achilleides Pyrrhus/Priamcius Hector
Talis/& Aeneas patrumq; Alfonſe tuorum
Progenies/attrita armis/exercita ferro.
Inueſtigat opes alius/ſub diuite tecto
Viuit inops/nec habet quod habet.miſerabile nūmi
Mancipium.ſic argenti cumulator & auri
Craſſus.& improbior Craſſo/qui uulnere graecum
Seminecem aggreſſus plumbo caput enſe reuulſum
Farſit/& affixum tereti circūtulit haſtæ.
Sunt q̄bus eſt honor omne bonū / & p̄ſtātibus hoc eſt
Ingeniis cōmune ſcelus.Ciuilia ſurgunt
Hinc odia.hinc ardent Marii Syllæq; furores.
Graccorum hinc fluit ambitio.Catilina uenenum hoc
Hauſerat:& tanto concuſſa eſt Roma tumultu.
Lina iuuant maculoſa alios/indagine cingunt

Omne nemus. prædantur aquas. per inania tendunt
Retia.ſollicitant ualles iuga/flumina/ fontes.
Hinc glauci cephaliq; labor.per luſtra ferarum
Fulminat Acteon/latratuq; omnia complet.
Hinc ſtructis captiua freti pecuaria clauſtris
Sergius/& magnis Neptunum molibus arcet.
Aedificant alii:atq; trabes ruituraq; ſaxa
Aere iugant/auroq; domos & murice pingunt
Immemores cœli atq; ſui/ſic omnia miſcent
Nullaq; mortales opera intentata relinquunt.
Aſtrorum inſidias deus & cœleſte uenenum
In prolem ſæuire nouam partūq; recentem
Non prohibet/uitæ quotiens iactura ſalutem
Fert animis.& enim parui mortalia pendit
Corpora perpetuas amat ut ſua pignora mentes.
Iamq; tiphernatem tyberim peruſinaq; ſubter
Ibant arua. Pater cum ſic audentius inquit.
Alfonſe audendum hic.Iouis eſt uicina profundi
Regia terrificus tenebrarum hic incipit horror.
Nam triſtes ululare animas mugire Baratrum
Audio/& inuitis uada olentia naribus hauſi.
Forſitan ingreſſu primo pauor irruet/ umbras
Cum cernes uiſu horribiles/& inania formis
Ora ſub obſcuris/gentemq; errare ſepultam.
Nil tamen eſt hoſtile.animæ ſpaciantur:& annos
Mente putant ueteres/ammiſſaq; tempora uoluunt.
Hic tandem/quod debuerant dum uita manebat/
Conuerſis in cœlum oculis/& ſupplice uultu:
Se agnoſcunt:piget & lugent & pectora tundunt.
Horrori ſola eſt nouitas. famoſa per orbem
Regna erebi/quis non ſaltem ſemel omnia/quando
Tutum credat iter:ſtudio inconceſſa uidendi
Perluſtrare uelit? ſtygiūq; inuiſere mundum?
Aude ergo:ac præſenti animo loca ſingula ſerua:
Depræhendes hinc eſſe deum.& mortalia caſu
Non fluere incerto:fortunam & fata uidebis
Inualidis contra arbitrium conatibus ire:
Ac iuſte puniri hominem:qui iura deumq;
Spreuerit.& q̄q̄ ſuperis dum ueſcimur auris
Vna habitent ſcelus & uirtus: tamen omnia certis

Orbe alio dirimenda locis.fore p̄mia laudi.
Et delectum operum ac meritorum examē habēdum
Non procul ad læuam frigens & ſqualida mortis
Sub ſoracte domus/cui dum regnaret/apollo
Præfuit.Hirpini montem coluere ſabini
Manibus & diti ſacrum:ſoliti ire per ignes
Hirpini/& nudis calcare incendia plantis.
Mortales hucuſq; licet protendere greſſus.
Vlterius prodire nefas. uitalibus auris
Terminus hic. mors hæc ideo confinia ſeruat
Imperium extendens hinc uſq; ad limen olympi/
Regna ubi luna ſuo mortalia terminat orbe.
Ad dextram locus umbrarum/quæ flumine ſacro
Non lauere nefas primum. qui attollitur arcus
Ille ingens contra ſūmoq; in limine flāmis
Lambitur atq; globos nebularum eructat olentes/
Porta domus ſtygiæ:ſub qua Plutonia late
Regna latent uaſtis altæ ſub ſidere libræ
Preſſa uoraginibus.ſqualentq; adopta latebris
Irremeabilibus regnata ſatanibus antra
Arctoæ penetrant rupis latus hoſtia quinq; :
Vnde redundantes ubi compleuere lacunas/
Quinq; ruunt amnes/ſpumantēq; egerit æſtum
Illinc ſurda palus/iterūq; recurrit in auſtrum
Ima magis/magis ima petens conuulſa reclamant
Saxa:tremunt ſcabræ cautes:& flumina tandem
Tartaream penetrant chaos in ſcrutabile noctem.
His dictis mouere gradus.ut limina contra/
Aſtitit Alfonſus gelidæ male olentia mortis:
Subſtitit:& tenebras oculis ſcrutatus inanes
Proſpicit excurſus piceo ſub fornice longos:
Incertāq; diem:calligantesq; receſſus.
In medio accumbens ſuper alta cadauera monſtrum
Corpora lambebat fluido ſtillantia tabo.
Monſtrum ingens:cui flexilibus frons orba colubris
Cingitur.effoſſi liquere ſedilia dentes
Concaua:truncatis deformia naribus ora
Oſtendunt inhoneſta caui duo uerticis antra.
Occiput aure caret.geminæ ſed utrinq; cauernæ
Semper hiant:tetroq; fluunt in peſtora tabo.

Verticis os glabrum/ceruix nodoſa.lacertos
Nulla ligat iunctura humeris.ſine uiſcere coſtæ.
Arrida membra ſonant motu colliſa ſub aluo
Tecta ſepulchrales hydri poſuere.cubantq;
In thorace cauo coluber/nepa uipera/buffo.
Stant famulæ circum dñam pallorq;/timorq;/
Et dolor/& peſtis/quæ nigro armata ueneno
Obuia tranſadigit letalibus inguina telis.
Alciden dedit ipſa neci/qui uicerat hydram/
Qui laphytas/qui centauros/& cætera monſtra.
Atq; tridentifero febris metuenda lacerto/
Vulgatum & cõmune malum/quod fortia ſternit
Corpora/& extremis gaudens/nunc ignibus ardet/
Nunc tremulo contracta gelu ſtridentibus alget
Faucibus/& quærit frigenti incendia tergo.
Et tenuis ſine uentre fames.& ſemper hiulca
Fauce ſitis qua dum noſtris pro finibus olim
Belliger Orlandus mauros contunderet armis/
Occidit:inuictus bello ſitis arruit æſtu.
Et laxata manus:plantas nodoſa tumentes
Nobilium morbus:medicos riſura podagra.
Omne maraſmorum genus.& ſine uoce ſynãche.
Improba mordaci ſerpens prurigine lepra.
Et caput inuoluens nebulis læthargica moles:
Ferreus:& medica ſopor incurabilis arte.
Et mentagra cutem maculis uariata cruentis.
Et phlegethontæo ueniens a flumine cancer:
Dira lues populans artus liquor ignibus ardens.
Et ſenium uitæ occaſus:medicabile ſola
Morte malum.lux deficiens:contermina nocti
Succedit cui nulla dies.conſurgit in armos
Et cadit in pectus.rugis arat horrida membra
Laxa cutis.tereti male ſuſtentata bacillo
Corpora circũfert genibus titubantia laſſis.
Innumeræq; aliæ:quæ circum uiſcera paſci
Aegra ſolent.hauſtiſq; animas excludere membris.
Sunt etiam quæ aconita legant in cotibus orta.
Snnt quæ lecta ferãt ſcythicũ ꝑpe Thermodoontem:
Et ſtygiis imbuta uadis teſtudine ab alta
Gramina ſuſpendant.uiroſi infamia ponti

Gramina:quis olim Medæa uenefica matris:
Docta ſcelus/necnon ithaci ducis hoſpita circe.
Et ueneris quondam furiis agitata calipſo
In uarios uultus homines mutare ſolebãt.
Hæc regina iubet ferri ad conuiuia regum
Cum genio indulgent/molli cum ſpũmat hiacho
Inter fumantes epulas/& uiſcera crater.
Inſidiæ/fraus/atq; dolus/lœtalia portant
Hæc Xenia:& flauo circũlita melle uoluptas/
Prima miniſtrarum uerbis applaudit/& ora
Blandiciis aperit/plenoq; ingurgitat auro.
Diſcerpi membratim homines congeſtaq; paſſim
Inteſtina/ſolum ſparſis late oſſibus albens/
Et concreta luto ſanies & tabidus humor
Inuiſa atq; horrenda oculis ſpectacula præbent:
Olfatumq; grauant.odor eſt teterrimus antro:
Qualem buſta cauis ſpirant congeſta ſepulchris.
Circũappenſa gerit piceis domus aſpera tofis
Scabra cruentatis olim mucronibus arma.
Arma quibus fama illuſtres belloq; ſuperbi
Occubuere duces. Mars implacabile monſtrum
Dira lues hominum/mortiſq; erebiq; miniſter
Triſtibus e bellis rediens ſuſpenſa relinquit
Sedibũs his æterna operum monumenta ſuorum.
Hic cernuntur adhuc priſca iouis arma gigantum
Cæde/paleſtimo dauidica ſanguine tincta
Spicula/troiano macedonica.perſica mœdo/
Attica thebano.& totiens Romana libyſſo.
Scuta tot & phagos teretes/haſtaſq; abiegnas
Et tot amazonias tela inter parthica lunas
Fert paries/flauas quot habet noua meſſis ariſtas.
Multa quoq; ex belli magno tranſlata tumultu/
Quod populi heſperiæ longos geſſere per annos
Perfidiam contra libycam fraudẽq; eliberam
Inſtrumenta necis uexilla/haſtilia/& enſes
Et galeæ & clypei/& ſquãmis thoraces ahenis.
In quibus agnoſcens maiorum inſignia dextram
Suſtulit/& dulci patrum lachrymatus amore/
Hic quoq; ſunt Alfonſus ait monumenta parentum
O Pater Audenti.Mors ergo illuſtria facta

Non abolet. ſuperat uirtus & gloria mortem.
Tum ſenior nimirum inquit poſt funera ſemper
Viuit apud ſuperos. & habet ſua pmia uirtus.
Sed quæ mortales claris decora alta trophæis
Pyramides arcus, ſtatuas, & ſigna coloſſos
Saxea, componunt formis uel ahena ſuperbis,
Vna miniſtrarum mortis depaſcitur ætas.
Nam deus his dedit ætates, & tempora, uirtus:
Non habet ætatem: morti quoq; tempus & ætas
Certa manet, quæ mox ut erit labentibus annis
Acta, cadet monſtrum, & deformia membra fatiſcent
In cineres. ſimul & morborum exercitus omnis
Euaneſcet, ubi flãmarum emiſerit undam
Vaſtatricem orbis fracto deus ultor auerno.
Hic & apud ſuperos igitur pclara tuorum
Stant monumenta patrum. exuuias en aſpice gentes
Vandalicæ, Romæ euictæ, quæ uicerat orbem.
Hæc ſpolia e gallis. hæc eſt germanica pda.
En ſiculi maris. en ſardoi. en Parthenopæi.
Flecte oculos. hi ſunt libyci certaminis arcus.
Iſta britãnoꝝ ſcuta. hæc haſtilia maurum.
Hæc tormenta acres numidæ exercere ſolebant.
Venit hic ex pœnis aries. Almanſoris ingens
Balteus hic geſtamen erat. quid cætera fruſtra
Cõnumerem, quando ipe uides ſaracenica tela?
Tinctaq; ſæclorum ſeptem ſudoribus arma?

Ferrãtes. Iamq; tua de gente nouus bellator ad arma
Bethyca Ferrantes properat: iam accõmodat armos
Thoraci, caput ad galeas, ad tela lacertos
Afficit: ipe arabos Auicennigenaſq; nepotes
Vellet, ut elata pubes montana ſecuri
Eruit antiquas altis de rupibus ornos.
Gentis aragoniæ ſurgit decus. ĩminet aphris
Vrbibus, ut ſũma ſpeculans iouis armiger aura
Cum uidet alituum turmas errare per agros:
In gyrum natat & forti iam pectore pugnam
Concipiens bello curuos accõmodat ungues.
Ipe potens ultor fidei mauortia uinclis
Colla pmit. maris & terræ dominator habebit
Regnũ ingens procul extenſum. qd Achillea magnũ

Hectora quid memorē?qd ulixem & Neſtora dicā?
Maior hic/ad ſūmos Auguſti aſcendit honores.
Surgit ad imperium.uictas puer iſte per urbes
Iuſticiæ & pacis mores atq; aurea ducet
Sæcula. Nudus adhuc paries quem cernis/ab ipſo
Expectat ueſtiri armis:& habere triumphos
Heſperiæ.nemo ex atauis hoſtilia miſit
Signa tot/aut tantum maurorum in tartara uulgus.
Talibus in mortis ualuis heroa futurum
Laudibus illuſtrant.uenturaq; tempora uoluunt.
Hinc uia picentes.uerſum ſe obliquat/ & auras
Aſpicit excelſis ubi Nurſia mœnibus albet.
Nurſia/quam perhibent alto ſub monte ſibyllam
Claudere/& ex adyto ſortes audire.profundo.
Namq; lacus piceo nigrantem gurgite lympham
Colligit/unde ſolet magico incantata ſuſurro
Tollere ſe nubes.altoſq; inuoluere montes.
Et tonitru terrere feras/& grandine fruges
Perdere/& annoſas uento diſcindere phagos.
Rupe ſub aerea ſcabris horrentia ſaxis
Hoſtia ſunt/quibus ingreſſos uia ducit in umbras
Tartareæ ſimiles nocti:mox lucida tecta
Regales thalamos ſtrataſq; tapetibus aulas
Inuadunt:ubi nympharum chorus ore nitenti
Suſcipit intrantes.niueiſq; amplectitur ulnis.
Hic ſtygii inanes habitant docti ora uirorum
Atq; puellares molli cute fingere formas/
Ordiriq; dolos.umbris & imagine falſa
Hæc ſimulant/hominumq; aures ac lumina fallunt.
Illinc ad tenebras crebi ditemq; ſeuerum
Eſt deſcenſus.habet famoſam herodias ædem
Sanguine tincta manus ſacro.comitata parentem
Filia ſaltatrix ueteres in nocte choræas
Ducit adhuc.illis lemurum ferus agmina Pluto
Mille dedit/quæ mille modis uexare procaces
Non ſinerent animas/ſaluq; per aera ferrent
Aſſiduo/tales pendit laſciuia pœnas.
Crudeles intus flāmæ crudelia carpunt
Pectora.nec requies animis datur ulla proteruis.
Hæc ubi uiſa ſatis/tandem ſe regia proles

Flectit,& aduerſæ uenit ad ſpectacula rupis.
Intentaq; tuens acie uidet ire per amplum
Carceris umbroſi nigro ſub fornice campum
Somniferis animas tenebris & nocte ſepultas.
Hæ q̄q̄ cœlo careant ac lumine Phœbi,
Nil tamen id pendunt quaſi ſub teſtudine cæca
Nati ac nutriti infantes,qui lurida tecta
Eſſe rati ſibi perpetuam patriamq; laremq;
Inde putent exire mori atq; excædere uita.
Tædia colloquiis abigunt.ſpaciantur in amplis
Cryptarum xyſtis ſub toſo & punice cocto
Plurima de mundi cauſis,de ſemine rerum,
De cœlo,cœliq; uiis,de principe diuum
De uirtute graui inter ſe ſermone loquentes.
Hæc antiqua domus ſedeſq; īnoxia patrum,
Quo deus exuta mortalis imagine formæ
Venit,ut inſontes animas referaret ab orco.
Id ſpacium tenebris & ſola nocte moleſtum
Ne locus ante frequens ſtacioq; habitata colonis
Tot priuata dies & deſolata maneret,
A ſenibus primis teneros tradduxit ad annos,
Qui labem ingenitam nullo abſterſere lauacro.
Maximus aſſertor populorum in limine xp̄us
Hoc ſua diſcedens preſſis ueſtigia plantis
Liquit,ut ad ueterem calcato in marmore Romam
Quæ monſtrantur adhuc.magno tunc agmine Pluto
Factus Atlantiadæ monitis de princide xp̄o
Certior,huc properans aditus occluſerat iſtos.
Hic clamatum illud.ueſtras attollite portas
Primates erebi. ſignum pedis aſpice ſancti.
Quod puer ut uidit,teneram reuerentia mentem
Et pietas & relligio lachrymoſa repente
Mouit,& acclius ſanctæ dedit oſcula terræ.
Iamq; propinquabant foribus cum regia proles
Legit in excelſo ſignatum limine carmen,
Iuſticiæ ultrici ſacrum,februoq; tonanti.
Legit:& occultum gemitu exhallante dolorem
Lumina circūfert.centum uidet undiq; portis
Agmina certatim ruere,& ſe infundere circo.
Circus.n.ſub monte capax,& maxima quædam

Area circuitu tangit tria limina magno
Mortis. Limbi, Erebi, longo diſtantia tractu.
Sed tamen hæc inter portis hiat undiq; tellus
Millibus, a ſuperis umbræ quibus undiq; facto
Agmine certatim uelut in mare flumina currunt.
Huc omnes animæ properant. huc omnia tendunt
Sæcula ſpirituum pelagus tellure ſub alta eſt.
Errant attonitæ circum per inane tuentes
Si qua forte uiam inueniant nullũq; uidentes
Effugium: ſcopulis altæ teſtudinis hærent.
Non aliter q̃ ſi uolucres claudantur opaco
Fornice, & extemplo inſolitis clamoribus auceps
Obſtrepat adducto feriens caua tympana plectro.
Ferrea marmoreos attollit ianua poſtes
Fronte ſub excelſa ſaxoſæ rupis, & alto
Tecta ſupercilio porrecti in cornua montis
Flectitur, & circũ piceos labentia poſtes
Sulfura ceruleo ſulcant ſaxa aſpera lapſu.
Exurgenſq; niger fluido uulcanus ab imbre
Surgit in albentes luditq; per aera linguas:
Et latera elambens ſerpit qua labilis humor
Allicit errantes obliquo tramite flãmas.
Hac iter ad lethæarum ſtagna alta paludum.
Atria prima domus ſtygiæ patientia ſeruat.
Nocte dieq; uigil: cui q̃q̃ nomina uocis
Sint data fœmineæ, non eſt muliebris imago.
Alcidæ ſimilis facies, frons data, capillo
Nigricat impexo ceruix. cutis aſpera. pectus
Lato umbone patens altos aſcendit in armos,
Prolatũq; toris ſurgit pubentibus. aluum
Contrahit, ignotum nullo genus indice ſexu.
Hirſutum ſolidũq; femur. trabis inſtar acernæ
Tibia in ingentes talotenus hiſpida plantas
Deſinit. horreſcunt denſis fruticantia ſetis
Brachia trita manus longæuo incalluit uſu.
Effigies procera. grauem de robore ferri
Læua tenet contum. mota uocat agmina dextra
Stentoreo clamore tonans. regnator olympi
Sciret ut intrantum noxas & nomina finxit
Diuino claram ingenio, uiſuq; potentem

Perſpicuo/cui non aquilæ quæ pignora ſoli
Obiiciunt non ſe ualeant componere lynces.
Huic geminæ comites/ſpes & metanoea doloris
Conſcia perpetui/culpæ memor ardet amaro
Aegra animo. lugens oculos humore rubentes
Soluit inexhauſtos. ſedet inter limen & aulam
Sordida triſtis/inops & amictu flebilis atro.
Hæc ſcelerum faſces a p̄ereuntibus umbris
Accipit inſcriptos autorum nomina & urbes.
Diſtinctoſq; locis quo quilibet ordine tranſit/
Soluit/& annitens noctem irrequieta diemq;
Cudit/ut armorum fabri in fornacibus altis
Celtiberi/calybesue ſolent prope bilbilis amnem
Aut ubi dura gelu ſtringit uada pótus iniquo.
Ictibus aſſiduis ſcelera extenuata fatiſcunt
In cinerem/qui dum tracti labor aeris undam
Euomit/expulſus flatu euaneſcit anhelo.
Nam bonus humanæ genius cuſtodia uitæ
Tartareas contra inſidias & bella ſatanum/
Aeternus cum uicta premit iam lumina ſomnus/
Omne legit fas atq; nefas. ſic rector olympi
Iuſſit/& in geminos redigens ligat omnia faſces.
Atq; animæ tradens hæc ſunt tua cætera dicit
Sunt aliena. quibus dictis inſcribitur omne
Corpus:& apparet proprios ſcelus omne per artus.
Furta manus morteſq; gerunt/& cætera membra
Quod fecere nefas/animi inſtrumenta maligni.
Altera (ſpem dicunt) facili minus hernica uultu
Accipit intrantes: uerbiſq; hortatur amicis
Hæc memorans. Quæ uos animæ dementia uſ̄i
Reddidit īmemores? iterum ne occumbere lœto
Forte timor? ſi corporea calligine preſſæ
Ignoraſtis adhuc ueſtrum modo corpore functæ
Antiquum ſcitote genus. ueniſtis ab ip̄o
Patre deo. nihil in uobis mortale relictum eſt.
Vita placens fuit exilium. moribundaq; membra
Carcer erant/nunc exilio/nunc carcere fracto
Vos pater in patriam reuocat. ſcelus igne cremandum
Quod fuit æterno/pietas breue fecit. & amnes
Tranſtulit ad noſtros/quia uult ſine labe reuerti.

Has igitur pœnas imo hæc medicamina poſtq̃
Pertuleritis:erit uobis conceſſus ad aſtra
Curſus.& ad cœlos iter inuenietis aptum.
Hæc docuit germana fides:quam rector olympi
Voce ſatam miſit genus ad mortale regendum.
Fidite ſuccinctum pœna eſt habitura dolorem.
Expectata ſalus nullo cui terminus æuo
Panditur.atq; bonum ſũma ĩmortale uoluptas.
Talibus aſtantes ſuggeſto affatur ab alto
Spes animas:quas diua manu patientia & ore
Conuocat horrentem ſtagni luſtralis ad undam
Nomine quãq; ſuo.portiſq; ĩmittit ahenis.
Audiit Alfonſus cæco acclamatus ab antro.
Cui ſenior:uocat ecce uocat te ianitor orci:
I puer.I cœli paucis eme regna diebus.
I felix.& auum reducem ſaluere iubeto.
Ille ſenis genua amplectens lamenta mouebat
Suppliciter:lachrymiſq; per ora fluentibus inquit
Q uas tibi ſancte pater grates pro munere tanto
Premia quæ tibi digna feram:tu ducis ad orcum.
Tu mihi per noctem horriferam tenebroſa per antra
Solus ades tu arcana aliis abſcondita terris
Tu cœli ſecreta doces.tua maxima poſtq̃
Tam facilem mihi te fecit clementia:rurſum
Pauca orare animi anxietas hortatur & urget
Ad ſuperos rediens pete regna ſororis Eliſæ.
Meq; laborantem in pœnis per ſomnia fingas.
Et fieri mihi ſacra iube miſerabitur umbram
E uigilans germana meam. memorare parenti
Nil opus eſt nati ærũnam.ſatis illa ſuperq;
Se macerans noſtri memor eſt. ĩmo omnia fingas
Læta illi.curiſq; ægram lenire memento.
Ad ſuperos autem cum ueneris omnia diuum
Limina concilia Alfonſo. curſuq; peracto
(Namq; ſcies quando abluero ſcelus igne piandum)
Labere ſancte Pater cœlis. Iterumq; uenito.
Iamq; uale & regnum heſperiæ:patriamq; ſaluta.
Dixit:& ad dextræ prono cadit oſcula uultu.
Annuit his ultro ſenior:ſeq; affore iurat
Spem facte cumulans alacri:& ſermonibus amplis.

Ortaturq; uiam uadat:tamen ille moratur.
Atq; gemens o diſceſſus crudelior inquit
Morte mihi ignotas rapior deſertus in umbras.
Te pater hic/tecũq; abiens mea gaudia linquo.
O ſaltem memor eſto mei/p̃cibuſq; iuuato
Si quid apud ſuperos lachrymæ & ſuſpiria proſunt.
Tandem abit ora rigans fletu/& ſuſpiria fronte
Sæpe trahens uerſa:patremq; ducemq; requirens
Luminibus madidis/ueluti cũ excepta luporum
Inſidiis fruſtra abſentis ballantibus agna
Implorat paſtoris opem/matremq; relictam
Inuocat/illa feri rabiem prædonis auaram
Deteſtata/animo ſobolem miſeratur amaro.
At ſenior loca iam ſuperis uicina tenebat
Cœca per antra uolans/uolucriq; fugacior euro.
Iam procul ætherei iubar aſpiciebat olympi/
Cum lachrymans Alfonſus adhuc tranſlimina ditis
Ibat/& ingreſſus multa inter millia faſcem
Primum rite offert rigidi cenſoribus orci.
Cenſebant tum forte umbras Arethuſia uirgo/
Atq; Agathe mites animæ/Trinacrides ambæ.
Nam neq; qui p̃ſunt erebo/ſimul omnia curant:
Præfectura uices habet & ſua tempora ſeruat.
Suggeſtum ſublime tenent:faſceſq; ſolutos
Acribus inſpectant oculis. Metanoea ſubinde
Colligit attritu domitura piacula multo
Inſpectis igitur meritis/inſignibus umbras
Afficiunt certis/quæ cum uidere miniſtri/
Nam ſemper rapturi animas cenſoribus aſtant/
Ad loca ut indicium faciunt inſignia/raptant.
Alfonſum uetuere rapi. ſed cura nepotis
Aſſeruatur auo/reducem quem in littore cernunt.
Signatus puer ingenti declinat ab unda
Plæbis/& a ſtrepitu lemurum ſine lege furentum.
Suſpicienſq; uidet demiſſam e rupe per umbras
Tergeminam triplici paſcente thryallide flãmam
Lampada lucere. & patientem in marmore xp̃um.
Et ſeriem triſtis caſus/monumenta nefandæ
Noctis.& Herodis nugas. confuſaq; gentis
Iurgia ſacrilegæ:& dicentem iura Pilatum.

Et caiphanteas fraudes,& falſa uolentem
Dicta ſubornatis deffendere teſtibus Annam.
Atq; cruentato circum labentia ſaxo
Vincula myrrhatos latices,menſamq; cadūq;:
Et romana latus tela ingredientia ſanctum.
Procidit in genua. & ſupplex ab imagine pendens
Perlegit inciſum poſtremo in margine carmen.
Non erat ante.uiam deus hanc ad ſidera fecit.
Surgit & auerſus latum circūſpicit æquor
Admirans ſimul atq; dolens.auditq; ſonantem
Flāmarum crepitum. quali e fornace profunda
Saxa igni torquente crepant.fragor undiq; & ardor
Cœcus:& obſcura rutilant incendia luce.
Non aliter q̄ cum media inter nubila nocte
Luna nequit claros terris oſtendere uultus.
Stat dubitans,atq; attonito pauet anxius ore
Neſcit iter,re cunta putat maiora per umbras.
Ecce ſenex modo tranſmiſſo digreſſus ab orco
Inſtaurabat Auus fractas in litore uires.
Qui caput attollens,& enim miſeratus utrumq;
Sic deus affuerat,nati cognouit in ore
Ora patris.ſubitaq; appellat uoce nepotem.
Alfonſe ingeminans noſtro ſate ſanguine ſalue.
Proſilit hæc referens.artus pia cura labantes
Adiuuat. & iuuenem lætis amplectitur ulnis.
Signa magiſtratus legit,& ſibi facta poteſtas
Vt uiſa,in lachrimas fluit,ac rigat ora nepotis
Fletibus,& nequit affectus explere tuendo
In puero genus omne uidet.reminiſcitur omnem
De Regibus hiſpaniarum. Progeniem & magnos antiquæ gentis honores.
Res animo patriæ ſubeunt.ſubit equore cinctum
Gaddir,& extremæ gades,& nobilis iſpal
Corduba præſtantum genitrix fœcunda uirorum.
Barcilon,& latæ quæ dat cognomina terræ
Tarraco ſcypiadum labor. atq; fidele ſaguntum.
Pompeloq; & cultis formoſa ualentia campis.
Et ripis uicina thagi locupletis ulyſpo.
Hæc tacito ſecum ore putans ſpellæa ſubintrat
Proxima littoribus, quo ſtyx irata frementi
Procipitur curſu, & ſpumantem porrigit æſtum.

Ore diu poſtq̄ defixus in ora nepotis
Tandem in ſe rediit compos linguæq; animiq;
Ingemit/& uerſo in cœlum ſic incipit ore.
O dulcem fauſtamq; diem uotiſq; uocatam
Supplicibus: quando hic aliquem de gente meorum
Cernere & affari caſuſq; & fata nepotum
Tandem ſcire datum. Fateor tibi nate/ferebam
Aegrius hoc ꝙ ſolus eram/ꝙ nullus ab orbe
Nuncius heſperio/ꝙ cœca atq; inuia clauſtra.
Mitius (agnoſco clementia numina) mecum.
Nunc agitur. Tu nate mihi uia prima ſalutis.
Iam tecum ſtygias iterum tentare paludes
Non metuit longis effœta laboribus ætas.
Nulla grauis mora/nulla poteſt uia longa uideri/
Difficiliſue aditus. Læti trānabimus ambo:
Et duce me uada tuta leges/facilemq; natatu
Quam diui docuere/uiam per ſtagna uidebis
Q ūeſtio nes aui. — Eia age/quid ſuperi tractant? quæ bella per orbem?
Quæ patruo fortuna/tenet qui proxima gallis
Ac pyreneis contermina montibus arua?
Ferrantes ſatus Alfonſo qui regna recœpit
Parthenopes fatis regna inuoluenda ſiniſtris/
Quid molitur? adhuc pietas antiqua meorum
Me ſequitur: curant etiam mortalia manes.
Sic auus: & contra iuuenis/ſic regius orſus.

LIBER TERTIVS.

m AGNA RVDEM PIETAS SVperum miſerata iuuentam
Dū mihi regnāti puero breue labit̄ æuū
Dōa ddit: q cūta foret numerar̄ moleſtū.
Sat tria/quæ poſtq̄ melius poſt fata recœpi
Iudicium/maiora puto percurrere tecum
Sancte Pater. Grates igitur debemus olympo
In primis ꝙ morte graues præuenerit annos/
Nec ſceleri aſſueui. ſed tum mortale reliqui
Hoſpitium uitæ ambiguæ/cum noxius ardor
Surgeret ætatis: fieretq; nocentius æuum
Iam fidens ſibi; iam ſpretis infrene magiſtris.

Scis patriæ mores:ſcis tempora plena malorum/
Scis iuuenum quotiens cœpit regnare libido/
Ingenium labi/& fieri in ſcelera omnia pronum.
Præſertim cum nulla timor peccata coherceet/
Cum trahit arbitrium leges:quo regia morbo
Maieſtas languere ſolet:ſic factus adulter
Maximus ille pater uatum/ſi dicere fas eſt/
Cui deus a pecudum caulis ad regna uocato
Scire dedit fata ignotis abſcondita ſæclis.
Sic a fratre ſoror ſtupro inceſtata nefando.
Sic ſalomon poſt templa deo fundata triformi
Turpiter in luxus & numina uana deorum
Degenerat:tanta ingenii p̄ſtantia formæ
Succubuit tam paruo ingens ratis obruta uento.
Q d' mihi mox uita functo per concaua terræ
Viſcera per cæcos aditus audentius orbe
Lapſus ab æthereo comitem ſe p̄buit/uſq;
Limen ad hoc/curaſq; graui ſermone leuauit.
Q d' modo cum ſtygias opus eſt trannare paludes/
Tum pater occurunis.qui me tam dulcibus ulnis
Accipis/ut ſuperes ip̄um pietate parentem.
Dixerat ille mihi ueniens ſic eſſe futurum.
Et qđ maius eo/nobis ſemel eſſe natandum

De rebus hiſpaniarum.

Barcilon/& riguis genioſa ualentia campis
Pingue ſolum/læti colles/hiſpanica tempe
Stirpe tua ſceptroq; tui gauiſa nepotis
Ocia ſopitis tandem concorditer armis
Morte mea/dulceſq; trahunt ſine litibus annos.
Namq; ego dum procerum me coniurata repente
Seditio regem ſtatuit/per iberica regna
Belli cauſa fui nolens/nam fœdere fracto
Diuiſum imperium magnos extollere motus
Cœpit/& irarum ardentes accendere flām̄as:
Non ſecus ac freta diuerſis ſpumantia uentis
Cum niger inuaſit turbo/fremituq; ſonoro
Colluctantur aquæ/ſonat æther & æquora grando
Verberat.arrectoq; ferit mare littora fluctu.
Vt nolens peperi/nolens ita bella diremi.

Ferrātes.

Gloria Ferrantis tunc & labor inclytus armis
Enituit primum:& q̄uis inimica moueret

Signa in me pro fratre,tamen quia gloria & ardens
Laudis amor pluſq̄ teneris uſu euenit annis
Non odium iuuenili animo,non cura nocendi
Calcar erat,fieri ludos non bella putabam.
Adde q̄ ut noſti pater,hæc non ſponte gerebam
Bella,ſed impulſus (quid.n.puer auſit) amaris
Circūſtantum animis:uelut actus uerbere turbo,
Parthenopen dominam pelagi:campanaq; regna
Ferrantes quem dicis habet.per iapygis arua
Imperat & fines latæ ditionis ab Aetna
Ad præneſtis agros:& amæni tyburis arcem
Porrigit attingens latium:danaeaq; rura.
Filius & ſocero felix & coniuge:fauſto
Nomine auum referens italis Alfonſus in armis
Fulminat:& nulli regum uirtute ſecundus
Imperium auguſti iam maieſtate gubernat.
Iſtius ut perhibent uentura e ſanguine uirgo
Auſonides uirgo ante omnis pulcherrima nymphas
Nubet ad inſubres fatis Iſabella ſiniſtris.
Nanq; patris primum mox exanimanda mariti
Funere.fraternos obitus (crudelia pluſq̄
Ferre q̄at pectus tenerum infortunia) planget.
Ah miſeranda parens in te lamenta redibunt
Erigones in te halcyones querimonia ſurget
In te populeas referet fortuna ſorores.
Vnaq; tot nuruum ſortem experieris acerbam.
Vincet onus graue mœrorum conſtantia ſexu
Fortior.& caſu uirtus excelſior omni.
Fama quidem fuit:& famæ male cognitus autor.
Difficile Alfonſum paucos genitore ſepulto
Regnaturum annos:proliq; obſeſſa repente
Regna relicturum.proli.cui bella gerenti
Gallica:maturo ſuccedat auunculus æuo.
Publicus hic rumor.ſeu ſint oracula diuum
Seu doceant ſic aſtra.uolans ea fama per orbem
Elatio ut memorant noſtras peruenit ad aures.
Chriſtigenas Otomanus atrox premit: Ellade capta
Imminet Italie.per lapidis atq; timaui
Arua petit uenetos.tremit Adria. Roma ſenatum
Cogit.& inualidis anus eneruata lacertis

Deffendenda malos uocat ad ſua regna nepotes.
Vt quondam pelagi ſub Deucalione redundans
Illuuies ita nunc terram ſcelus occupat omnem
Rara fides: eaq; ægrotans: infirma: labanſq;.
Hoc caput: iſta mali ſemper creſcentis origo
Debilitat uires animorum: & pectora frangit.
Prætereunt anni: ſubeunt noua ſæcula morum
Colluuies in maius abit. ſeniūq; libido
Non timet: & mundo ſcelus arreſcente uireſcit
Talia dicentem ſubito circūſtitit ardor
Aureus. arſerunt imas ingreſſa medullas
Gaudia. ꝑmulcent alacres ꝑcordia flāmæ.
Mœror abit. gliſcunt animi. non amplius umbras
Non ignem: glacíemue timet. non rauca boatu
Fulmina terrifico. quibus indignata furentum
Laruarum rabies latum ſuperintonat æquor.
Q uéo.xi de ſuffra gis mor tuorum. Vnde ait. hæc tam læta pater mihi labitur aura?
Quæ noua lux auxit uires? quæ tanta uoluptas
Suſcitat affectam ſubita dulcedine mentem?
Tum ſenior: ſuperis ubi ſol cadit atq; reſurgit
Iam tibi ſacra dies a funere ſeptima lucem
Primam aperit. uenus orta faces accendit ad aras.
Explicat auratos calices & liba ſacerdos
Nigraq; in albentes profert oraria menſas.
Ad templum parat ire ſoror lugubris: & atro
Veſtitu magis alba pio tibi murmurat ore.
Relligio mouet una omnes: longiſſima patrum
Fratre uenit cū rege cohors. multo igne coruſca
Templa ſonant. Requiēq; altis tibi uocibus orant.
Me quoq; (nam pietas primum tibi morte recenti
Debita: gentiles nō ꝑterit ī memor umbras)
Ac noſtros quos orcus habet: noua februa tangunt
Hæc homines quotiens iterant libamina uel cum
Aere iuuant inopem uel numina ſancta ꝑcantur:
Aut auido minus indulgent obſonia uentri:
(Sic deus edixit) tali perfundimur aura.
Diuinam ſentimus opem: miteſcit auernus.
Exilium decreſcit: habent feſſi ocia manes.
Feſta dies onus omne leuat. licet omnia fari.
Et ſalibus mœſtos crebi compeſcere luctus.

His diuina modis pietas poſt fata ſepultos
Adiuuat:& triſtes orci non deſerit umbras.
Propterea cæſo rediens Machabæus ab hoſte
Immenſum ſolymas argenti pondus ad arces
Miſit/opem ſociis qui cũ uirtute ſuprẽmam
Clauſiſſent pro lege diem. ueſtigia tanti
Sancta ducis ſeri non dedidicere nepotes.
Ecce procul ſulcans auras argentea flãma
Emicat:& lento deſcendit in æquora lapſu/
Sicut apud ſuperos quotiens in nocte ſerena
Stella cadit longo ducens iter igne coruſcũ.
Ecce nouum picea lumen teſtudine lapſum
Lambit aquam. uiden ut lapſu ſuper æquora ſerpens
Porrigitur longo? ſplendorem ãmittit eundo.
Iam credi ſcintilla poteſt. uiſumq; fatigat.
Occidit.officio functum per inane receſſit.
Crebra ſuis ueteres ſilicernia manibus olim
Suppetiaſq; dabant:nunc nulla aut rara feruntur
Orgia:detractis ſordent mantilibus aræ.
Funeribus deſunt lachrymæ. dolet impia ſumptum
Non obitum proles.irreligioſa ſepultis
Poſteritas tenui & rara pietate parentat.
Hinc inopes uiduæq; animæ uada liuida circum
Errantes aditum ad ſuperos & limina nuſq̃
Inueniunt erebi.fruſtraq; feruntur in orbem
Deluſæ labirynthæis ambagibus orci.
Sic auus & iuuenis ſurſum menteq; oculoſq;
Attollens hoc dulce illud tellure ſub alta

Queſtio .xii. de reditu animarũ ad ſuos penates.

Quod fore dicebat ueniens Audentius/inquit
At nunc ſcire datum. Sed tu pater ocia quando.
Læta dies nobis facit:& licet omnia fari/
Dic age qui ſperant animas poſt fata reuerti
Poſſe iterum:ſeſeq; ſuis oſtendere rurſum/
Deſipiunt? An forte erebus ſinit ire ſepultos
Arbitrio quocũq; ſuo? Cum mente reuoluo
Quot deus inuolucris/& quanta ambage uiarum
A cœli aſpectu ſtygerem ſubmouerit orcum/
Cum ſcabros ſilicum ſcopulos & ahena recordor
Limina & exciſos æterno in marmore poſtes/
Vix iter ad noſtros auſim ſperare penates.

Tum ſenior licet hoc inquit tam imane baratrum
Terrificumq; chaos nobis abſconderit aſtra/
Cœlicolæ tamen iſtius cuſtodia regni
Cum præſtare uident/ certos ſua limina adire
Nil prohibent:& nos in agenda negocia mittunt.
Sed manes in uitam iterum reuocare ſepultos
Non ſuperum ſed patris opus qui cōdidit orbem.
Ipſe ego cum grauibus bellis inuolueret omnem
Seditio heſperiam/repetens diſcordia regna
Vix potui exanimis eradicare Megeram
Accendentem odiis populos & regia corda.
Nube latens regum ac procerum conclauia adibam:
Conſiliis occulte aderam:ſub nocte ſilenti
Obiiciens ſimulachra animis/ſuadentia pacem
Somnia fingebam.tandem tuus auſpice tandem
Me genitor belli autorem cauſamq; malorum
Abſtulit.æterno fremerent ne regna tumultu:
Ne conſanguineos reges in uulnera ſemper
Mars traheret/multis datus eſt pro millibus unus
Aluarus. ipſe animis ſtimulos dabat/ atq; uenenum.
Et ueluti exciſis quotiens radicibus arbor
Aruit āmittunt ramoſa cacumina frondem/
Sic ſimulac fuit excluſus uitalibus auris
Aluarus/armorum ſtrepitus cecidere per omnem
Heſperiam/pax atq; quies egreſſa repente
Venit ad ætnæas tyriis a gadibus urbes.
Tunc tuus ardenti gladio metuendus & haſta
Ibat in arma parer bellacis achilleos inſtar.
Et puer Henricus primis erat Hector in armis
Sic igitur ſancto pacem dum proſequor aſtu
Ferrātes. In Coſias deueni arces: ubi paruulus infans
Ferrantes erat in cunis/ſub murice/& auro.
Regia Ferrantes ſoboles/ ſata ſanguine fratris/
Qui quondam rege extincto ſine prole recœpit
Lora ualentini gallis contermina regni.
Ipſe patri tutela tuo me corpore functo
Fida fuit.regnūq; diu moderatus in armis
Claruit/& tandem iuueni inclinatus adulto
Reddidit imperium maius q̄ acceperat. Ergo
Audita hac pietate urbes populiq; ualentes

Delegere uirum:regniq; in ſede locarūt.
Hinc genus Alfonſo:patriis qui egreſſus ab oris,
Venit in Italiam campanaq; regna ſubegit.
Ora tuens igitur generoſæ infantia prolis
Obſtupui:atq; diu ſuſpenſus ab indole tanta
Mirabar q̄tum puero indulſiſſet olympus.
Venturoq; domus noſtræ exhilaratus honore
Talia dicta ſuper picta incunabula fudi.
Creſce:puer,forteſq; ueni bellator ad annos.
Quā primum galeæ patiens caput indue ferrum.
Cinge latus gladio.teretem citus arripe phagum.
Nec mora.bellatoris equi p̄me calcibus aluum.
Et Machometæam gentem crudelibus armis
Obrue:inimanes populos ſoboleq; cruentam
Impietas eſt eſſe pium.ne parce ſuperbum
Debellare genus quo noſtra ſuperſtite languet
Tabeſcitq; fides:cœloq; illudit auernus.
Barbarus Almanſor crudo de ſanguine cretus
Terrigenæ Antæi referens alto ore gigantum
Corpora uaſta ferox libyæ regnator erembos
Finibus ex arabis,Pſillos,garamantes,& omne
Maſſylum nomadūq; genus contraxit in una
Caſtra,& in hiſpanos tanto ruit agmine campos.
Dumq; parat manibus rabies infrena cruentis
Callaici ſacros cineres uiolare ſepulchri,
Ecce fragor nimboſus adeſt.& ab æquore turbo
Templa ſubit.ſpoliatæ aræ,tremuere colūnæ.
Et fulmen de nube tonans ſplendore ſepulchrum
Circuit ignifero,ſæui quaſſata repente
Inteſtina ducis,talem effudere cruentam:
Crudeleq; animam fato exhallauit acerbo.
Et q̄q̄ imani quæ cum duce uenerat omnem
Veremū- Barbariem e noſtris Veremūdus abegerit oris,
dus. Non tamen eſt facinus durum atq; imane,nefaſq;
Immortali odio dignum cœloq; ereboq;
Inuiſum fatis ultu s.adhuc iniuria læſæ
Maieſtatis apud magnum indeleta tonantem
Viuit,& illius parat extirpare nepotes.
Sit tuus iſte labos,hæc ſint exordia magnæ.
Laudis.in hoc uires acuat tua puluere uirtus.

Preſſit ut inuictis puer Amphitrionius armis
Et phryges & laphitas/& amazonas/atq; ſuperbum
Terrigenam:ſiculũq; Erycem/ſæuoſq; bimembres/
Sic tu diue nepos (animus diuinat) Erembos
Cæde pmes/ſic fœdifragos populabere mauros.
Ora manus (uideo) ſignis concordibus arma
Proſpera ſignificant ſignis reſpondet olympus.
Cerno animos/cerno ingenium/uictoria franget
Sæuiciam/nec cæde hominum nec ſanguine gaudes.
Bella geres/ne bella geras/inuitus ad arma
Cum uenies/ſtudio uenies pietatis/ & æqui.
Arma prius complecti animo/perpendere cauſas
Metiriq; uoles hoſtem/& cognoſcere uires
Ante tuas/q̃ bella ineas.mox agmine toto
Prelia conſerere/& rapido ſuperare tumultu.
Aſpera pacato poſt belli incendia marte
Te populi patrem domiti expientur:& urbes
Ad te confugient/ut ad ſua numina uictæ.
Sed caue/nam metuenda tibi magis ocia pacis/
Quã labor armorum/pacem rege/uulnera nunq̃
Formidata feres/Mars inſidiabitur ori.
Te noua mors nati poſt gaudia magna repente
Luctibus inuoluet ſubitis. altũq; dolorem
Improuiſa feret tecum regna omnia caſu
Contriſtata graui longo in mœrore iacebunt.
Non aget in lachrymis hiſpania ſola/ ſed omnis
Hunc.Europa diem:contra lætabitur Atlas:
Gaudebunt infidi arabes : & barbara tellus.
Sed patere/hos ſuperi luctus in gaudia uertent.
At neq; de regni tibi ſucceſſore timendum.
Pro te ſollicitos hæc tanget cura parentes.
Nulla expers fortuna mali:ſecum aduehit omnis
Proſperitas infauſti aliquid/ſpaciũq; relinquit
Inter uirtutes alias ubi ponere poſſit
Sedem aduerſarum domitrix tolerantia rerum.
Religio tecum ſurgit:clementia tecum
Naſcitur/& probitas.aſtræa reuertitur. Omnes
Hinc auferte dolos.& orbe faceſſite fraudes.
Inſidiæ procul ite.procul uiolentia migra.
Ad mauros diſcede timor/fiducia ſurgens

Excutit omne malum noſtris de finibus omen.
Quis foris acta pari uates extollere cantu:
Quis iuſte conſulta domi. decus atq; triumphos.
Pacis & armoꝝ poterit? quo numina cultu
Qua patriam pietate coles? tu gloria regum/
Tu decus Europæ. Tu ſpes ampliſſima Romæ.
Diue nepos tibi Thermodoon tibi pontica tellus
Ora Trapezuntis/littus tibi ſupplicat omne
Thraicium. phryges & cilices/aſiatica regna
Omnia/ubi antiquæ fidei monumenta ſuperſunt.
Grande nefas aliis ciuilia bella relinque:
Chriſtigenaſq; tuos nullis pme cladibus unq̄.
Tu fidei defenſor eris. Tu maximus autor
Pacis apud noſtros/aliena per oppida belli.
Nil magis optabunt urbes/quando inclyta facta
Illuc fama feret q̄ te ſpectare latinæ.
Si neſcis uetus eſt nobis cum gente latina
Fœdus/ab heſperio uenit Theodoſius orbe.
Et noſter Traianus erat. duo lucida Romæ
Sidera. belligeri duo maxima fulmina martis:
Et poſt Martis opus duo lactea flumina pacis.
Talia conceptum pietas in uerba furorem
Compellebat uti quotiens corda enthea uates
Soluit/& afflatam cœleſti numine mentem.
Militiæ memor antiquæ belliq; laborum
Quos tuleram/dum membra calēs iuuenilia ſanguis
Viribus & ſolido firmabat robore corpus/
Ardebam:& rigido cingi latus enſe uidebar.
Et thorace tegi/& complecti haſtilia dextra.
Tunc tua de partu ueniens germana recenti
Viſa mihi:uiſa/atq; iſtis geſtata lacertis.
Virginis ora nouæ iam tum rahelæa uenuſtas
Imbuerat. pectus dederat Suſana pudicum.
Fecerat ingenium Pallas iudæa uirago
Ingentes animos/& amorem Portia bruti.
Nec fontem nec nomen adhuc ſortita iacebat
Inter opes uarias:& honos erat ultimus auro.
Sic ſolet effluere in natos opulentia regum.
Hic iterum magna captam decor indole mentem
Impulit his uerbis caſus aperire futuros.

Nympharum decus heſperidum tarteſſia uirgo
Regia progenies magnos uiſura triumphos
Creſce uirum referens animis:& Eliſabet eſto.
Nec conſanguineo dubites dare regna marito.
Nubere neu dubita/ſi lex contraria tædis/
Legibus humanis Romana potentia maior.
Optima lex cõmune bonum. cohitura ſalutem
Regna ferunt.diuiſa arabi ſunt p̃da ſuperbo.
Extincti tu fratris enim Regina tenebis
Imperium forteſq; uiri comitabere pugnas
Sacra uehens tecum totamq; Melampodis artem/
Subſidium paſſis ueſani incõmoda belli.
Iam te ſũma uocant montanæ mœnia Rhondæ.
Inclyta frugiferæ te ſingulis ubere glebæ:
Te oretanus apex/te loxa uirentibus agris
Expectat/te terra etiam bombicina pectens
Vellera.te cocco diues Granata rubenti:
Et ſita menobiis in collibus oppida mille.
Dum nequeo affectus animi cohibere furentis
Hæc & plura breui quæ ſunt uentura canebam.
Interea uicina polo dum labitur ætas
Eia age luſtralem læti aggrediamur auernum.
Iamq; ſonans fragor ire iubet cuſtodia ditis
Increpat:atq; uiam nobis æſtu imperat iſto.
Ecce piger lacus inflatur.uada ſancta ſubintro
Ipſe prior/tu noſtra ſequens ueſtigia ſerua:
Nam dextra læuaq; cauis terra ima dehiſcit
Fracta uoraginibus.poſt me loca tuta ſecabis.
Sic ait/& ſanctum ſupplex ita numen adorat.
Oratio aui. O pater ardentem qui non excluſus olympum
Circuis/& ſubiens infuſo numine molem
Corpoream/magno mundi non clauderis orbe.
Diis antiqua ſuis regnum diuiſerat ætas.
Tartara ditis erant.Cereris nuda æquore tellus.
Aequora Neptuni/cœlum iouis/aura ſororis.
Omnia nos tibi regna damus:rerũq; potentem
Dicimus:imperiũq; orbis tibi cædimus uni.
Te timet Arctophylax.ſeptem tua iuſſa triones
Expectant pauidi:tibi ſol tibi ſidera p̃bent
Obſequium.tibi cœlicolæ curuantur/& omne.

Laruarum lariumq; genus:qui tartara & orcum
Aereoſq; tenent lunæ ſub lumine tractus.
Tu cœli maris ac terræ regnator & orci
Omnipotens:tua maieſtas quæ continet.æquat
Omnia finem adimens:pietate potentia non eſt
Latior:æquiperatq; tuas clementia uires.
Nos igitur preſſi tenebrarum ambagibus altis
De pelago ſtygis umbroſo de horrentibus antris
Quæ ſolem ignorant:ubi nox ſine ſidere nunq̃
Deſinit.oramus ueniam:de faucibus iſtis
Suſpiramus:opem miſeris concede.piaſq;
Huc extende manus. Opifex opus errige lapſum:
Et faciles oſtende uias:finẽq; laborum.
Talibus orãtes dictis freta lata ſubintrant.
Regia contactu proles exterrita primo
Ceruleas trepidanter aquas ignẽq; ferebat.
Attamen ut raucis ſurdent clamoribus aures
Aethiopum:ſaxo p̄ceps ubi nilus ab alto
Intonat:indigenaſq; minus graue murmur aquarum
Percutit:aſſuetis ita iam minus ardet in undis:
Et tamen ardet:agunt æternum incendia uulnus.
Aeternum Tycio iecur eſt æterna uolucri
Roſtra:& in æternas ſemper redeuntia pœnas.

Queſtio .xiii. quõ ãimæ patiũtur ab igne corporeo.

Propterea iuuenis dum ſe reminiſcitur umbram
Unde poteſt inquit mortalibus eruta membris
Quæ tactum uiſumq; fugit ſub dite profundo
Mens ignem glaciẽq; pati?quæ tanta lacunæ
Vis ſtygiæ ut ſtimulos ferat immortalibus umbris?
Rerum opifex reſpondit auus:flãmãq; geluq;
Abſidos inferne noſtri inſtrumenta doloris
Inſtituit:morſumq; dedit:quo ſtringere poſſent
Sorde laborantes animas:quæ ſorde carerent:
His impune uadis omnẽq; errare per orcum
Ius dedit.& ſceleri tantum uada noxia fecit.
Iſtud opus natura recens mirata negauit
Eſſe ſuum:nec tanta gelu:nec tanta calori
Ipſa poteſt:quæ tanta poteſt dare iura nocendi.
Vim quoq; nõne uides:qualem ſortita animantum
Corpora ſunt?quibus ip̄e animæ ſe abſoluere nũq̃
Ante obitum poſſunt:licet offendatur acerbis

Suppliciis? Nam quando atrox in corpora morbus
Sæuit, in alta animi langor penetralia tranſit.
Hæc animis miranda deus duo uincula fecit,
Corpora, & has ipſas erebi quas cernimus undas.
Tantus amor, tanta ambobus concordia, tantum
Fœdus, ut abſolui nunq̃ ſi iuncta, reuerti
Si diſiuncta uelint in mutua uincula ſemper.
Aethereæ mentes non ſunt in corpora pronæ.
Hoc minus in nobis, hoc nos diſiungit ab illis.
Hoc facit ut per ſe mentes & corpora nullo
Cogente ingeniis faciant concordibus unum:
Nec poſſint coniuncta pati cõmertia ſolui.
Cernimus hoc ipſi, qnibus eſt in corpora pondus
Neſcio quod: nec enim hoc habitus ſupaddita moles
Sed natura facit: quod non abolebitur orco,
Sed uenit ad ſuperos, iſtud facit eſſe futurum
Vt ſua diſiunctæ redeant in corpora mentes,
Arbitrio, non ut perhibent fatalis olympi,
Sed patris, qui & fortunas, & fata gubernat.
Cognita ſunt forſan ſuperis ea tempora, nobis
Sunt ignota. latent altis abſcondita cauſis.
Hoc auus Alfonſum gradiens ſermone docebat.
Iamq; bis undenis roſeos patefecerat ortos
Solibus a primo rutilans aurora natatu:
Quom feſſi tardente luto flãmiſq; puſti
Deficiunt: genua uſta labant: ſuſpiria longo
Preſſa ſonant gemitu: ſato ut cum proximus æger
Vix retinet languentem animam flatuſq; ſupmos
Exili cum uoce trahens pulmo anxius hallat.
Lumina calligant: ceruicibus ora caducis
Inflectuntur. Aui facies in colla nepotis
Labitur. ut quotiens arrentibus hordea culmis
Inclinant capita: atq; in ſe curuantur hanſtæ.
Ecce iubar ſubitum ueluti cum fracta repente
Fulgurat: & longo nubes apitur hiatu:
Effulget: radiiſq; nitor plaudentibus ambos
Circuit: & placido feſſis illabitur igne.
Lux oculis infuſa ſubit per inertia membra.
Tum ſenior, tibi luna nouas pleno altera cornu
Inferius Alfonſe refert: germana: parenſq;

Dona ferunt.triplicīq; iuuant ope/munere/ſacro/
Ac precibus/fas hic animum firmare labantem.
Talibus officiis recidiuum exurgere robur
Incipit.& uolucri ſimiles quæ pabula nido
Dum ueſtigat agris deꝑhenſa furentibus auſtris
Atq; repentino uentoſi turbine nimbi
Explicat ad ſolem plūmas/& terga reuerſum:
Atq; leui poſt uictam hyemē parat ire uolatu/
Suſceptum gradiuntur iter:uicinaq; plantis
Nunc ſola calcantur nunc fundo abeunte natandum.
Implicat alga pedes.piceus liquor implicat ulnas.
Hic humili depreſſa tholo faſtigia ponunt
Tecta erebi.paruoq; abſunt diſcrimine ab undis.
Propterea fumante freto nebulaſq; uomente
Semper in anguſtis coeunt denſiſſima clauſtris
Nubila.nec ſolitam fundunt incendia fumo
Suffocata diem.nox & chaos undiq; tutum
Claudit iter ſiſtunt preſſis ueſtigia plantis.
Vndiq; lugentum gemitus & uerbera longe
Incertis audita locis.ergo altus in armos
Sublato ſenior puero/quando ipſe locorum
Gnarus erat greſſu uada ꝑterit arta citato.
Dulce onus & pietas alacrem fecere ſenectam.
Faucibus erepti camuris ſtyga naribus hauſtam
Flatibus expirant longis/& in æquor apertum
Deueniunt/ubi rara diem minus occupat umbra.
Tum iuuenis miſeratus auum nulla inſula dixit
Occurrit pelago in tanto qua laſſa parūper
Membra cubent?ubi te tantis conatibus hauſtum
Siſtere.& inuenta liceat requieſcere terra?
Tum ſenior/non eſt noſtrum quod ſcindimus æquor
Nate/nec ægæa nobis modo curſus in unda.
Nulla hic ichnuſa eſt/nulla his trinacria/nullæ
Cyclades apparent/liquidum tenet omnia ſulfur.
Sunt ſcopuli/ſunt ſaxa tamen/ſed rara per undas.
Fige pedem.ſiſte inuento ueſtigia fundo.
Nona rubens aurora diem ducebat/& altus
Cœperat æthereos abſcondere lucifer ignes
Noctis apud ſuperos certas ubi tempora ſeruant
Inconfuſa uices:ubi q̄tum noctibus aufert

Explicat in lucem mundi illuſtrator Apollo.
Mox procul audito ſenior clamore per auram
Siſtitur:& ſuſpenſo animo uultuq; leuato
Pellit ab ore comam uociq; accõmodat aurem.
Facto iterum clamore/ſui iam nominis audit
Principium/certa finem non percipit aure.
Stant taciti uox plena ſono iam cognita toto
Proximat:auditur ſtrepitus uenientis.& unda
Pigra parum fugiens lentos diſcedit in orbes.
A cilio pendente manu caua lumina tendit
Ad ſtrepitũ ſenior.rupitq; ſilentia rauco
Gutture proclamans / quanta regemq; ſenẽq;
Voce decet.ſtygia o quiſquis me quæris in unda
O precor o felix uenias mihi nũcius / adſum.
Apparet ueniens greſſu feſſa umbra citato
Quantum lenta palus ſinit.& uiſcoſa lacunæ
Obluctantis aqua/& longo uis fracta natatu.
Vicinũ interea quod ſurgit in æquore ſaxum
Sulfureũ quondã/ueniſq; liquentibus ardens
Pumice iam ſcabro ſine ſulfure / & ignibus atrum.
Conſcendere rati quod erat/quẽquam eſſe ſuorum.
Illa uidens reges/crebris uaga brachia iactat
Ictibus/elatiſq; tenax aqua pendet ab ulnis.
Accelerat ueniens.ſcopulo iam proxima clamat
Regales ſaluete animæ. ſaluete futuri
Cœlicolæ:ſimul his dictis de gurgite uaſto
Scandit:adoratis demũ ſic regibus infit.
Ciddus. O patrii Reges ueteris ſi nomina Ciddi
Audiuiſtis apud ſuperos dum uita manebat/
Ille ego terraꝝ populos audita per omnes
Temporis illius fortuna & fata fuere.
Me duce Ferrantes primum qui nomine tanto
Claruit/in mauros tunc omnia bella gerebat.
Nomen id illius decus a uirtute ſuperbum
Sumpſit & omen habet fauſtum.ſignatq; triumphos.
Ipſe ualentinas arces ãmiſſaq; regna
Quæ libyæ infidæ gens illaudata ꝑmebat/
Reſtitui.Bucaiem Maurũ qui fortibus armis
Heſperiam delere putans traiecerat æquor/
Perdomui.rabidãq; animam ſub tartara miſi.

Vneſium uero pugna grauiore uolentem
Vlciſci fraternum obitũ Bucaremq; peremptum,
Marte graui domitum dedit hæc mea dextera leto.
At quia non oritur uirtus niſi culta, ſcelusq;
Sponte ſubit, ſine labe ſolent euadere pauci.
Vtq; ſalutiferum tellus & inutile gramen
Vna parit, ſic uirtuti uicioq; miniſtrat
Ars eadem: longis ætas ſudata ſub armis
Vnde inſignis eram populiq; per ora ferebar,
Hoc dedit exilium: quod adhuc poſt quattuor acta
Sæcula perdurat. Verum iam mitius angor.
Nec frigus, nec flãma nocet. mora ſola moleſta eſt.
Rurſus ut eoas ubi deſinit india, terras
Attigero, cuſtos erebi me mittet ad aſtra.
Lætior occurſu ciddi armipotentis uterq;
Venit in amplexus: mediaq; in ſede locatum
Compellare uirum ſtudiis comunibus ardent.
Tum ſic cœpit auus. Dux inſuperabilis armis
Cidde tua q; regna leuas labentia dextra
Nouimus, & laudis noſtras peruenit ad aures
Ingens fama tuæ. priſcis annalibus inter
Auricomos Reges legitur tua maxima uirtus.
Q uippe nec auſonii Fabio, nec achaica tantum
R egna Temiſtocli debent, neq; punica magno
Hnnibali: quantum noſter tibi Bethis analq;.
Tu generis pater antiqui. mendocia proles
Heroum fœcunda ſuo te in ſtemate primum
Collocat, & longo numeraris in ordine princeps.
Caudice de tanto ſurgit ſylua illa nepotum
Inclyta. qui gradiens tua per ueſtigia longe
Inachus. Creuit. & hinc ueniens fauſto puer Inachus ortu
Te referet. nã bella geret. bella ultima Mauꝝ
Ablatura caput, genus euerſura libyſſum.
R egius auſonias ueniens orator ad urbes
Cernet, & antiquæ ſcandet capitolia Romæ.
Mox reducẽ, pulſis regio cũ bethyca mauris
Venerit ad noſtros, domitã Rex uictor in arcẽ
Ducet, ut accepto ſedeat cuſtodia regno.
Q d' uero dũ bella geris, tibi plurima longũ
Martis opus dederit ſtygios abolenda per ãnes,

Nil reor abſurdum:longa eſt mortalibus æquor
Vita procelloſum:multiſq; in rebus agendis
Sunt ſcopuli.multæq; uiis ſymplegades artis.
Addeq; in rerum curſu fortuna ſecundo
Formidanda magis.tranquillo libera regno
Viuit in aduerſis ratio.ſi lenibus auris
Sors ad uela uenit/maior ratione libido
Surgit:& incautam placidis nauem obruit undis.
Plutonem fugiſſe ſatis:de fluctibus altis
In portum hunc/fragilem ſatis eduxiſſe carinam.
Nunc memoranda uetor laudum monumenta tuarũ
Voluere.tum locus his/cum læti habitabimus aſtra.
At nunc unum oro / quoniam mihi ſemper eodem
Calle reuertenti nõdum bene cognita magnæ
Regna domus ditis. Tu qui ſtagna omnia luſtras
Fortior/& rerum maior cui cura nouarum/
Fare aliquid·nam dira locos tormenta per omnes
Fama refert:id magna etiam lamenta fatentur
Vndiq;:& auditæ tam uaſto in gurgite uoces.
Tum ciddus tua iam pridem ueſtigia ſector
Sancte Pater nam te noctem hanc fluctuſq; ſeueros
Fama pati fuerat:uada ſed minus alta uiamq;
Perfacilem/tuiamq; ſequi : tecũq; nepotem
Ire acherontææ debentem pauca lacunæ.
Sed ſtyx aſſiduis uentoꝝ impulſa procellis
In dextram læuãq; tulit/pœnaſq; coegit
Cernere/quas meminiſſe horror.Buſiridis aræ
Aes ſiculum/Diomedis equi ludibria/duri
Mandata Euryſthei nugæ/ac puerilia ludo
Ac paſtorali celebranda palilia ſaltu.
Sed quid ego ex minimis/monſtrare ingentia pergo?
Immanes æquale nihil ualuere tyranni.
Heu miſerande puer/iuuenum ſi more fuiſſes
Auſus opes ꝑdari inopum/ſæuire ueneno/
Inceſtare thoros:gladiis haurire cruorem/
Inflãmare odiis & ſeditionibus urbes/
Quæ loca/qui manes quæ te ærũnoſa manebant
Vincula/quæue inter ſtridentes uerbera flãmas?
Quam bene florentes claudis tyrunculus annos
Ante uenenatos uſu atq; libidine ſenſus.

Dum rude pectus adhuc/dum innoxia uiuitur ætas.
Felices qui ne in tantas deſcendere clades
Compellantur adhuc teneri infanteſq; recepti
Mollibus e cunis/grauidaue parentis ab aluo
Ante diem rapti uitam euaſere nocentem.
Ipſe ego (non audita loquar) crudelia uidi
Flumina uidi ignem/& candentibus alta caminis.
Antra:quibus tantam exhallat caua lerna mephitim
Vt procul olfatu (tam dirum expirat odorem)
Tabifico perimat mortalia corpora/longe
Acrius/ac libycæ cuſtos baſiliſcus harenæ.
Primus locus. Lata ſub exquiliis oriens a colle quirini
Tænarium penetrat ſubier phlegethonta uorago
Ora patent q̄tum herculeas diſtare colūnas
Fertur: & a lixo refugit tarteſia calpe.
Introrſum ruit in præceps immane barathrum.
Quo magis it peſſum/tanto latus undiq; curuum
Vaſtius effundit ſeſe:fundoq; capaci
Circuit ingentes maris uſq; ad littora campos.
Per gyrum ſpecus īmanis circum ordine ducto
Sæpius/ad ſūmum roſtris armatur ahenis.
Hic fixæ a femore a lumbis/& ab inguine pendent
Inſignes animæ quarum illuſtrata ſuperbo
Vita magiſtratu fuerat/quibus infula raſum
Velauit ſacrata caput.gens ſordida fluxu
Fœmineo.gens ſtupratrix/& adultera raptu
Inceſtuq; nocens.ſignant ſua nomina quēq;:
Et magnis inciſa notis ad pectora fulgent.
O quales quantoſq; oculis dum ſingula luſtro
Perlegi agnouiq; uiros quorum alta ſepulchris
Celte laboraris multoq; micantibus auro
Membra cubant/quæ ſuſpiciens rude uulgus adorat.
Quicquid apud ſuperos thalami ſine teſte ſilentes
Deliquere/patet.nec habent uelamina culpæ.
Cunta aperit ſecreta/dies:ex tempore uerum
Naſcitur/& ueniens ætas abſcondita pandit.
Hic pendebat adhuc ſexum mentita uirilem
Fœmina/cui triplici phrygiam diademate mitram
Extollebat apex.& pontificalis adulter.
Sunt quædam uacua incuruis mucronibus alta

Roſtra e tartareo nuper tranſlata profundo/
Vulcani crudelis opus/candentia ſemper/
In medios abeunt ignes: ubi ſæuior æſtus.
Huc fama illuſtres animas a Thybridis alueo
Aduentare erebo quæ ſint ſpectacula toto.
In medio confuſa cohors iactata per ignes
Flantibus & circum rapientibus omnia uentis
Spargitur. intorto glomeratæ in turbine flāmæ
Dant fremitum/qualem ionio niger incitat eurus/
Quom Rhodon & cretam pelopiſq; ſonantia ſaxa
Verberat/& ſcopulos ithacæ: frontemq; pachini/
Leucadaq; excelſam/& paruæ nemora alta zazynthi.
Hinc ſinus excurrens campani ad flumina ſarni
Flantibus interdum zephyris agitatur/& atros
Flāmarum fumiq; globos contorquet ad ortum.
Vnde fit ut totiens rapidos ueſuuius ignes
Euomat/& cinerem longe iaculetur aduſtum.
Hinc etiam cædente ſolo caua ſemita longum
Flectit iter ueniens ripas ad olentis auerni.
Et ſtygius uapor in latices expirat odorem
Sulfureum: circūq; graui loca polluit aura.
Mille uiis umbræ a ſuperis examine magno
Certatim erūpunt altæ ſuper ora cauernæ.
Et ſimulac uidere ignes & inane profundum
Carceris/horreſcunt animis: retroq; reuerti
Dum properant/denſæ fugiunt per nubila turmæ/
Perſimiles auium gregibus/quas proxima brūma
Colligit in cuneos/cum matutina pruinis
Albet humus: mœrentq; aquilonibus arua niuoſis.
Sed laruæ ꝑdandi auidæ fugitiua ſequuntur
Agmina/& in curuos digitis creſcentibus ungues
Attonitam plæbem/& trepidi rudia agmina uulgi
Corripiunt: ac flāmaſq; iaculantur in undam.
Ipſi qui quondam coitus ſuaſere nefandos/
Qui fuerant ſtupriq; duces/uenerūq; magiſtri/
Turpiter inſultant/ueteriſq; opprobria uitæ
Cōmemorant. curate cutem durāq; ſtriate
Scabriciem/roſeoq; genas accendite fuco.
Diſcite librato plantas extendere greſſu.
Atq; oculis nutuq; loqui. caput indice uitro

Fingitor:atq; manus gēmis ſcintillet/& auro
Hic ciet choreas phrygio caua tibia cantu.
Hic ſexus utriuſq; ardet:ſed maſcula longe
Amplius in molles uenus inſinuta medullas.
Inuigilans etenim rebus natura creandis
Concubitus ſteriles/& prole carentia furta
Odit.& idcirco ſodomæ ſcelus acriter urget.
Eſt locus ad læuam uobis qui quæritis auſtrum
Calle ſalebroſo labyrinthiaciſq; uiarum
Flexibus excelſi penetrans caua uiſcera montis.
Feruidus inde uapor noſtroq; ardentior igne
Difficiles habet egreſſus.domus intima campum
Explicat ingentem/qualis balearibus eſſet
Si ſimul excluſo cœant duo litora ponto.
Fundamenta ſuper ſilicum uaſtoſq; molares
Altius ac ualeant oculi ſpectare uidentium
It laterum/flexura tholo ſuſpenſa rotundo.
Exterius penetrat nubes:celſūq; cacumen
Deſinit in glaciem nimbos ubi frigidus aer
Aſperat/unde pluunt nubes ubi fulgurat atris
Igneus e nebulis & fulmina nunciat ardor.
Hæc imenſa caui penetralia carceris implet
Ignis.& accenſo flāmæ tonat impetus antro.
Et per inane uaga ſerpens face fluctuat alium
Vſq; tholum flexoq; æſtu latera omnia lambit:
Expiratq; parum (tanta eſt uiolentia) facto
Inter ſaxa aditu.cœloq; apparet auernus.
Sidera ſpectantes noctu de puppibus altis
Suſpiciunt ea flāmaꝶ miracula nautæ.
Aetnæum cratera uocant.tyrrhenides illinc
Sūmus apex hinc Ionias procul aſpicit undas.
Igneus incluſas imis fornacibus ardor
Torret/& excoctas altum iaculatur harenas:
Quæ pelago exceptæ fluitant:ſpūmæq; uidētur.
Inde cauernoſus generatur in æquore pumex.
Vidimus hoc horrendo animas ardere camino
Stirpibus ambuſtis ſimiles:ditiſq; miniſtros
Certatim iactare ſuper ſulfurq; picemq;:
Et miſeras uncis uerſare tridentibus umbras.
Qui gemitus q̄ dura ſonent lamenta per antrum/

Non opis eſt memorare meæ. quæ uidimus illic
Cuncta fidem ſuperant. ſi culmine liber aperto
Ignis eat/ſi tempeſtas ea rumpat habenas/
Fundamenta ſoli audebit conuoluere/& aſtra.
Vtq; metu grauiore animæ ſubigantur/in imis
Faucibus annixe magno conamine laruæ
Conuulſo de monte trahunt imania ſaxa.
Erutaq; eiectant.& ui per inania pellunt.
Pulſa graui ſtridore uolant illiſa palato
Mox ſtrepitu grauiore ruunt. ſub pondere tellus
Icta gemit/ſaliunt ignes. imane baratrum
Intonat.& longo mugit ſpelunca boatu.
Hic coquitur ſcelus ira ferox. quæ ſanguine & armis
Delectata uiros furialibus incitat auſis.
Illic elata ingenia & ſublimia corda
Q uæ rexere acies & quæ duxere triumphos
Theodo/ſius. Vidimus inuolui flāmis. Theodoſius illic
Inter uulgus inops ſine maieſtate relictus
Funera theſſalici luit inconſulta furoris.
Sic ſtrepitu ſtrepitus. ſic æſtu eliditur æſtus.
Incipit ad collem fecit cui nomina ianus
Ianus apud ueteres tenuit per regna latinos.
Antrum ingens curuis penetrans Acheronta latebris
Tendit ad occaſum latere/ciminūq; ſubintrat/
Sulfureiſq; rigat uiterbia fontibus arua
Mox mare tyrrhenum uerſus declinat in auſtrum
Et ſpumante aluo pyrgos adit atq; grauiſas.
Vidimus hic curuo traiectos guttura ferro
Per ſpineta trahi nudos/per uitrea fruſta/
Per ſilices duros/per acuto marmora dorſo
Per nemora/atq; humiles ſucciſo caudice truncos.
Et rigidis tandem flagris ac uerbere cæſos
Rupibus ex altis ſubiecta in ſtagna rotari.
Eductoſq; iteꝝ ac montana per inuia tractos
Præcipites uolui/ac iactari ex aere in undam.
Vndam exultantem/ac bullas feruore cientem.
Mirabar tumidos/res uiſu horrenda/dracones
De tellure caua quoſdam/de gurgite quoſdam
Sanguineo rictu atq; oculis flāmantibus ire
Impete cum tanto/& cœlo capita alta ferentes

Pellere ſurgentes ſquãmoſo pectore fluctus.
Et nigra ingentem ſignare per æquora ſulcum
Correptaſq; uocare animas/& hiatibus atris
Condere:& excretas iterũ abſorbere capaci
Fauce.fames tanta eſt animarum ac tanta libido
Cædis/& egeſtæ decies totienſq; uoratæ
Non facient uaſti ſpacioſa uolumina uentris.
Funereis non eſt epulis modus:æquora donec
Ingreſſi lemures uulſas e dentibus umbras
Per cautes iterum perq; aſpera ſaxa uolutent.
Per uada per ſcopulos flagrans rabido ira ueneno
Inuehitur.tortos ad tempora uentilat angues
Trux nemeſis.uolat/ut iacto cita fulmine flãma.
Ipſa ſuperborum domitrix gerit ipſa choragum
It comites acuens furit agmine tiſiphonæo.
Hæ ſunt difficiles animæ quas dura coegit
Ambitio nimium ſapere/& ſibi fidere/leges
Et decreta patrum nil pendere:faſq;/fidemq;
Aſſe minus rigidis frontem ceruicibus altam
Tollere/turgentes buccas/& grandia uerba
Rumpere/debellare parem/ridere minorem/
Et iactare genus/nulli parere/ſuũq;
Excuſare nefas non caſtigare: nocentes
Cenſura taxare graui/ueniãq; negare
Supplicibus/noua moliri tormenta/parare
Arte perillæa ſæuo inſtrumenta dolori.
Vidimus ingenies laruas membroſaq; monſtra
Triſte giganteis ad opus ſudare lacertis:
Et ſerram alterno trahere atq; impellere niſu:
Subiectoſq; ſecare artus/& dente cruento
Frangere ad extremas ſũmo a uertice plantas.
Corpora mirabar pedibus conuerſa ſupinis
A trabe pendere/& rurſum reſecata coire
Viſcera/ſuſpendi rurſum/rurſumq; ſecari.
Hi quibus in uita licuit torquere nocentes
Crudeli officio nimium crudeliter uſi.
Quiq; procelloſis in ſedicionibus olim
Verſati doluere atrox ſcelus ante ſepulchrum.
Hic rota in immenſum radiis abeuntibus orbem
Vertice ſerreſſum ſuperat/qui templa fragoſis

Cautibus/& duris adeundam anfractibus ædem
Nube modo abſcondit/modo culmine lucidus albo
Pandit/& hiſpanis aperit ſua mœnia nautis.
Hinc atq; inde premit montes adamantinus axis:
Quem gemini uerſant imani mole gigantes
Antiqua de ſtirpe ſati/quom fœmina laruam
Paſſa laborabat ſub onuſti pondere uentris.
Littora calce premunt/æquant iuga frontibus/ora
Ignea/flãmigerant oculi/pro crinibus hydri
Circũ colla leuant exertis guttura linguis.
Amento coma frondoſis procerior ornis
Deſinit in criſpa nigrum lanugine pectus
Incumbunt humeris operi:uolat arduus orbis
Tam uolucri curſu/tanta uertigine ut ingens
Sibilus auditu horrendus caua tartara & ipſas
Dite ſub obſcuro poſitas exterreat umbras.
Curuatur lacum roſtrata tridentibus uncis
Radit/& exangues animas rapit/atq; rotatas
Circuitu ingenti trans alta cacumina montis
Iactat in oppoſitæ ardentem conuallis auernum.
Inde iterum ſimilis magno molimine raptas
Machina conuoluens ualide in uada prima retorquet.
Hi ſunt qui ſibi non populis regnare uolentes
Ciuibus oppreſſis ſeſe fecere tyrannos
Et cœlo miſerante priuſq̃ deſinat ætas/
Quod rarum inuenies/mentem poſuere ſuperbam.
Progenies hæc ſera malis in ſæcula tantis
Languet/& inueniunt uix longa piacula finem.
Sunt quoq; qui funda iaculiſq; petantur & arcu
Semper:& expectant nudis noua uulnera membris
Contractis gemebundi humeris/& ſupplice uultu.
Defecti tremuli/attoniti ſpirantibus ægre
Faucibus aſpiciunt fata impendentia ſemper.
Nam deus id genus erroris crudelibus umbris
In graue ſupplicium dedit/ut mortalia membra
Se non dum poſuiſſe putent. dementia reddit
Immemores:qui ſupra alios ſapere ante uolebant.
Nant per inane manus uaniſq; laboribus obſtant
Miſſilibus:feriente uno uolat ecce per auras
Telum aliud.tractoq; aliud iam mittitur arcu.

Nec requies,nec mors leuat expectata dolorem.
Stant querno affixi clauis per pectora adactis
Per femora & ſuras & per ueſtigia trunco.
Hi ſoliti humanum gladiis haurire cruorem
Q uattuor,æternæos poſtq̄ exegere per ignes
Sæcula,ſupplicio tali exercentur ad annum.
Scilicet ut dura cruciati ab imagine mortis
Q uæ fecere ferant.mox ad glaciale trahuntur
Aequor:ubi æquales pendunt in frigore pœnas.
Talibus urgentur fatis crudeliter auſi
Q ui ſcelus hoc animi latebris īmane repoſtum
Abſcondere diu:nec deterſere fatendo,
Annua cum uerni reuocant ieiunia menſes.
Sed noxam lenta in plures mora diſtulit annos.

LIBER Q VARTVS.

a VSONIOS INTER CAMPOS littuſq; ſicanum
Subter aq̄m pelagi ſubter tyrrhéids ūdas
Inclinat qua prona uiam titania lampas
Tellurem ingenti cauat antrum immane theatro:
Abſidibuſq; altis tantos ſe attollit in arcus
Pelion ut totum concludere poſſit,& othrym,
Ac iuga bebriciæ retinent quæ nomina nymphæ.
Fœta igni regio flāmiſq; furentibus ardet
Intus.& in culmen fugiens uagus ardor apertum
Fluctuat eructans nigras in ſidera nubes.
Vt fama eſt illuc proles iouis Aeolus olim
Deueniens ſeptem terras maris æquore cinctas
Aeoliam dixit:quarum celeberrima nomen
Regis habens primi lipare uulcania tellus
Attollit ſaxoſum apicem lyciamq; chimeram
Igne imitans celſo undantes de culmine flāmas
Euomit,horrenda inſolitis ſpectacula nautis.
Plurimus hic latis crepitans incudibus umbras
Vrget,& aſſiduo contundit malleus ictu.
Vociferant.ſonat inarime.dixere priores
Eſſe ſub ardenti tellure Typhoea clauſum:
Atq; giganteo flāmas accendere flatu.

Hic/quibus incoctis ſimulare coloribus aurum
Et furtim ſignare notis mendacibus æra
Suaſit auariciæ nunq̃ ſaturata libido.
Hic nocturna luunt furta & periuria/& omnes
Diuitias ui/fraude/dolis/ac fœnore partas.
Vidi & in obſcenis ſcrobibus tenus aure ſepultos:
Quos laruæ attractis in dorſum frontibus ora
Tollere/& inuitas fauces aperire coarctant.
Diuiduas clauis & aheno forcipe malas
Diſſociant/atq; argenti feruentis & auri
Ac ſi uentoſum latices mittantur in utrem/
Pocula plena ſuperfundunt undante palato.
Tartareæ noctis famuli plæbs aſpera flaccis
Auribus in ſcapulis uerſis ac uultibus atris
Accingunt operi:pars longa bidentibus antra
Suffodiunt:ſuffoſſa alii cœmenta legentes
Vimineos implent cophinos:oneriq; ferendo
Inclinantur.eunt greſſu redeuntq; citato.
Attritoſq; cauis humeros ſub corbibus aptant.
Aerea uaſa parant alii: crateres ahenos/
Ferrea labra ſinum late extendentia:magno
Dolia uentre.lacus maiore/cauoſq; lebetes/
Suſceptura auri fluxum inſtrumenta liquentem.
Laruarum genus indomitum uulcania proles
Expirans/nare/nare/oculis/ore/auribus ignem
Stridentes ſalit ante focos:& læta piorum
Suppliciis capitale odium & feritatis acerbam
Sæuiciem exercent: pœnæ genus omne uiciſſim
Experti tormenta iterant/quæ atrocius urgent.
Pars ſatagant curſus aperire uiamq; metallo
Expediunt raſtris/ductūq; canalibus aurum
Excipiunt gerulis:& pocula dira miniſtrant.
Sunt qui ligna ſecent longaſq; ſecuribus ornos
Demoliti alte cuneis in uiſcera adactis/
Dilaniant.unde æternis alimenta caminis
Suppeditent/onus incuruis ceruicibus ingens
Subuectant/cumulantq; focos molimine magno.
Irritant alii longis incendia contis.
Ligna crepant/ſcintillaq; creber emicat ardor:
Humida ſi nimium cæſæ modo robora ſyluæ

Ignibus obſiſtunt/ſtipulis arrentibus inſtant:
Taurinos adhibent folles:cineremq; per atrum
Genua trahunt:pronisq; uomunt e faucibus auras
Sollicitimora ne miseris ferat ulla quietem:
Sic torqnetur opum improbitas turpi anxia queſtu/
Quæſitiq; tenax:necnō qui diſſipat aurum
Prodigus in luxum/uanoq; ſupfluit uſu/
His coquitur flāmis:ut cæra caloribus hiſdem
Liquitur:& dureſcit humus. ſed mitior Orcus
Hos pmit:ut media minus a uirtute receſſit
Id uicium.partitur.n.non ſurripit aurum.
Rupe ſub excelſa creſcentis in aera ſaxi
Fronte quod incurua ſcopulos & cornua longe
Proiiciens caput extendit:caſumq; minatur/
Terra hiat/& late ardentem facit area circum.
Hic diſtincta focis ſubter flāmantibus altis
Subnixa in tripodum fulcris/frixoria toto
Ampla ſedēt campo:murmur ſtrepit undiq; raucum:
Stridentiq; cauæ fumant ſartagine cautes.
Flāma ſequax lambit nubem feruentis olivi:
Cæruleūq; agili flexu depaſcitur imbrem
Huc tractos niger ex magna fornace miniſter
Victimat/& ſtricto pauidos exenterat enſe:
Semineceſq; artus in uaſa ſonantia iactat.
Extendunt alii cratere natantia magno
Corpora/dentatoq; premunt ſalientia ferro.
Hoc uiduas inopes/& patris egentia cura
Pignora prædati triſte inuenere lauacrum.
Pars libyes abit in dextram / cui nomina fecit
Mater Ariſtæi:geminas ubi Ruſpuma ſyrtes
Proſpicit: & tyria ueniens ab origine leptis.
Hic latet: & ſerpit nigros uſq; ad garamantes
Præceps ſub tellure ſpecus ſtrata ignibus atris:
Serpentum domus: & trucibus ſtabula alta uenenis.
Omne quod æthiopes ſub aduſti ſidere cancri
Omne quod ægypti Nilo ſtagnante lacunæ
Virus alunt.quod deſertis habet Aphrica campis:
Aphrica monſtrorū genitrix ubi iupiter hāmon:
Hic habitat.colubri magnis glomerantur aceruis.
Seſſilis ardenti ſcintillat lumine Buffo

Ventre bouem referens.& hiulco dipſades ore.
Sæuaq; multifido cornu portenta ceraſtes:
Hydrorũq; greges/& longa armenta draconum.
Amphiſibena biceps/& formidabilis ictu
Aſpis.& inflãs Preſter qui faucibus æſtum
Expuit. immenſumq; trahens Hæmorrhoys orbem.
Picta cutem ſcytale.turpi Boa flexilis aluo.
Mole breuis ſeps/peſte ingens/nec uiſcera ſolum
Sed ſimul oſſa uorans.clades famoſa chelydrus.
Chencris.& emoriens infauſto uipera partu.
Et Natrix inimicus aquis. flauentis harenæ
Aemulus Hammodites/omnes ſimul agmine facto
Corripiunt inopes animas. & dente per artus
Peſtifero graſſantur.agunt in guttura rictus.
Nam prius intorto uerſata uolumine cauda
Membra ligat.tum merſo intrant ꝑcordia roſtro.
Diſcerpunt alii defixo in uulnera morſu
Viſcera/& euulſis rabies immergitur extis.
Auribus arrectis alii ſtillantia potant
Vlcera.paſcuntur ſanie/& putredine uiuunt.
Vidimus anguſto ductas a frumine linguas
Fune trahi:preſſiſq; ſequi ceruicibus umbras
More boum/ſtimulo cum terga ſequentia uerſo
Præuius ad uacuum temonem inuitat arator.
Necnon & frenis quoſdam ſpũmare cruentis:
Et uerſis in humum uolis reptare per ignes.
Hoc eſt infelix hominum genus iſta nefandi
Colluuies uulgi ſtygio lactata ueneno:
Cui grauis eſt alienus honor:quam gloria torquet:
Quam laus offendit quam nil niſi triſte & amarum
Oblectare poteſt.quæ ſuſcitat arma mouendo
Inſidiatrices linguas & noxia uerba.
Heu crudele nefas/& ineuitabile uirus/
Naturæ ſcelus inuiſum. teterrima peſtis/
Deteſtanda lues & inexcuſabile crimen:
Longus ad ægypti ſtagnata paludibus arua
Limes & intorto uia flectitur inuia greſſu.
Plurima tranſiliens cæcis labentia ripis
Flumina/& ignotis ortos e fontibus amnes.
Tum geminas apit fauces:porrectaq; longe

Brachia complexu coheunt falcata rotundo.
Aethiopum uicina ſolo ſuppoſta calenti
Solſticio & nimiũ feruenti torrida cancro.
Vndiq; puniceis ſpacium carbonibus omne
Sternitur. hic duro rigidi de robore ferri
Multa ſedet crates cubitis ſuſpenſa duobus
A tellure. minor capit agri iugera centum.
Lictores erebi turba implacabilis urgent
Exangues illuc animas. uexantq; catenis
Implicitas/& nodoſis complexibus artant
In tergum cadere:& flagris dare pectus & aluum/
Poſteriora igni. flãmiſq; & uerbere plecti.
Soluitur aſſa cutis pingui pluit imber aduſto.
Exhallata focis nubes coit. actaq; uento
Cum nidore procul rapitur. penetratq; ſub alta
Tartara/ & elatis uenientem naribus auram
Cerberus olfaciens lambit tribus aera linguis.
Vociferant/ſtridentulul ant:dũq; intima carpens
Exta uorax etiam præcordia corripit ardor/
Innixe cubitis certant extollere lumbos
Incaſſum & clunes:& contra uincula pugnant.
Aera crepant colliſa. gemunt ſub pondere crates.
Ore truces/ira uiolenti atrocibus armis
Stant circũ uolitantq; ſuper ſtrepitũq; minaci
Verbere compeſcunt lemures:ſudibuſq; recuruis
Inſultare uetant:& ferre incendia cogunt.
Et quotiens clamare parant/lemur ocyus aura
Ora petit ſudibus:prohibetq; occludere fauces.
Mox comites cinere ardenti & torrente fauilla
Vocem inhibent. prunã atq; ambuſtos mãdere torres
Dentibus inuitis rictuq; urgentur hiulco.
Sunt laruæ quibus id curæ eſt/ut pingue ſuillum
Præfigant uerubus:fluidoq; in fomite flãmas
Accipiant liquentq; ſuper fumantia membra
Flãma pluit. longæ ſtillant in corpora guttæ.
Hic pmitur paraſytorum/lurconum/epulonum
Colluuies/ſoliti menſis ſaliaribus aluum
Tendere. lauticiamq; ſequi/menſaſq; dapales.
Immundæ infameſq; animæ/illaudabile quondam
Vulgus. ad has epulas/& ad hæc conuiuia miſſum

Ante iter ad ſuperos. hæc ſunt ꝑludia ad aſtra
Vna:genus taceo (ad ſuperos ne forſitan unq̄
Facti rumor eat:uiuoſq; infamia tangat)
Vmbra,inter plæbem hanc olidam tum forte parūper
Libera,dum ſtudio reparandi incendia lictor
Comprimit eoliis undantem follibus auram,
Vt me conuertens acies agnouit,oborto
Ingemuit fletu:lachrymiſq; cadentibus inquit
O quōdam uicine meis Cidde inclyte regnis
Ille ego Rex qui tantus eram:qui tanta mouebam
Bella per heſperias, Alemanorūq; per urbes,
Sic crucior.magno ætherei ſub principe mūdi
Perſonæ nulla eſt ratio.ualet unica uirtus.
Pauca licet fari.ad ſuperos ſi quando redibis,
Fac precor agnoſcant quæ ſint tormenta ſepultis.
Nam pleriq; omnes quæ de Plutone feruntur,
Quæ de dite legunt iſtis cōmenta diebus
Vana putant:hos rumores hæc ſomnia uitent.
Ingluuies habet has menſas poſt fata ſecundas.
Dixerat.extemplo lictor uolat agmine magno
Vulturis ora gerens,ueſtigia prima leonis,
Vltima bellatoris equi,nigrantibus alis
Veſperæ auem referens:& quē tenet unguibus ignem
Coniicit in fauces,digitiſq; arat ora cruentis.
Ipſe fuga celer euaſi. Dum cætera luſtro
Scire locos omnes cupiens auiduſq; uidendi,
Littora tranſieram ſpumante rubentia ponto,
Qua ſolymi fugere patris Pharaonis acerbum
Imperium.ſegnes fruticans ubi gleba colonos
Reddit apud nigros arabes,nabathæaq; regna.
Continuo per ſpeluncas audita gementis
Vox populi confuſa.uelut ſi multa uiroꝝ
Millia plorantum cœant.ueſtigia preſſi
Horrenda ignotæ tremefactus imagine noctis.
Obſtupui mente āmiſſa.nam lurida nubes
Latrinalis odor de luce carentibus antris
In faciem ſpirans animam concluſit in imo
Pectore,& obſeſſa ceſſauit anhelitus aura.
Mox aſſueta ferens ægre minus antra ſubiui.
Ecce cateruatim languens incædere uulgus

Intueor:ſtimuliſq; boum de more p ūndas
Acribus urgeri.noua me ad ſpectacula ſiſto
Poſt immane latens ſaxum quod rima dehiſcens
Partit:& admittit uiſum diſcrimine paruo:
Obſeruabam oculis/ut pteriere/latenter
A tergo tacitus lento ſequor agmina paſſu.
In ſteriles uenere agros & in aſpera dorſis
Iugera marmoreis.ſalebroſaq; cotibus arua.
Hic animas ad plauſtra iugant:& lora miniſtri
Ferrea circūdant iugulo / iuga ferrea collo:
Stridenteſq; rotas onerant:mox terga cruento
Atq; nates mucrone pmunt.per inertia ſaxa
It per inæquales ſcopulos uia.ferreus axis
Pondere ſub tanto ſtridens accenditur:orbe
Scintillat conuulſa ſilex. labor iſte quietem
Neſcit.& aſſiduum lenit mora nulla dolorem:
Donec frigentes animas ignaua relinquat
Segnicies:multoq; madens ſudore fatiſcat.
Hæ reſides umbræ / quarum pcordia torpor
Occupat exanguis/ſomniq; ignauia mater.
Sunt aliæ plures dextra læuaq; latebræ
Q uas numerare labor.Calor hactenus.ultima regna
Frigida:& in boream longo uergentia flexu:
Atq; iterum auroram finibus repetentia curuis.
Verum ea quæ fando celeri tranſegimus orſu
Non ſcelus omne lauant.ſed quod radicibus altis
Fortius amplectens animas adigebat in omne
Grande nefas concreto habitu:longoq; trahebat
More catenatam circum mala gaudia mentem.
His culpæ uulgaris onus/cum falſa uoluntas
Blandimenta ſequens cadit / & ptesa reſurgit/
Nec iacet in uicio / ſed lamentata ruinam
Non ſatis/urendum facinus poſt fata relinquit:
Exanclatur aquis:curſuq; abſtergitur iſto.
Extirpanda mali teneris plantaria in herbis
Mortales adolere ſinunt:& ſurgere in altum
Perſimiles ægro:qui dum primordia morbi
Negligit:ignorans facit īmedicabile uulnus.
Finit cid/dus. Talia narrantem roſeo ſupaſtitit ore
Spiritus infanti ſimilis:cui lactea colla:

Aurea cæſaries/gēmis toga diues & auro/
Pectus & os illuſtre/uelut cum nocte ſerena
Lucifer aſcendens flagranti ſidere pontum
Verberat/& tremulis ardens ſcintillat in undis.
Atq; leui plauſu alaꝝ ſuſpēſus in aura
Sic ait. O ſegnes animæ quæ tempora fando
Perditis/& linguæ ſtudio indulgetis inani/
Vos incautus amor/pietas improuida fallit.
Iſta quies annis aliquid felicibus aufert.
Tanta uiatori mora noxia/ſerius itur
In patriam/cum dulce aliquid contatur euntem.
Dixit & ambroſiæ gutto caput ora lacertos
Pectus & albentes humeros irrorat eburno.
Continuo uires odor excitat: irrigat omnes
Lætitia neruos & dulci ardore medullas
Talibus exciti monitis & robore macti
Ire parant. fletu in teneris complexibus orto
Oſcula dant/curſumq; uix tenuere priorem.
Ite triumphales animæ clamabat eundo
Ciddus/in elyſiis requies illa ultima campis
Nos quoq; noſtra manet. ſuperas feliciter arces
Quærite/& antiquos reges ſaluere iubete/
Ferrantem ante alios. alios procul aſſonat Eccho.
Ventum erat ad cancri metas/ubi ſignifer urſam
Deſerit: & Titanis equos conuertit ad auſtrum
Aethiopum ſubter campos & torrida regna.
Iam ſtygis atq; Acherontis aquæ poſt terga relictæ/
Et læthea palus. Cocytiq; ampla ſecabant
Aequora feſſi iterum/longiſq; natantibus ægri.
Iamq; pruinoſus cybeleía feſta nouember
Feriæ mõ Egerat/atq; dies aderat ſacer omnibus umbris.
tuorum. Ecce procul qua prima patet ſtygis ardua magno
Porta aditu ſcabroq; alte ſuſpenditur arcu/
Lumen adeſt. etenim ueniens ex æthere diuum
Sancta cohors ſeptem radios accepit ab orbe
Solís/ut obſcuro lucem præberet auerno.
Sic igitur detecta erebi ſquallentia regna
Tota ſemel patuere. ſinus tenebroſaq; dudum
Luſtra dies aperit. uapor exhallatus ab undis
Cædit/& imiſſo ſub tartara pellitur auſtro.

Iam minus inferni mugit fragor. occidit ingens
Murmur ut extinctis quotiens aquilonibus æquor
Sternitur. & fremitum ceſſans p̃mit unda ſonantem:
Tum ſuperi qui lucis erant uelamina clauſi
Humanos ineũt uultus:& mobilis aer
Cogitur in ueſtes. ſarrano intingitur oſtro.
Ducitur in gẽmas:& mille coloribus omnem
Accipit (ut uiſum eſt diuis opus eſſe) figuram
Sic ſuperum natura potens elementa gubernat
Arbitrio uertenda ſuo. caput aurea ueſtit
Ceſaries ſpargens ductos ex crinibus orbes
Sideream circa pulchro curuamine frõtem.
Nectare & armenio uertex perfuſus amomo
Electri ſplendore nitet. coma preſſa coronis
Auretenus, tortiſq; fluens undoſa per armos
Vorticibus, ſentit ſpirantem leniter auram:
Motaq; nunc ceruici hæret, nunc mollibus undis
Fluctuat, & collo rediens applaudit eburno.
It chorus alternis modulans. abſcõdita longe
Antra ſubit cœleſte melos. iam uerbera ceſſant:
Iam lemurum lãgueſcit opus. lenita uidetur
Ira parum. ueluti quando niſi fabula mendax,
Orpheus umbroſi petiit uada liuida mundi
Carmen erant pulſi lemures, longeq; fugati
Per maria & montes per inaneq; inuia terræ
Viſcera. compoſitæ primæua ab origine fraudes
In mortale genus. preſſiq; tyrannide longa
Terrigenæ diuorum iræ. indignata tonantis
Numina. & egreſſus pro libertate ſuorum
Rex in bella nouus. proaui phlegethontis ab alta
Nocte reuertentes. renouataq; ſæcula pulſo
More uetuſtatis ſolymæ noua tẽpla nouiq;
Pontifices. mactanda alias noua uectima ad aras.
Purgandis uia facta animis, ſancita piando
Lex ſceleri. & certis requies conceſſa diebus.
Cãtibus his lenitæ animæ, belialibus umbris
Hæc inuiſa quies. audent culpare tonantem,
Q d' ſibi non conſtet. q nunc deſæuiat iræ
Impatiens, nunc fœminea pietate fatiſcat.
Sed leue iudicium lĩguas ac murmura uulgi

Et ridere bonus ſolet & contemnere princeps
Verſa erebi natura. prius uada lubrica tergo
Duriciem traxere ſoli. iam puia Lethe
Fert iter: & ſolido portat ueſtigia campo
Concretis cocytus aquis. acherontica curſus
Flumina ſuſpendunt. tacitoq; induruit amne
Vnda ſtygis præceps phlegethon ſilet æquore ſurdo.
Amphitheatralem circum facit area uaſto
Circuitu. medium dirimit uia limite recto.
Hinc cauea & ſtatio uulgi promiſcua: patrum
Hinc locus: & ſancti ſedes orcheſtra ſenatus.
Sordidus aulæis, non quæ fecere britanni
Textilibus lanis, neq; teutonis accola Rheni,
Sed melior diuum manus aera pingere formis
Docta coloratis, paries operitur, & auro.
Abſconditq; ſitum ſcabri ſub murice ſaxi:
Longa quoq; attalico ueſtita ſedilia cultu
Horrorem ſtygis ãmittunt. Curuatus in arcum
Altius aſſurgit turbamq; leuatur in omnem
Diuorum accubitus qui cum rectoribus orci
Ad feſtam uenere diem nam magna quotannis
Hæc ad feſta cohors ſupum deſcendit olympo
Solatura ſuos ac defenſura clientes:
Prima magiſtratus ſedes. diui ordine longo
Hinc atq; hinc ſedere locis inſignibus omnes.
Mox antris uulgata quies, tormenta maloſq;
Præco abigit manes. perq; omnia compita pacem
Ere iubet: magnoq; tonans facit ocia cantu
Quo inſonuere procul diris caua regna profundi.
Extemplo attoniti lemures fugere ſub alta
Tartara perſimiles coruis, qui ſparſa per agros
Mars ubi crudeles bellando exercuit iras
Corpora paſcentes, hominum ſi turba repente
Ingruerit, confeſtim alis tolluntur apertis:
Et nemorum denſas cràcitans natat agmẽ ad umbras.
Oblitæ pœnarum animæ lictore fugato
Exiliunt clauſtris: & quo iuuat ire, feruntur.
In uoces ſcintillat amor: geſtire uoluptas
Incipit: & lætas uegetant noua gaudia mentes.
Vt quotiens hymenæa epulis conuiuia lautis

BIBLIOTECA N. ... VITTORIO EMANUELE

Accendere animos/primoqꝫ procemia cantu
Iam ſonat inflato berecyntia tibia buxo.
Murmur inæquali ſtrepitu fremit. altius illic.
Preſſius hic ineunt læti cōmertia manes.
Vndiqꝫ odoratis ſpirant afflatibus auræ:
Ceu cum uere nouo peſtana roſaria cultu
Puniceo rutilant/uel cum florentis himeti
Per iuga flant zephyri uel per iuga fertilis hyblæ
Neſcio quid cœli tellus habet omnia rident
Concentus choreæqꝫ ſonant. numæroſa choraules
Carmina uoce canit/digitis caua tympana pulſant:
Talibus officiis diui ſua gaudia certant
In manes transferre pios.dolor omnis in alta
Tartara contractus miſeras p̄mit acrius umbras/
Conueniunt animæ fractis ad compita uinclis/
Veſtigantqꝫ oculis ſi quem fortaſſe ſuorum
Conſpiciant populo in tanto. Dare brachia collo
Seqꝫ ſalutantum paſſim geſtire cateruas
Aſpicias animoqꝫ affectum oſtendere blandis
Alloquiis/alacri uultu/manibuſqꝫ leuatis.
En ſubito pater Alfonſi de millibus ardens
Emicat.& tenſis natūqꝫ patremqꝫ lacertis
Stringit.& o tandem clamat/mihi candida luxit
Vna dies. Tu ſancte Pater/tu chara propago
Tu ne ades?hi ueri uultus an imagine fallor?
Vltro illi in dulces lachrymas & ad oſcula uerſi
Adſumus.hi ueri uultus/nec falleris aiunt.
Vtqꝫ peregrinis amor eſt ſuauiſſimus oris
Fronte oculis geſtu uerbis erumpere certat
Iuncta trium pietas.tandem ſic incipit hoſpes.
Te toto quæſitum orco magniſqꝫ uocatum
Vocibus in caſſum totiens per ſtagna per ignes
Hic tandem Pater aſpicio.tua ſancta ueri
Ora licet tandem/& uenerandam agnoſcere frontem.
Tu uero dilecte puer quem ducere uitam
Rebar adhuc/q̄q̄ dulces ām iſeris annos/
Id tamen utiliter factum. Prolixior ætas
Peior & humanæ creſcunt cum tempore culpæ.
Sed tua Callaico genitrix fata ſanguine/quondam
Oh coniunx dilecta mihi/quo pectore tantas

Fortunæ fatiq; uices, tot triſtia bella
Quæ noſtras ut fama refert, arſere per urbes,
Quoue animo tua fata tulit? ſuperat ne? uel iſtis
Ipſa quoq; eſt quærenda locis iam corpore functa:
Sic Pater Alfonſus dedit hæc reſponſa parenti
O genitor maiora bonus regnator olympi
Gaudia quæ in ſtygio nobis dare debuit orco?
Iſta trium pietas coitu renouata ſecundo
Aequiperat cœliq; dapes, & gaudia diuum.
O Audenti q̄ ueridico mihi p̄cinis ore
Cum fore dulce aliquid quoq; ſub tellure monebas.
Eſt ſub dite quies. eſt in phlegethonte uoluptas.
Q d' uita & regno teneris excludor in annis,
Nec graue nec miſerum nec lamentabile duco.
Talibus orantem crebris ſingultibus ardor
Occupat & clauſo longum ſermone ſilentem
Cōmiſerans ita ſuſceptis auus incohat orſis.
Chare nepos telluris ad huc contagia ſentis.
Hanc opus eſt animo nubem depellere fando
Hæc duo mortales memorant bona maxima regnum
Et uitam illam inopem morituro in corpore clauſam.
Sed mihi fert aliam melior ſententia mentem.
Namq; quid imperii moles & publica rerum
Cura quid? obſcuris niſi tempeſtatibus actum
Semper, & aſſiduis iactatum fluctibus æquor?
Nulla quies regnis: etenim uel opta tumeſcunt
Bella ſub inſidiis, uel marte geruntur apto.
Sunt reges iuga quæ inuita ceruice feruntur.
Liuor & ambitio primatum, inſidiaq; uulgi
Mobilitas rerum ſemper ſtudioſa nouarum
Sollicitant regnantum animos. & pectora rodunt.
Hæc ſunt illa quibus regum excellentia ſortem
Præcellit cōmunem hominum. mortalibus autem
Omnibus a lachrymis a ſollicitudine ſumens
Vita aditum, graue uenturos facit omen in annos
Scit Priamus Priamiq; domus. ſcit Roma ſuorum
Cæde madens regum. poſt longa atq; aſpera bella
Ille ſuo nil tale merens in ſanguine ad aras
Palpitat. hos fato maiori ex parte cruento
Depulſos ex orbe uorax abſorbuit orcus.

Propterea memori quotiens ea mente reuoluo,
Nec regni iactura grauat,neq; labilis æui.
Hæc quoq; ni fallor,quis ſub nocte profunda
In ſtygiis uerſemur aquis,odioſa putanda eſt
Sors minus.hic dolor eſt pro mille doloribus unus.
Formido hinc excluſa necis,quæ gaudia certe
Omnia mortalis potis eſt reſtringere uitæ.
Hic iter ad ſuperos certum:mortalibus anceps.
Hic ſceleri locus eſſe nequit.mortalibus autem
Omne nefas.nam terra capax ſentina malorum eſt.
Omnia quæ quondam te ſollicitare ſolebant
Conſilia & curas ſtudia in contraria oportet
Vertere:& ex animo labi ueſtigia rerum
Terrenarum:oculoſq; leuare ad olympica regna.
Ipſe quoq; in primis olim poſt fata diebus
Sic affectus eram.menti occurſabat imago
Importuna domus inter lamenta relictæ.
Et regni memor ãmiſſi ſuſpiria & altos
Ducebam gemitus:tabeſcebãq; dolendo
Nunc autem illecebras & opes & cætera regum
Blandimenta minus pendo,q̃ littora fluctus
Quã mare tranquillum uenti q̃ fulmina montes.
Sic pueri affectum ſenior premit.ille recepto
Robore & abſterſo redit ad primordia luctu.
Proſequiturq; dolens afflictæ icõmoda matris.
Flet genitrix.miſeram dolor implacabilis haurit.
Liquitur in lachrymas,renuit ſolatia mortem
Inuocat.& tarde fugienti iraſcitur æuo.
Hoc ſupereſt in uita animum quod mulceat ægrum.
Hoc ſolamen adeſt:in quo inclinata recũbit
Tota domus.ſoror hiſpanis magna indole regnis
Omnia promittens,quæ Panteſilea ſub armis
Quæ tomyris,quæue aſſyriæ regina gerendo
Imperio exhibuit ſexum mentita uirilem.
Omnia germanus iam ſollicitudine tandem
Liber habet,felixq; habeat.me regna ſepulto
Iam pacata ſilent.& triſtia bella quieſcunt.
Talia narrantem cõtẽplabatur,& uno
Coniugis effigiẽ pater & ſe agnoſcit in ore.
Dum tranquilla dies abit,& cũ talibus aufert

Tempora colloquiis/ſublimi a ſede loquentes.
De ſuperis unus procul obſeruabat/& ora
Vt uiſum eſt nouiſſe/leues ſe attollit in alas
Impiger/ & tali affatur iam proximus orſu
Heſperiæ & mundi Reges ſaluete ſupremi/
Progenies dilecta deo: dum ſancta ſubeſſet
Roma mihi/Calliſtus eram.pia bella patantem
In genus inuiſum ſuperis ad olympica traxit
Regna deus.ſupereſt cui nos donauimus olim
Puniceum diadema nepos/obiturus eundem
Sorte magiſtratum uaria: recturus in altis
Fluctibus errantem ſcopuloſa per æquora cymbam
Paſſurus gallorum iras/campanaq; bella/
Diſſidiūq; patrum: nūq̄ poſt funera ab undis
Eruta tranquilo uiſurus flumina uultu.
Auxilio ueni exulibus de more: parentes
Cum quibus in ſūmo dudum uerſamur olympo/
Vos Priſci ſaluere iubent: & tempora ueſtri
Aduentus cupidi uobis occurrere/ ſeruant.
Sic ait: & dextram læto dat & accipit ore.
Continuo Reges/ut cognouere loquentem
Aſſurgunt proniq; patrem reuerēter adorant
Mox alacres ſermonem ineūt: ultroq; citroq;
Multa recenſentes placidis congreſſibus illam
Conſumpſere diem.faciunt breue gaudia tempus.
Sermo erat Heſperiæ priſcum decus: atq; gigantes/
Quos tarreſiacos fama eſt bellaſſe per agros
Cum ſuperis genus acre uirum.mauortia corda.
Adiiciunt Abidis leges: & Gorgoris arma.
Gerionæ triplicis caulas armenta canemq;
Gargitium libycis certare leonibus auſum
Et ueteres Bacchi comites ea regna ſequutos:
E quibus extremo dominum comitatus ab ortu
Luſus in heſperiis poſuit ſua nomina campis.
Additur his locuples animi pauperrimus auri
Par ueteri Curio/decimum Viriatus in annum
Fortiter auſonio patriam tutatus ab hoſte.
Ora ſubit Gothus armipotens & Vandalus audax
Hunnorūq; ferox rabies.truculenta ſueuum
Progenies/curſuq; leues recitantur Alani.

Has patriis quõdam gentes de finibus ardens
Bellandi procul egit amor. longeq; uagantes
Ac ueluti quædam terra℞ incendia claras
Demolitæ urbes rapidiſq; per omnia flãmis
Obuia bacchatæ, fines tenuere ſupremos
Heſperiæ ſcythicum oceano cohibente furorem.
Et iam feſta dies uerſo fugiebat olympo,
Cum repetens erebi dominos breuiora ſacerdos
Exilia, & facilem paradiſi ad limina curſum.
Regibus exorat. precibus chorus annuit æquis:
Et ueniunt animis in uota fauentibus omnes.
Grata Magiſtratus erebi conſulta reportans
Paſtor adhuc Romanus adeſt, ac talia fatur.
Vos pater aſſumptos pro relligione tumultus
Aſſertumq; decus fidei meditatus ab orco
Eximit ante diem. curſu ſimul ite ſecundo.
Cætera in elyſiis domibus memoranda relinquo.
Dixit. & extenſo porrectus ad oſcula uultu
Finit dies Collachrymat regeſq; piis complectitur ulnis.
mõtuo℞. Iam tenebris adoperta dies, iam gaudia clauſis
Diſcedunt heſterna iocis. redicre miniſtri
Tartareæ de fauce domus. animæq; redactæ
In ſua clauſtra malis rurſum exercentur eiſdem.
Ire parant reges numeroq; & uiribus aucti
Cum plæbe umbrarum innumera, quæ libera ſancto
Facta die turmatim ibat Titanis ad ortum.
Tum ſenior dextra natum leuaq; nepotem
Lætus agens graditur, ſanctũq; ita numen adorat.
Oratio Magne Pater qui ſic altum regis ætheris axem
aui. Vt bene conſultum poſitis procul undiq; regnis
Eſſe uelis nec enim cura eſt tibi maior olympi
Quã ſtygis imenſum ſtudiis æqualibus orbem
Suſcipis. hinc ſcimus quod nos docuere parentes
Omne quod eſt opus eſſe tuum. uigilantia rebus
Tanta gubernandis, ut nil ſine legibus uſq̃
In tanta ſit mole, pium te iudicat orbis
Terrarum, maris aurai cœliq; parentem.
Tu pater & cuſtos rerum. tua ſola poteſtas
Fine caret tua terrigenas inuicta gigantes
Demolita manus congeſta bitumine ſaxa

Strauit/erythræos fluctus diuiſit.olympum
Fixit:& ardenti curru titana uolantem.
Cuncta potes. Sed amor nihil attentare proteruum
Te ſinit.eſt pietas operum menſura tuorum.
Hæc faciles iras facit/& placabile numen.
Tu nos aſſyrio tractos de puluere/membra
Quos īmunda grauant/quos inteſtina libido
Vrit.ab obſcura pecudum ratione carentum
Sorte parum procul ãmotos miſeratus ab orco
Soluis/& ad ſuperos ſobolem reuocare caducam
Niteris.his tibi pro meritis exſoluere grates
Non ego non centum noſtro de ſanguine Reges
Sat fuerint.minor eſt animis humana facultas.
Nos igitur partem īmenſi Rex maxime regni
Exiguam rege. & inferni per inhoſpita mundi
Stagna uehas.feſſoſq; breui fer ad æthera curſu.
Hæc ubi dicta leui canum caput aura ſuſurro
Implicuit lunæ ſimilis/cum ſera patentes
Ingreditur thalamos frigenti pallida uultu.
Et ſimul a curui prolapſa crepidine ſaxi
Vox in luce ſonans. Tuta eſt uia carpite greſſum
Iam gelidis loca foeta uadis : iam ſtagna propinquant
Vltima quæ lethe glacialibus aſperat undis.
Iam ſtyga tranſiſtis phlegethonteaſq; lacunas:
Et uada cocyti magno reſonantia luctu.
Nunc ſupereſt acheronteæ pars una paludis:
Quæ ripis incluſa ſuis agitataq; curſu
Præcipiti ſalit in fluctus:fremituq; ſuperbo
In cautes irata furit.grauis alueus alto
Gurgite ꝑpetuum trahit ima in tartara murmur.
Amnis ubi tranſmiſſus erit qui terminat ignes:
Frigida ſeſe aꝑit regio:tractuſq; per amplos
Pigra gelu uada concreto tegit æquora campus.
Hæc totidem numero pœnas totidẽq; latentes
Ad dextram læuãq; ſinus habet ora:profundis
Fracta uoraginibus:quibus excruciantur acerbis
Luctibus algẽtes animæ:rurſumq; ꝑ ignes
A glacie:rurſum ad glaciẽ reuocantur ab igne.
Donec circuitu labes abraſa pacto
Diffluat:& ſimplex animæ natura ſuꝑſit.

Sed uos quæ moneo uigilanti aduertite ſenſu.
Pons tremulus longa & gracili trabe cõiugat amnem
Sub quo præcipites acheron pice nigrior undas
Voluit:& effuſo late patet alucus æſtu.
Hac iter eſt cõmune.uado uia nulla. natatum
Non fert unda rapax neq; tali hircana uolatu
Raptorem inſequitur Tigris.neq; partica tanto
Agmine per cœli nubem ſe abſcondit arundo.
Qui pontem ambiguo titubans pede calcat/in altum
Flumen abit.rapiturq; inferni ad limina ditis/
Tartareũq; chaos rapido uada uortice merſum
Inuoluunt fundo.& fluuio uox clauditur hauſto.
Nec remeare datur/donec de regibus unus
Iuſſerit a lictore trahi quod uidimus ipſi
Sæpius.in natos hæc eſt inuenta rebelles
Pœna:quibus patrum grauis atq; odioſa ſenectus.
Sed deus inſolita ueſtrum pietate laborem
Adiuuat.& breuis eſt uobis conceſſa ꝑ auras
Semita:& ecce leues ſuperi quibus utimur alas
Tradimus.a tergo in pectus uenientia ferte
Lora ſub axillas:tripliciq; aſtringite nodo.
His nedum fluuiale uadum/ſed & omnia regna
Aeterno damnata gelu tranſmittere fas eſt.
Qui pedibus glaciem atq; rigentia ſaxa ꝑagrant
Obiicibus crebris ſcopuloꝝ/ & gurgite multo
Tardati/longo in pœnis mœrrore ſeneſcunt.
His fauor iſte datur/qui ſe dum uita manebat/
Subſidiis inopum gratos fecere tonanti:
Vel quibus id pia poſteritas poſt funera ſoluit.
Sed quibus ingrati auxilia expectata nepotes
Nulla ferunt/longos erebi ſine fine recurſus
Cũ lachrymis gemituq; iterant. Patrimonia nati
Dilacerant patrum imemores. ut terra ſepultos
Eſt complexa/pias abolent obliuia curas:
At tu ſancte Pater/ne uos de limite recto
Pellat in extremas boreæ uiolẽtia cautes/
Semꝑ enim geticis ora hæc aquilonibus alget/
Ripheoq; gelu ſemꝑ graue ſpirat ab axe:
Qua ſit iter ſerua. lamẽta audita ꝑ auras
Quæ media eſt regio:quæ ſint extrema:docebunt.

Nam uoces utrinq; ſonant.fremit undiq; ſtridor
Horribilis.credas adductis faucibus urſos
Frendere/& ægrotos tremere/ac rugire leones
Anxie/& extremo tauros mugire ſub ictu.
Auribus hic opus eſt/oculos ubi nubila uincunt.
Cum ſtrepitus leuam ueniet manifeſtus ad aurem/
In dextram fuge.cum dextra lamenta ſonabunt/
In leuam preme.cum lemures proſpexeris atros
Scintillare oculis/& reſpirare fauillas/
Duc ſignum luſtrale manu/dic nomina magni
Regis.erit uobis cuntos uia tuta per hoſtes.
Laruaq; natura fugax:ſi expaueris/audent/
Si contemnis eunt/maieſtateq; tuentur
Arte ſuam/ſi quid nequeunt/ſimulanter/& aſtu
Prætereunt.fictoq; tegunt odia irrita uultu.
Cum tumidi liuore graui tardare ſecundum
Annitentur iter/motis tum fortius alis
Carpe uiam intrepidus/totoq; elabere niſu.
Dixit:& in noctem lumen cum uoce receſſit
Iamq; datis freti pennis acheronte relicto
Aera tranabant læti ſtridentibus alis/
Perſimiles cygnis/uiridi quos Mintius Alga
Quos Meander alit/quos humida prata cayſtri.
Vndiq; lugentes animæ/ſæuiq; dolores/
E puteis lamenta cauis ſuſpiria/& heu/heu/
Tum iuuenis Pater inquit ades:confinia noſtris
Verba ſonant.uideor uoces audire latinas
Sub glacie.hic aliquis Romano a ſanguine ſurgens
Sub pallente lacu pœnas in frigore pendit.
Dixit.& in dextram paulum pendente uolatu
Vicinam apprehendunt cotem niuis imbribus albam
Et taciti arrectis inclinant auribus ora.
Continuo auditæ rixantum in gurgite uoces
Obtuſumq; ſonans duro ſub flumine murmur.
Prima ſono uox languenti/miſerere dolentum
Papa.P. Et ſine clamabat feſſos ſpirare parumper.
Altera crudelem referens Euriſtea toruo.
Intonat ore ſuper.ſi quæ puerilia flagra
Hactenus inflixi tergo impatiente recuſas/
Quo pacto nodoſa feres atq; aſpera ferri

Pondera?& intorto ſtridentes ære catenas?
Hæc ſunt quæ noſtris epulaꝝ exordia menſis
Ponimus.in melius creſcent conuiuia.Rurſum
Prima exclamat:apud ſuperos ego templa tenebam
Vaticana.dabant Reges his oſcula plantis.
Cerne miſer quibus inſultes.reuerentia tanti
Nulla magiſtratus erebo?Num regna tonantis
Hæc quoq;? Num ſtygio Chriſtus dominatur ĩ orco
Pontifices hac mole premi?leuiora ſub ĩpo
Tartareo Plutone dari tormenta feruntur.
Altera mugitu ſonat implacata minaci.
Non animaduerſo iura his damus ordine:q; ſi
Ordo animaduerti debet ſacer/ordine functus
Maieſtatis inops/exautoratus ad umbras
Mitteris has gẽmis/oſtro exarmatus/& auro.
Præteriti nota ſola manet:cui ſidere uanum.
Ille tuus quondam ſplendor tua tanta poteſtas
Illa ſuper terram cum uita excedit:ad orcum
Veniſti miſer/obſcenus/ſquarroſus:& audes
Hiſcere:& antiquos iouis irritare nepotes
Futilibus nugis.& te iactare/q; olim
Inter oues ſortitus eras primatis honorem?
O ſtolidi/ut noxam ſic & tormenta coronæ
Atq; magiſtratus(fruſtra hec pretenditis)augent:
Diſcite ſed ſero/quando eſt reſipiſcere uanum/
Diſcite fortunæ non fidere/diſcite fatum
Ponere.ſola poteſt hominem defendere uirtus.
O ubi nunc lautæ illæ epulæ/nidorq; ſaliuam
Eliciens?ubi procedens in fercula ſeptem
Id ſaliare epulum?flauoq; oneroſa falerno
Pocula?& aſſiſtens leuis & corrupta iuuentus?
O ubi olorinæ ſubter uelamina plumæ
Serica/odoratæ chlamydes?aſiatica gaxa?
Aulæata domus?ſtratis aſarota ſuderbis?
Debuit illa ætas reprimi/& præſaga futuri
Dicere/forſan & hæc oli meminiſſe pigebit
Prima iterum/merui(fateor)grauiora:feramq;
Aequo animo:ſed danda aliqua interualla dolori
Te quoq; dum crucias miſeros/labor iraq; torquet.
Si nos hac uenia indigni/tibi conſule ſaltem.

Altera ſupplicibus magis irritata querellis
O raſum plæbs uncta caput/ueſtigia tandem
Mittis in hos caſſes.humilem ueſtire figuram
Debueras/cum tenſo ibas per compita collo.
Nunc ſera eſt probitas.pruritu ardentia terga
Sancte Pater ſcalpenda manu hac.Tuus atq; tuorum
Eſt nobis labor iſte/quies/dolor iſte/uoluptas.
Prima iterum.Poſtq̃ tua tam implacabilis ira
Perge/feri ueſtiga oculis ubi uulnera deſint.
O Erebi Durum imperium/legemq; ſeueram.
O uacuas pietate domos/o immania regna.
Altera nil mollita animo reſpondet amaro.
Perditis hos fletus.noſtra non regnat in aula
Fœmineum pietas caput inclinata:nec amplum
Nuda ſinum mammoſa nurus/quæ pignora lactat.
Non elumbe ſonans uerſis clementia ſurſum
Luminibus.non Relligio triſti aſpera cultu:
Quæ filo inſertis numerat ſua murmura baccis.
Non ſunt hic ſiloe latices/non ſalmacis undæ.
Non piſcina lauans pecudes iudæa litandas.
Hic recti cenſura tenax.hic maſcula iura.
Non ut apud ſuperos ægris blandimur inerti
Auxilio/cauſas ſcrutamur/& ulcera ferro
Scindimus ancipiti/morboq; medemur aperto.
Hic iuſtæ ſanctæq; animæ Rhadamanthus/& autor
Legum habitat Minos:atq; Eacus:omne ſub iſtis
Iudicium/qui iuſticiæ dum regna tenebant
Orbe alio/cultu inſignes hic iura miniſtrant
Hi ſaltem neq; cunctantur nec amore/feruntur
Aut odio.meritis æqua dant premia lance.
Nos quoq; tenareis quibus ora infecta caminis/
Quamq̃ noſtra breuis fuerit fortuna/tonantem
Vidimus:& cœli ſummo regnauimus axe.
Nunc quoq; regnamus.nec enim ſine dite nocentes
Multari atq; obſcura trahi ſub tartara fas eſt.
F.P.or. At tu implumme caput cui tanta licentia quondam
minos. Fœmineos fuit in coitus.tua furta putabas
Hic quoq; pretentu Mitræ impunita relinqui?
Sic meruit tua fœda uenus/ſic prodiga in omnem
Nequiciam/ad uirtutis opus tua auara libido.

Illa dionææ cithereia munera conchæ,
Illa pudiciciam quibus impugnare ſolebas,
Et noctes emere, & nudæ indulgere palæſtræ,
Scimus: & in ſcriptis tua ſancta redigimus acta.
At niſi fœminea tandem prece motus olympi
Rex afferret opem, cum iam ſuſpiria raucus
Vltima uix traheres, & mors icũberet ori,
Noſter eras. ego iam ſtratũ tibi molle parabã
Larga ubi tartareas intrat ſentina cloacas
Par meritis locus ille tuus. Deus iſte malorum
Fautor ut antiquis uiduatam ciuibus aulam
Et noſtro mœſtam exilio repararet, in aſtra
Colluuiem uulgi humani paſſimq; uolentes
Ire leuat. nolentem etiam prece palpat, & urget
Ciuium inops. cœlum meretrix, cælum intrat adulter:
Sidera lænones habitant. mihi debita fures
Regna tenent. bis iam cœlo ſemel, & ſemel ipſis
Pellimur e terris. at uos habitabitis aſtra
Sacrilegi: inflati: inceſti: rabidi: atq; cruenti?
Sic illi placet. & placeat. mihi forſitan olim.
Non impune feres. & non ſine uulnere multo
In loca peruenies quondam mea: pectora terga
Et femora & clunes arma experientur auerni.
Talia mordaci latrabat iupiter ore
At reges probra ægro animo tam indigna ferentes
Diſſiliunt ſcopulo phœbiq; feruntur ad ortum
Obnixi in boream: pleno namq; ore ſiniſtrum
Ad latus inſultans boreas uigebat in auſtrum.
Propterea in leuam recto de tramite paulum
Inclinatur iter, uentoſq; & frigora uincunt
Viribus, & rapido latera exercente uolatu.
Sicut ubi fluuium certant tranſmittere nautæ,
Prora per aduerſum ſcalmis ſtridentibus amnem
Vix agitur: q̃tumq; manus ſuperantur ab undis,
Tanto nauta, grauem portu ſecat altius æſtum
Ad rectum rediturus iter, cum flumine uicto
In portum deſcendet aquis iam cymba ſecundis.

I AM MEDIVM BOREALE gelu
torpentiaq; arua
Difficiles faciente uias aquilone ſecabāt,
Cū ꝓcul obſcuꝝ murmur graue mugit ab
Q uale in cōceptu nimbi glacialis olympus (axe,
R ugit agens tempeſtatem per nubila nigram.
Iam crepitu maiore tonat, iam fortius aurem
Pulſat, iter flectunt, & ſponte aquilonibus alas
Dant pauidi, ac boreæ arbitrio per inane feruntur.
Haud procul occurrit moles, ubi forte repertam
Dum circum ſcabri reptant latera ardua ſaxi
Montis in anfractu, rupem ſubiere cauatam.
Dumq; ſilent, dum uix audent ſpirare ſub antro,
Dum incumbunt oculis atq; auribus, ecce repente
Agmen adeſt .& turba obſcura abſcondita nocte.
Et quoniam crebro nubes caua fulgurat igne,
In tenebris modo clauſa latent, modo aperta uiciſſim
Ora patent, ut nox alternat & igneus ardor.
Tempeſtas uentoſa tonat iaciuntq; fragorem
Fulmina terrificum.conuulſaq; fulmine ſaxa
Diſſiliunt.teſtudo crebi tremit antra reclamant.
Murmure confuſo tuba cornua tympana raucum
Aes animant.phario rudit uox barbara ſiſtro
Latratus lituorum ululant.uenit ordine longo
Priſca deum ſoboles formis adoperta ferarum.
In curuo delphine pater neptunus aquarum.
In Ceto grauis ægæon . in hirundine Tethys.
Nereus in uitulo.Rombi ſub imagine doris:
Polypus eſt Protheus.Remoram Melicerta ferebat,
Naunlus eſt mater.latet in Torpedine Triton.
Cæteraq; æquoreæ uelant ſua numina formæ.
Falcifer eſt Elephas.ſphinx eſt ſaturnia Iuno.
In cane Mercurius.Pallas ſubit ora Meduſæ
Sub boue clauſa Venus. ſub olenn Mulciber hirco.
In ſerpente Ceres, lupus eſt Tirinthius. Euan
Lyncis habet maculas.Latonæ filia Phœbe
Callida, & ut peribent noſtræ æmula uocis Hyena,
Mirꝙ animal.modo mas.uerſo modo fœmina ſexu.
Phœbus equi caput atq; iubas ceruice comantes
Vibrat.habet Lamiæ mater Latona figuram.

Hi proceres inferni erebi.grege preſſa coacto
Turba ruit:Ceruus creſcens in cornua.paruus
Ichneumon cute limoſa.pannoſus & aſper
Vrſus.Oryx/cui terga pilo contraria uerſo.
Lutraq; piſcatrix.terræq; habitator & undæ
Fiber/& inuadens iaculis bicoloribus iſtrix.
Trux leo.dente minax aper.& leuis ilia pardus.
Lunatis panthera humeris.pede ſtrenua tigris/
Et cui cornutis nomen de naribus ortum.
Et cui defenſa eſt uno frons ardua cornu.
Indi uriq; boues/& ſemiferi centauri.
Cætera preterea uariis animantia formis/
Quæ æthiopum deſerta colunt.ubi ſolis iniqui
Impatiens tellus parit indignata uenenum.
Iſta ingens ſtipante Aries legione per Orcum
It caput elatum uibrans:ſuccenſa coruſcant
Lumina ſub trucibus ciliis/nodoſa leuantur
Cornua.& a fronte in dorſum contorta recurrunt
In faciem.mucroq; minax falcatus utrinq;
Prominet.hirſutæq; cadunt de cornibus aures.
Nigra cutis/nigrum uellus.ſuccumbit aſellus
Caudæ oneri.ne uerrat humum.ſylueſtria panes
Numina & agreſtes ſatyri monumenta ferebant
Bellica loricas/clypeos/& cætera martis
Arma triumphali ritu ſiſtenda ſub altis
Poſtibus exanimes ubi mors cubat inter aceruos.
Mars erat e bello rediens: quod geſſerat illa
Tempeſtate graui turcorum oppreſſa tumultu
Chalcidis euboicæ tellus:ubi concita ſemper
Aequoris alterno fluit unda reciproca curſu.
Tum Rhodus alatum lacedæmona puppe leonem
Tondere/& aduerſo remis inſurgere ponto
Vidit/& ingemuit cladis præſaga futuræ.
Nam poſt euboici uicina incendia belli
Ipſa ſibi ingentem uidet impendere ruinam.
Thraicias igitur mars implacabilis umbras
Ducit ouans/& multa uirum grege millia longo.
Boſphoridæ obuerſis in terram uultibus ibant/
Vana execrantes Machometi inſomnia ſero
Intellecta/dolent panchæis fraudibus orbem

Turpiter illuſum.generis pudet. ore proteruo
Inſimulant cœlorum iras/& fata/deumq;
Agmine in extremo Eumenides/quæ nocte feruntur
Atq; Acheronte ſatæ/contorto uerbere turmam
Sollicitant.ut paſtor oues cum e montibus altis
Autumno in campos redeunt armenta reuerſo.
Eumenidum comes impatiens furor intonat ore
Stentoreo:& turbæ inſultans/ita faucibus amplis
Vociferat.Quæ uos retinet mora? Tartarus omnis
Confluit ad portas predam uiſurus.ab antro
Cerberus effuſam gradiens uix baiulat aluum.
Ite citi.longum ſupereſt iter: Ite.nec iſtis
Expectate locis requiem.ſinus iſte negatur
Crinibus illotis.fundo inuoluuntur Apellæ/
Gens damnata/priuſq̃ nata.uidebitur illic
Tota patrum ſeries.bellax Otomanus/& ambo
Orchanes aſſueti bellis.Amuratus uterq;
Solmanus.fraterq; minor. Calapinus/& omne
Vulgus/hyperboreis quod nos ex montibus olim
Caucaſeas citra fauces & caſpia clauſtra
Miſimus/ut noſtrum genus ulciſcatur/& ultra
Sæcula iam ſeptem ualidis Chriſto imminet armis.
Hic etiam uicto gaudens Imilinus ibero.
Et ferus aſſyriæ domitor Saladinus.& atrox
Bendegar.hic omnes arabi/thraceſq; tyranni
Vna habitant primo generis cum patre ſepulti.
Cum quibus & uobis lautam Proſerpina cœnam
In phlegetontæis picto ſub fornice ripis
Lætabunda parat.ſtratiſq; tapetibus omnem
Veſtit humum.lata ornari iubet atria Pluto.
Ite ad gentiles epulas.Chriſti arua nepotes
Iſta colunt.celeres inimica abſcedite terra.
Altera uos ora anguſtis ampliſſima campis/
Lucida perpetuis tenebris/fuligine ſemper
Candida ſuſcipiet.q; ſi ſudore madebunt
Corpora/biſtoniis uos tartarus abluet undis.
Talibus inſultat dictis.& amarus aheno
Verberat haſtili/furciſq; bicornibus urget.
Exangues animæ properant. odioſaq; monſtri
Verba ferunt grauius/q̃ duri uerberis ictum

Præpido curſu accelerant:& uertice preſſo
Sub rigido intorquent liuentia terga flagello.
Iam ſtrepitu regio frigens abeunte ſilebat.
Murmuraq; occiderant flexu intercepta uiarum.
E latebris reges ut aues iam ſole reuerſo:
Poſt nimbos æſtate uolant:aliſq; feruntur
Præpetibus borea iam decreſcente:geluq;
Miteſcente:uelut gelidi cum ſidus aquari
Sol fugiens aperit Zephiros:& dulcia ueris
Tempora floriferi.glebis cum terra ſolutis
E uocat e latebris uirides in aprica lacertos.
Incipit Lux. Ecce procul cernunt incertum lumen:& albæ
Neſcio quid ſimile auroræ:noctiſq; tenebras
Luce fatiſcentes tenui.pernicibus ergo
Fortius incumbunt pennis.agiliq; per auras
Remigio tranant: & lucis amore feruntur.
Iamq; dies uicina iubar ſpectabile longis
Faucibus extendens humentem diſcutit umbram.
Mitior & radiis manſueta calentibus herbas
Fert humus.atq; ſitu ſenſim exoneratur opaco.
Iam ueniunt ebuli.iam circum marmora ſerpunt
Flexipedes ederæ.Veneris coma ceſpite raro
Humenti de rupe cadit.ſe gramine ueſtit
Cui dedit & nomen paries.Chelidonia paſſim
Surgit:& ambroſiæ ſemper uiuentia pingui
Fronde ſedent in muſcoſis conchilia ſaxis.
Supremum iam limen adeſt.hyperionis ardor
Ora ſubit.phœbiq; acies immiſſa per antrum
Fert athomos.in luce natant luduntq; per auras.
Iam cœlos:ipſumq; uident aſcendere ſolem
Crine coruſcantem aurato:qui nuper ab undis
Extollens illuſtre caput proiecerat umbram
Noctis ad ardentem libyæ ſuper æquora libram.
Et ſoror obuerſis in tergum cornibus ortu
Lucida iam quarto graditur.formoſa ſequuntur
Monſtra maris:dominam pelagi:Nereides olim
Dicta:patris Nerei ſoboles ex coniuge Dori.
Cymodoce.Thoa.Cymothoe.Limnoria.Proto
Callianira.Agane.Melite.Galathea.Iannaſſa.
Electra.& Glauce.Climene.Doto.Amphinomeq;.

Atq; aliæ quibus eſt nomen commenta uetuſtas.
Sic rudis illa ætas erat/ut maris eſſe putaret
Numina/quæ falſos habitant animantia fluctus.
At non cuncta tamen.ſed quæ formaia uidebant
Mollius/atq; magis noſtros imitantia uultus.
Namq; opifex ac ſi plures effingere formas
Neſciat/in terris quales & in aere fecit:
Sideribus tales tales dedit æquoris undis.
Nant igitur ſpumante ſalo:lunamq; ſequentes
Arte mouent ulnas.ductiſq; per æquora ſuris
Nunc capita extollunt:madidoſq; ad tempora crines
Virgineo inuoluunt ſtudio.nunc ore ſupino
In ſummo fluitant pelago nunc pectore prono
Per uitreas labuntur aquas.ad lactea plaudit
Vbera/& a iugulo niueos excurrit in armos
Pontus.& albentes gaudens amplectitur artus.
Carcris inferni poſt longa ergaſtula tandem
Iam penitus ſecuri umbrarum & olentis auerni
Sideribus reges cœloq; fruuntur aperto.
Clauſa diu frigente metu ſyncæra uoluptas
Corda aperit.blandoq; mouet præcordia plauſu.
Dulcibus exultant curis.iuuat ire per herbas:
Et pede non pennis uti.de more uolucrum/
Quæ ſimulac menſæ longo uada magna uolatu
Inuenere agros alis ueſtigia clauſis
Expediunt.lætiſq; petunt garritibus eſcam.
Nec ſatis eſt ſpectare oculis:ſed pectore prono
Purpureos humili carpunt de ceſpite flores.
Summa ferunt per prata manus.ballantia palpant
Gramina/& abſorbent redolentia naribus arua
Ver erat.& ſegnes aperire fauonius agros
Cœperat.& miti campis alludere uento.
A cœlo in fruges humus inuitata creandas
In frondes formabat aquas.pingebat aperto
Flore comam uiridem.pulchro neu gratia deſit
Vlla operi/uarios ſuperinfundebat odores
Dedala/ſecretas ſpirans in gramina uires.
Magnus & aſcenſu longus.prope limen auerni
Mons ſedet:& celſum leuat uſq; ad ſidera culmé.
Aſcenſum uia nulla docet.tamen ardua moles

Spondet iter lætum nã cotibus aſpera nullis
Tota uiret. ſæpe æquato plana area tergo
Præbet anhellanti requiem de rupibus altis
Soliuagæ pendere feræ per prata uidentur
Nũc herboſa uides molli iuga ſurgere cliuo:
Nũc ſyluis umbroſa comas attollere in altũ.
Ergo auidi ignotũ ſpeculãdi e uertice mũdũ
Cõſcẽdũt paribus ſtudiis, & paſſibus æquis.
Geſtit auus graditurq; nihil tardãte ſenecta
Par iuueni. magiſ excelſis magiſ aura uigorẽ
Ingerit æthereũ iam frons exuta ueternum
Tẽdit̃, & uiridis redit ĩ ſua mẽbra iuuentus.
Frigida canicies capiti fluit. uuida rugas
Explicat & uiuũ cutis induit alba colorem.
Corda calent, nerui euigilãt, uenæq; redũdãt
Labra rubẽt effœta prius, caua tp̃ra ſurgunt.
Lene fluens in uoce lepor. toruũq; reuellens
Ex oculis ſenium dulces noua ſuſcitat ãnos
Grana primæuus tenero gelaſinus in ore.
Alba rubet facies, crinis nitet æmulus auro:
Et flauẽte humeros umbra tegit oĩa rident.
Mirantur ſeſe, & ſiſtunt ueſtigia uerſi
Alter in alterius uultum. reducẽq; iuuentam
Contemplat̃, uti quando iam ſera nepotum
Poſteritas ſeptem comites poſt ſæcula uidit
Iã duo de longo ſua quærere limina ſomno.
Oĩbus eſt pluſq̃ humanæ decus ĩdolis unũ.
Nec matura patrẽ: nec auũ grauis ĩdicat ætas
Credere germanos: & eodem pignora partu
Nata licet: ſtygio ſancti de gurgite manes
Dimiſſi ad ſuperos orbi dominant̃: & auras
In quaſcũq; uolũt ſpecies elemẽtaq; poſſunt
Ferre: uoluntates animũq; ſecundat imago.
Iã ſuperat montẽ. iam ſummo ĩ uertice lõgos
Proſpiciũt tractus. nec iã montana putatur
Ora: ſed ĩmenſis late patet undiq; campis.
Sunt tamen in cãpis tumuli: colleſq; ſupini:
Veꝝ humiles: ſola frugiferis uberrĩa glebis.
Surgit ad occaſum regio declinat ad ortum
Leniter: & ſolem totis aprica diebus

Accipit.humet aquis.uitrei per gramina fontes
Deriuantur cunt riui ſalientibus undis
Rura per/& uariis fragrantia odoribus arua.
Vndiq; flat panchæus odor:ſonat undiq; cantu
Orphæo ſyluestre melos.terra æmula cœlo
Grata coloratis ſpectacula collibus offert.
Totus in arboreis annus ſine frigore brummæ
Frugibus apparet: florent/& adulia uireſcunt
Et matura rubent una ſuper arbore poma.
Hoc in uite uident iſtud mirantur in herbis.
Et quaſi lenta feraz faſtidiat ocianellus
Orditur texitq; ſimul:quæ texuit offert
Prodiga.gaudet opus ſpectari/& ab hoſpite carpi.
Sūt quæ hodierna dies ſunt quæ quoq; craſtina ſemp
Hauriat.Ipſe ager eſt ipſi ſunt horrea rami
Nil ſeruare opus eſt.campis penus unica totis
Publica:& appoſitis dapibus conuiuia paſſim.
O qui nos tandem accipiunt poſt ſulfura auerni
Poſt ſtygios ignes lethæaq; frigora campi
Exultans exclamat auus.felicia certe
Iugera/felices habitant quicunq; coloni.
Ore hiat/& tenſis oculis circum omnia luſtrat
Vultq; loqui Alfonſus:ſed mens dulci ebria uiſu
Senſibus ex aliis fugiens in lumina ſeſe
Colligit:& muto uires non influit ori.
Et pater admirans alto legit omnia uultu:
Atq; ait/o lætis quæ tam indulgentia campis
Sidera? num heſperidū nemus hoc.nū theſſala tēpe?
Aut humus illa arabum felix? uel forſitan illud
Nobile phæacum regis nemus? Elyſiumue?
Vel quas mobilibus placidum mare diuidit undis
Inſulæ in occeano prope littora atlantica mauro?
Hic ſuperos miſſo ſolitos diuertere cœlo
Crediderim ſi quando uacant curaſq; remittunt.
Nam & ſuperi qui cœlorum conuexa gubernant
Corpora:& hunc orbem:ceſſant:uicibuſq; laborant:
Non ꝙ opus uires oneret:ſed ut ordine regnent.
Huc defuncti operis ueniunt.hic ocia ducunt.
Quis decor arboribus.quis odor uernantibus agris
Quanta ſuſurrantes deducit gratia riuos.

Q uæ iuga/quæ ualles/& q̄ fœcunda ſupinis
Collibus uligo.nudum nihil. omnia ueſtit
Sponte ferax tellus.uiridis color omnibus agris/
Non tamen eſt idem uiridis color omnibus agris.
Dumq; ita per tractus fando ſpaciantur amœnos/
Audētiꝰ. Ecce procul contra ueniens Audentius auro
Flāmigerat.diuiſus apex in uertice gēmis
Ardet:& extantes humeros & cætera membra
Longa ſub albenti uelabat purpura biſſo.
Candida barba uiro/coma candida/candida ueſtis/
Candidus ore rubor/læta & robuſta ſenectus.
Pontificem dextra ſocii læuaq; ſequuntur
Cœlicolæ multi quos inter candida pectus
Flaua comas/alba ora rubens/aurata lacertos
Eulalia. Eulalia / & conſors certaminis atq; triumphi
Leucadia Leucadia exanimata metu. Lucilia gentis
Lucilia. Fama ſyracuſiæ/pulchræ pulcherrimus urbis
Partus.odoratis caput inſignita coronis
Agathe. Diua Agathe/longoq; agnes ueſtita capillo.
Agnes. Et quam patre ſyro genuit longinquus horontes
Marga/ Margaris attollens oculos formoſa nitentes.
rita. Omnibus his duplex florum decus.alba pudoris
Lilia / & effuſi roſa rubra inſigne cruoris.
V t ducis os puer agnouit/ueſtigia profert
Impiger/impatienſq; moræ præuertitur agmen.
Paſtoremq; ſinu accipiens in gaudia totus
Effluit oris inops/linguæq; oblitus adorat
Pronus humi.leuat acclinem pater:atq; receptum
Comiter alloquitur memorans iter illud opacum
Tœdiaq;/& primo lachrymas in limine auerni:
Seruatamq; fidem. Reges iam proximus alto
Accipit affatu. tenſiſq; amplectitur ulnis.
Atq; ait.o longo uitæ mortalis & orci
Defuncti exilio tandem uenistis ad auras
Aetheris.ipſe quoq; Alfonſi non immemor adſum/
V os patres ſaluere iubent.uos ſidera ciues
Decreuere ſuos.iam uos expectat olympus.
Sic paſtor.R egale ſonans auus ore decoro
V t paucis reſponſa dedit/rogat arua doceri
Tam claris opulenta bonis/tam dulcia uiſu.

Annuit.& ductis per amœna uirentia paſtor
Luminibus locaq; oſtendens mota undiq; dextra
Incipit.& pedibus lentis ita fatur eundo.
Hæc ea quæ noſtri generis pater arua tenebat
Ante nephas/hic fons/qui flumina quattuor implet.
Hic arbor uitalis adhuc.& noxia poma/
Et rami autores mortis.ſedet ecce ſub umbra
Iuniperi ut regale odium cum euaderet olim
Helias. Candidus Helias Theſbæo a ſanguine Cretus
Magnus arabs/cui iordanes ſua flumina fecit
Peruia.& effuſo uatem tulit alueus amne.
Progenie felix/& longa ſtirpe nepotum/
Quos nutrit Carmelus adhuc.Carmelus ab alto
Vertice proſpiciens cypriam paphon/Idaliumq;.
Vnde fluens belus torrens breuis æquor in altum.
Labitur/& ſecum uitreas conuoluit harenas.
Inſignis pietate ſenex Hiericontis ad undam
Flammiferis occurrit equis:& raptus in altum
Aethera (panchæi currum uidere uolantem)
Venit in hos campos:ubi nondum debilis æuo
Sed mortalis adhuc uiuit rediturus in orbem.
Ecce racemifero ſubit aurea mala caniſtro.
Aſpice quis canis uigor/& q̄ firma ſenectus.
Hoc cœlum hi latices prohibent hæc poma ſenectam.
Altitudo paradiſi onetalis. Hic telluris apex conuexo in ſidera ſurgit
Vertice.terreni pars hæc altiſſima mundi.
Orta dies nobis iam tres adoleuit in horas.
Spectaculũ inequalium dierũ. Prima indos aurora uidet.modo lucifer illic
Scandit:& exiles prima face porrigit umbras.
Nam neq; terrigenis ſtellarum eſt omnibus idem
Ortus & occaſus.nox intempeſta latinis.
At gallis nunc prima quies.Getulia nondum
Eſt ſopita:ſedet poſitis hiſpania menſis
Cœnatura.uehit primam iam ueſpera noctem.
Quando oritur/nobis aries/athlantica tellus
Aſpicit ardentes chelas & brachia libræ.
Terra rudi tornata globo ſi plana rotundam
Poneret effigiem/tantum locus eminet ultra
Nubila/tota oculis eſſet ſpectabilis uſq;
Littus ad hiſpanum/quod luſide uapulat unda.

Tēperies Hic neq; brumma gelu torpet:nec aduritur æſtas/
Nec pluuiam uapor exhalat picea ue ſonantem
Tempeſtate notum/nec ituram in fulmina flammam:
Sed cohit in gelidum rorem:quo gramina ſemper
Collachrymant/aurāq; leuem:quæ frondibus altis
Murmurat inclinans undantem leniter herbam.
Zodiac9 Maximus ingentem cœlo curuatus in arcum
Aequali/ Circus & a duplici fugiens æqualiter axe
tas dierū. Cui motrix anima incumbit quæ ſidera torquet/
Hic tenebras lucēq; pares diſpenſat in horas:
Oſtenditq; polos nobis aquilonis & auſtri.
Nec geminos tantum eſſe polos ſed quattuor axes
Quos duo porrectis ad mundi extrema lacertis
Signauere ſuo ex curſu declarat olympus.
Nam licet errones ſeptem maiora ſequuti
Corpora in occaſum primo rapiantur ab ortu/
Non tamen ire ſua ceſſant uertigine contra/
Et proprium lentis circūdare motibus axem.
Signifer a medio quantum diſiungitur orbe
Ad tropicos/tanto uertex mundanus ad auſtrum
Preſſior:ad boream uero ſublimius ipſo
Tollitur errones ſeptem qui ſuſtinet axe.
Tam miris deus ire modis aſtra ignea fecit.
Ecce quod ad leuam raris micat ignibus aſtrum:
Magnum ancile putes/ſidusq; īmobile:uerum
Semper it/& currens nunq̄ ueſtigia mutat.
Et uicina breui circūfert ſidera gyro.
Id tellus ignorat adhuc habitata ſub arcto/
Trans mare littoribus clauſum.ſed iberica uirtūs
Naue per auſtrales paruo poſt tempore fluctus
In noua regna legens axem deprehendet.& iſto
Cardine ad heoos ueniet duce nauita portus.
Sicut ab heois ad hyperboreos/& ab indis
Per boream in fines eurus fert garbaſa noſtros.
Spectacu Peruia ſunt hominum generi maria oīa:ad ipſos
lum ma/ Si tentare uelit/ſi magno induſtria corde
ris peruii. Audeat/antipodes ueniet:proramq; ligabit
Littus ad ignotum/medias ubi porrigit umbras
Nox/cum ſumma dies mareotica uerberat arua.
Inſule in oceano paſſim/terra undiq; profert

Extra undas ſua membra uolens animantibus uſum
Ferre redundantem:rebuſq; uacare creandis
Aſſidue.nunq̃ ſegnis.cum torpet ab ortu
Gignit ab occaſu.cum languida ceſſat ab auſtro/
Exercetur apud ſcythiam.cũ lenta ſuperne
Nil molitur apud populos ubi merſa ſub undis
Cunta putant homines/profert animalia : & omne
Herbarũ frugũq; genus perteſa ueternum.
Sidereos ideo curſus deus atq; recurſus
Fecit/ut in frugem poſitas agat undiq; terras.
Hæc ea quæ niſi lethæis obliuia ab undis
Obrepſere/tibi ueniens Alfonſe loquebar/
Dum ſtygiũ graderemur iter per inhoſpita ſaxa.
Et nunc ipſe uides:ſed mox magis omnia certo
Percipies uiſu/cũ ſũmam elatus in arcem
Arbitrio ingentem circũlaberis olympum
Ipſe tuo/& magni cernes regna omnia mundi.
Ecce procul ſerpens flãmis terquinq; ſuperbus
Labitur/& ſe ſe ſinuãs lucente minorem
Pectore/maiorem cauda circũligat urſam
Sic homines hæc aſtra uocant·ſic græcia quondam
Eſt ſua ſidereis cõmenta uocabula flãmis.
Signa draco aſpiciens gelidis antarctica flãmis
Immenſis immenſa ligat complexibus aſtra.
Aſtra gelu famoſa ſcythis infeſta/ſicambris
Aſpera/& antiqua noſtris ab origine iberis.
Circulus a libra(& libram monſtrabat in aſtris)
Vellus ad hellæum magno per ſidera flexu
Se attollens ſub ſe poſitis mortalibus auras
Porrigit innocuas.lucis diuiſor & umbræ
Partibus æquatis/ita frigora partit & æſtus/
Tẽperiemq; facit:neq; ſolibus ardet iniquis.
Humidus arcadicæ cancer uetus incola lernæ/
Signiferi uerſus boream pars ultima/circum
Deprimit obliquo uiſum qui terminat arcu:
Aeſtiuamq; diem maioribus ampliat horis/
Maiori premit igne ſolum.magis æſtuat ergo
Extremis hæc Zona locis:medioq; tepeſcit
Limite.ubi longe producto frigore noctes
Vim phœbi & radios cohibent/& idonea uitæ

Temperies æſtu ſurgit cum frigore mixto.
Sed deus hinc mortale gelus procul arcet:& ultra
Caſtoris & Pollucis iter depellit ad æſtum
Gangis:ad ethiopum cāpos/ad littora rubra
Ad ſcythicos imbres/ad hyperboreos aquilones/
Sarmaticos ultra montes:ubi non leuat undas
Pontus iners:ſtrictūq; uadis glacialibus æquor.
Illic tanta uirū ſoboles inoleuit/ut ipſe
Inſulæ in oceano/rupeſq; in montibuſ aliis
Luxuriēt homineſq; ferant.ex agmine tanto
Aſtra petunt pauci.paucis/heu flebile dictu/
Diuorū domus alta patet.uorat omnia pluto.
Ecce quot octauus radiat ſplēdoribuſ orbis/
Sed magis in boreā qua ſe uia lactea curuat.
Plura q̃ arctoo ſpirant animantia cœlo.
Nobilior pars iſta poli:quod ſigna fatentur
Ipſa ſitu biſſena ſuo ueſtigia ad auſtrū
Et capita ad ſcythici latus extēdētia mundi.
Omnia quæ phœbi facies in luce diurna
Terrigenis aufert/animis iā corpore functis
Aſtra micant ſemper.lux ĩmortalis olympo eſt.
Sed terræ pars una diē pars altera noctem
Semper habet:nunq̃ titan cōplectitur omnē:
Et luci oppoſitas cœlo tenus erigit umbras:
Quas cum luna ſubit/triſti fit pallida uultu.
At ſubit aduerſum quotiens contraria ſolē
Non uidet.& cœco contriſtat ſidere mundū.
Sol quoq; ſi quando lunam ſuperambulat/orbē
Abſcondit non lucis inops/ſed lumine clauſo.
Cernite noſtrates animæ/quæ nuper ab orco
Adueniſtis opes cultūq; ardētis olympi.
Quot cœli pars orta rapit tot ſidera ſurgēs
Altera fert.toto lucent miracula mundo.
Cernite mauortē qui lutheus ore minaci
Naſcitur.& ſupra pelagi ſe porrigit undā/
Quanta uenus decus aſtroꝝ/oræ nuncia phœbi.
Quanta Ioui facies.& quæ ſua ſidera raro
Oſtendit terris proles atlantica/phœbi
Aſſecla.& aſpectu ſplendor ſaturnius ægro
Quam maior q̃ terra putet/q̃ credere uulgus

Poſſit,& immenſo cœli quantum occupet orbe.
Circulus a cancro ueniens ad frigida capri
Cornua ſignifer eſt ubi quis mortalibus unquã
Suſpiciens oculis tantos exiſtimet ignes?
O miſeri loca terrigene qui obſcura tenetis:
Nec cœli nouiſtis opes,ſi cernere fas ſit
Hoc iubar,illa fugax male medicata uoluptas
Rebus ab obſcenis fracto ſe extingueret æſtu.
Illi'omnes terræ affectus qui regna gubernant
Qui pacem,qui bella regunt,qui pectora torquẽt,
Se premerent.curas huc mens extenderet omnes.
Huc animæ poſtq̃ uetus in luſtralibus undis
Deleuere nefas,iã cœli'ad limen ituræ
Conueniunt.cœtuq; uolant ad ſidera facto.
Omnibus hac iter eſt:quãdo phlegetonta relinquunt
Panditur hæc ſtatio.diuis hæc prima uoluptas.
Propterea dũ ſpirituũ confluxerit agmen
Iuſtius,in noctem luſtrare uirentia rura
Primæuaſq; domos licet explorare parentum.
Sic ait.& lento graditur per gramina paſſu
Verſus ad aurorã:ſequitur chorus omnis euntem.
Sixtus. Sixtus ab ægæo iã non cerealia curru
Triptolemi de more uehens,ſed diuite portans
Ore per hiſpanos cœleſtia ſemina campos.
Cucufas. Contemptorq; necis cucufas,& turbinis inſtar
Leander. Arriadas leander agens.& tẽpora Paulus
Paulus o Omnia ſurgentis memorans ab origine mundi.
roſius Artis & ingenii locuples Iſidorus, utraq;
Iſidorus Inclytus heſperia.clara hæc ortu,illa ſepulchro.
Fulgẽtius Hic ſublime decus libiæ fulgentius,olim
Exul:& ablato ſulcans maria alta magiſtro.
Eutropi9 Hic cenſor morũ Eutropius,cui læta ſenectus
Laurẽti9 Mixta iuuentuti uultu uenerabilis alto.
& Vĩcẽti9 Atq; ualentinis fratres in collibus orti:
Verus Paſſus uterq; ignes,& ſanguine tinctus uterq;.
Valerius Hic ueri ualeriq; fides par robore,diſpar
Damaſus Eloquio.hic ſermonis inops,ille ore diſertus.
Arator Romanuſq; pater Damaſus:cui clarus arator
Prudẽti9 It comes.& multo radians prudentius auro.
Sedulius Seduliuſq; graui reſonans myſteria cantu.

Iuuencus Atq; nouam tetrica legem grauitate iuuencus
Auſus & heroo chriſtum celebrare cothurno.
Sidonius Tu quoq; ſidoni proles aquitanica, quondã
Apollina Paſtor apud ligerim. Tuq; o pietate refulgens
ris. Eximia pauline pater. qui barbara uincla
Paulinus Forti animo perfers. & tu numeroſe Boeti,
Boetius Q ui ſeruare doces uocum interualla: lyrãq;
Tendere & inflari uocalibus organa uentis,
Auſoniuſ Auſonio coiunctus ades. uos gloria tanti
Magna chori. uos auratis ferrantica plectris
Carmina pangentes ederis lauroq; decori
Itis, & in numerum uoces inflectitis omnem.
Carmen erat poſitura iugum granata ſuperbæ
Gentis: & ad chriſtum magno reditura triumpho.
Nec tamen auctorem belli neq; bella canebant:
Sed fore felici iam proxima tempora curſu.
Finierat cantus poſito lyra eburnea plectro:
Tenſaq; diſparibus ſambuca triangula neruis,
Q uando iterum facunda mouens audentius ora
Proſequitur meritis felicem laudibus oram.
O regum cognatæ animæ. quæcũq; per orbem
Longinquis diuiſa locis maris æquora portant,
Hic habet unus ager. nec decolor india tantum
Parturit enodes ebenos. nec media ſolum
Fert illud nemus egregium laudataq; poma.
Poma quibus ſanari animæ dicuntur olentes.
Nec thuris ſaba ſola ferax. neq; balſama ſoli
Dant hiericontini colles. huc omnia in unum
Conuenere locum: nec ſollicitare profundum
Naue opus eſt. Euris: Zephyris: Aquilonibus: auſtris
Hoc omnis congeſta ſinu terrena uoluptas
Excluſis ſyncæra malis: opulentia rerum
Tanta fide, quia fine caret. facundia glæbæ
Vbertate minor. laus eſt prouentibus impar.
Vita ante Hæc domus humani generis ſi fœmina fraudem
peccatum Cognouiſſet, erat: fraudem nullo æuo abolendam.
Nam lemures quibus ingenium penetrabile, uafrum
Infidum, uerſutũ, audax, auidũq; nocendi
Hinc noſtros egere patres. hic ſancta fuiſſet
Et ſine labe uenus; ſancti ſine crimine nati,

Vita inſons tranquilla quies.æterna iuuentus
Tuta ſalus.hoſtile nihil.poſt dulcia ſæcla
In cœlum ſine morte aditus.ſua Lucifer arma
Proiciens cum plæbe ſua latuiſſet opaco
Lãguidus, ater inops animarum, inglorius antro.
Et uiroſa ſuo rabies fraudata ueneno
Conatus memor inualidi ploraſſet inanem
Inuidiam:nec tot ſpoliis diteſceret orcus.
Iſta per elyſium memorans Audentius ibat
Cum uolucrem procul egregiam ſpeculatus in alto
Culmine ſyluarum preſſis ueſtigia plantis
Fixit:& extenta monſtrans nemora ardua dextra
Siſte ait o Alfonſe gradus:ac lumina tollens
Ignotum cognoſce tuo genus alitis orbe.
Celſa uides ubi pendentes diffundit in arcum
Vndiq; palma comas?auis illa in uertice ſummo
Vnicus eſt phœnix.uiden ut torquata coruſco
Punica colla micent auro?ſtent uertice plũmæ
Conifero?crinale decus uibretur ab aura?
Regia ſarrano totam chlamys induat oſtro?
In facie chriſtæ duplices.ſidonia uirget
Purpura ceruleam roſeo diſcrimine caudam?
Sola inter uolucres nec mas nec fœmina.ſexu
Sola caret.ueneris ſola auerſatur amores.
Sæcula ſex uiuit.neue his moriatur in aruis
Cũ uenit ſuprema dies, panchaia rura
Inuolat, & thuris frutices & cinama roſtro
Congerit, & caſias.aliſq; incendia motis
Suſcitat impendens tumulo.phœbea coactis
Flãma iuuat radiis.ſubitoq; illabitur igne.
Ipſe rogo incumbẽs dulci ſua funera cantu
Aduocat.Eſt felix fatum atq; optabile, quando
Poſt fatum noua uita redit meliorq; iuuentus.
Vt pyra cõſumptis euanuit arida flãmis,
Prodit ab extinctis paruo poſt tempore mancum
Relliquiis animal, cui forma ſimillima campe.
Et ſenſim in primam cœlo aſpirante uolucrem
Surgit, & antiquo creſcens plumeſcit amictu.
At poſtq̃ leuibus ſe attollit in aera pennis
Fortior, & membris aquilam maioribus æquat,

Huc redit.in medio recubans Taprobana ponto
Tempora cognoſcit reditus.Tum ruſticus ergo
Suſpicit obſeruans uolucrem:nam creditur ãnus
Enos. Ille ſalutaris.pecoriq; & frugibus æquus.
Ecce procul longeuus Enos/iaredica proles/
Relliquiæ antiqui generis.diffuſa priuſq̃
Aequora tellurẽ late populata tuliſſent
In iuga quæ miratur adhuc conchylia uulgus.
Sedulus ingeniq; & ſtudio pietatis ad aram
Stabat/& e gregibus ſemper meliora litabat.
Quod deus attendens meliora in regna uócatum
Tranſtulit huc.ubi ſecurus modo lilia carpit/
Ceruleo modo fila croci de ceſpite uellit.
Viuus adhuc/robuſtus adhuc.non aſperat artus
Dura cutis.non eſt annis curuata ſenectus.
Integer expectat ſupremi ſæcula mundi
Chriſtigenis laturus opem/quando ultima ſanctam
Bellua progeniẽ chriſti oppugnabit:& orbẽ
Cæde cruentatum molita extinguere tandem
Dura/ferox/imanis/atrox/inſtarq; gigantum
Impia & elato ſuperans ſalmonea faſtu
Corruet/ut Phaetonta ferunt cecidiſſe nefandis
Auſibus.ac ſtygio domitum caput obruet orco.
Tam florens tam læta cohors per amœna uagatus
Arua leui inceſſu:per mollibus ædita cliuis
Iugera.per riguis humentia paſcua riuis.
Ad uitreum uenere amnem.paulũq; moratos
Spectacu Squãmigeri tenuere greges.nã gurgite in alto
lũ piſciũ. Nunc choreas/nunc bella ineunt.liquidãq; paleſtrã
Mille modis ludunt.modo nititur obuia lymphis
Turba leuis/laſciua/fugax/uaga/pendula/pernix/
Lucentes cathaphratta humeros/modo prona ſecũdis
Fertur aquis/modo tranuerſos obliqua natatus
Dirigit in ripas:agili modo ſtrenua ſaltu
Emicat in ſolem:ſquãmiſq; intentibus auram
Pulſat.& aereos audet tentare uolatus.
Nunc in bella cohit:nunc miro elabitur aſtu
Ex acie:& rediens uerſo uada lucida curſu
Radit:& incauto improuiſa ſuperuenit hoſti.
Pinna facit remos,caudarum induſtria clauum

Exhibet/& per aquas/ut aues per inane ferunt.
Dulce uoluptatis genus id. ſed rarius illud
Cernere quo pacto uenientes colligat auſtros
Nautilus elabés pleno ſuper æquora uelo.
Nã neq; in emonia tiphys prudẽtior Argo
Nauta nec ioniis melior Palinurus in undis.
Pro ripis crinita abies/& acuta cypreſſus
In metã collecta comas.& punica malus
Aemula flore roſæ/foliis & uimine Myrto.
Syrtigene lothi.mauræq; atlantica ſyluæ
Progenies citrus.tineiſq; impuia cedrus.
Nec Plãtani Piceæue abſunt.& opaca redactis
In ſeriem arboribus xyſto fit pergula longo.
Spectacu Garrula plebs auiũ uernis exercita curis
lũ auium. Perſtrepit.hæc natis eſcam uehit.altera longe
Nauigat in prædã:uorat illa legumina roſtro
Quæ uomat in natos.ſalit hæc.illa incubat.omnes
Alma uenus mouet in ſobolẽ. ſtudiũq; diurnũ
Eſt uenus & thalami .thalami ſunt ſomnia nocte.
Carminibuſ thalamos celebrant.in frondibus altis
Connubio indulgent.hymenæaq; feſta frequentant.
Sunt quoq; quæ ſobolẽ ablactent: & prolis adultæ
Per laureta nouos/& per myrteta uolatus
Dulcibus exercent ſtudiis.non prælia uultur
Non mouet inſidias auceps/non fiſtula fraudẽ.
Non cygnis infeſte aquilæ.diſcordia nulla eſt
Cũ Trochilo.licet hic faſtus nomẽq; ſuperbũ
Regis/& immeritos aquilæ indignentur honores.
Concors Nyctimene cornix.cũ coniuge Progne
Nullum illic certamen habet.neq; filia patrẽ.
Scylla fugit:nec apis meropem.nec utroq; parẽte
Maior itys matrem.nec dedaliona colũbæ.
Prole noua exultans galeãq; inſignis allauda
Cãtat/& aſcendit ductoq; per aera gyro
Se leuat in nubes.& carmine ſidera mulcet.
Memnoniæ/diomedææ/meleagrides/audax
Picus in auſpiciis auis obſeruata latinis/
Per dumenta ſonant.miratur acantyda pictã
Pſitacus exiguo modulamina frãgere cornu.
Germanæ quæ noſtra ferunt Acheloides ora

Mirantur pauonis opes,& lumina centum.
Cum ſobolis paruæ longo grege Dædala Perdix
Deciduam frugem legit.& matertera phœbi
Herculeo nunquã morbo afficienda coturnix,
Innumeræq; aliæ uolucres.nec frigore pulſæ
Vere reuertuntur.ſed tota ætate perennant.
Sponte homines adeunt.atq; applaudentibus alis
Elatæ in digitos noſtris ſua pectora iungunt
Pectoribus dicas ſtudio geſtire loquendi.
Iam uicina cohors fonti qui parturit ãnem
Ioãnes e- Ecce uirũ uidet umbroſa ſub rupe ſedentem
uãgeliſta. Molle ſuper gramen.uernans humus alta ſedile
Spectacu Elleuat.in uirides ueſtigia porrigit herbas.
lũ herbaꝝ Alludunt pedibus uiolaria.amaracus ungues
Ingreditur.flexa niueos noua lilia flores
Vix ceruice ferunt.proles cephiſia fundit
A radice comas.denſis ſaliunca maniplis
Luxuriat.ſic molle Thymum.ſic concolor iris
Nubibus,æſtiuũ cum ſol contrarius imbrem
Pingit,& in nebulis taumantias erigit arcum.
Spectacu Omnis ager fluit in ſobolem:natura ſilenti
lũ nature. Nocte adit æthereas animas,quæ ſidera uoluunt.
Illæ artis documenta ferunt.illæ omnia miris
Producenda modis ſolerti indagine monſtrant.
Docta redit.cœliq; ignes almũq; calorẽ
Solis & aſtrorum referens,il labitur undis:
Intrat humũ,ſparſas elemẽta p omnia cauſas
Viſit:& æterno iubet indulgere labori.
Illæ opera ut ualuis aurora patentibus albet,
Ad ſua conſurgunt tepidis hæc ſemina lymphis
Mollit.& igne fouẽs teneras extendit in herbas.
Hæc uolucrum fœtus ductis per uiſcera neruis
Texit:& in uarios aptat caua guttura cantus:
Ludit & in plũmiſ.& picturata figurat
Tergora:nunc auro pennaſ nunc murice tangit.
Hæc docili ingenio parat inſtrumẽta,uiaſq;
Sẽſibuſ argutiſ habileſ:quibuſ omnia diſcant
Carmina:& auditaſ imitari ac reddere uoceſ.
Aſtra etiam pluuiaſq; docent:& certa dierum
Tempora,& annorum.ſic uer cognoſcit hirundo:

Halcyones hyemem.uentos & fulmina cudunt
Et tempeſtiuos campis ſitientibus imbres.
Et quotiens opus eſt/operam famulantur ad omnem.
Sic horti ſic rura uirent.opulenta ſuperbit
Terra ſub ornatu uario.gaudetq; uideri:
Et proprias oſtentat opes.aurata corimbos
Chryſicome paſſim/paſſim ueniant olochryſi.
Autumnale crocum/roſa gloria ueris adulti/
Calta rubens.hiacinthus adhuc antiqua doloris
In foliis monumenta gerens/& nomina regum.
Ipſe quoq; exhallans nullos amaranthus odores.
Flos an ſpica magis/dubium:ueſtita colorem
Puniceum/molles hyemi factura coronas.
Nam poſtq̃ hyberna boreas niue ſuſtulit hortos/
Inſperſis rediuiuus aquis animatur/& ardet.
Talia per campos gignens Ganaeden apricos
Ornamenta/ ſenem cingit florentibus herbis.
Iminet a tergo rupes fruticoſa:comantem
Inclinans de rupe iubam munimẽ ad æſtum
Sylua facit. ſyluæq; incumbens undiq; lapſu
Vinea pampineo longis tentoria ramis
Spargit:& ex uiridi pendet uindemia tecto.
Læna uiro diffuſa pedes uelabat eburnos
Vngue tenus/late radians ſplendore niuali/
Vt ſplendere gelu ſuperincruſtata ſereno
Nocte/ſolet nix ſtrata iugis/cum mane reſurgens
Sol uidet albicomos radianti ſidere montes.
Candida cæſaries/capiti:coma candida mento.
Et grauis in roſeo lepor/& reuerentia uultu.
Continet explicito reuoluta uolumina libro
In genibus.patinæa legit miracula mundi
Signa feneſcentis/nulli intellecta nepotum.
Extemplo ſtrepitumq; pedum murmurq; loquẽtum
Senſit/& aſſurgens poſitis in gramine chartis
Occurrit blando alloquio uultuq; ſereno.
Et poſtq̃ didicitq; moras cauſamq; morandi/
Non ad terreſtres epulas nec ad ocia diuos
Allicit:auxilii nec enim mortalis egent dii.
Sed longe meliora animo conuiuia uoluens
Per loca cæleſtem ducit tempæa cateruam.

Saxum ingens/ſpeculare uocant/ leuore coruſco
Funditur in latum cruſtis glacialibus orbem/
Et collis iuga ſumma tenet. qua reſpicit auſtrum/
Palmarum iuga perpetuis frondentia ſyluis.
Hic quotiens præſcire ſenex arcana futuri
Temporis optaſſet/ ſolus reſidebat: Olympi
Vota ſenis Regina ſequens in marmore formis
Mobilibus rerum euentus monſtrabat / & omnem
Rem fieri cernebat uti qui ſomnia noctu
Vera uident. adeo indulgens & prona Nepoti eſt.
Huc ubi uecta cohors/ſenior conuerſus ad agmen
O ſuperi cuius gentis cognoſcere caſus
Vultis ait/cui quæ immineant diſcrimina regno/
Cui quæ ſit fortuna loco uentura diebus/
Quos ætas longinqua trahit/dignoſcere ueſtrum eſt.
Hoc miris optata modis dabit omnia ſaxum
Reginæ diuum officiis ac munere magno.
Has ego/ iampridem metuens ne Daunia rurſum
Arua iugum libyæ premeret: nam lora tenebat
Fœmina Parthenopes: ideoqꝫ ea regna labababant:
Alfonſus Rex Neapolis. Acceſſi ad ſortes: & ad hæc oracula ueni.
Continuo a ueſtris uideo ſuper æquora claſſem
Littoribus ſolui: ſummaqꝫ in puppe tenentem
Cum conſanguineis Alfonſum regibus arma
Bellica/ in Italiam uentis dare uela ſecundis.
Et comes Alfonſo fidum qui poſſet Achatem
Vincere conſiliis & dulci Neſtora lingua
Cōdiſſaluus. Condiſſaluus erat/ ſoboles heredia: magno
Dux animo: cui maiorum celebrata per omnem
Heſperiam uirtus erat in facta ardua calcar
Quattuor ipſe rates excelſa mole ſuperbas
Auſonium in martem patriis ducebat ab oris.
Signa duci multæ magnis cum turribus arces.
Nam ſoliti expugnare arces pro inſignibus arces
Accepere ataui/ ſignataqꝫ arcibus arces.
Poſtea magnanimos auſus imitata parentum
Poſteritas generoſa ſuis ſub regibus inter
Cōdiſſaluus Archiepiſcopus Tarracoñ Heſperiæ primos proceres extendere famam
Et claris augere decus uoluere ſub armis.
Hinc alius ſoboles noua Condiſſaluus auitum

Nomē habens ſed adhuc lactenti infantulus æuo.
Ipſe ſacras ad dura manus non porriget arma.
Relligio iuuenem pietaſq; innata deorum.
Præficiet ſacris. illum Romana uidebit
Tarraco ſolemni pompa conſcendere ad aras:
Stipatimq; graui patrum dare iura ſenatu.
Ipſe gubernator Romam moderabitur. ipſe
Parthenopem miſſus bella inter gallica regum.
Reliquias uehet ad ſiculos, & ſidera uincet
Conſilio. fatali odio prudentia maior
Tum demum uirtute minor fortuna minari
Deſinet: & ſtabit uentis ad uela ſecundis.
Ipſe ſuos tandem pulſis iberica mauris
Aſpiciet gaudens reges in regna reuerti.
Et laudi æternnm meditans decus ocia rumpet
Pierdum: multoq; auro uatum ora mouebit,
Magnificus contemptor opum, de ſanguine regum
Et bene de patria meritus: ſub muricis umbra
Dignus honoratos inter conſiſtere patres.
Mirabar quo fata uirū, quæ numina regem.
Omnibus inſignem officiis in regna uocarent.
Ecce fretum genuæ claſſis noua ſulcat, & altis
Nauigat antēnis: ſequiturq; per æquora regem.
Iam lygur heſperio: claſſi iam proxima claſſis.
Roſtra premunt roſtris: bellū graue ſurgit ī undis.
Tela uolant. lygur inualuit: ſpoliatur Arago.
Heſperios inter proceres quos inuida laudi
In prædam fortuna dedit, tum prima ferebat
Antoniuſ Alfonſo ſub rege merens Antonius arma,
autor fa- Cui genus & patrium dederat ſua corduba nomen.
miliæ hiſ- Picta ſuæ gētis ſigno de ſtamine ſerum
panorum It iuueni ſuper arma chlamys: dextroq; leonis
Mantuæ. Ex humero caput os aperit: de poplite læuo
Os aliud contra fauces oſtendit: & inter
Trabs uirgata fluens ī morem fluminis undam
Accipit a rugis: & hiantia coniugat ora.
Alba chlamys. ductæ in rectum per pectora uirgæ
Quinq;. color cœli mediæ: quæ & latior. ambas
Inficit extremas ſarranæ purpura conchæ.
Incluſas utrinq; duas, ut & ora leonum,

Fulua croco textura parum flauente colorat:
Ipſe piũ caſus dominũ comitatus in omnes
Venit ad inſubres.ubi poſtq̃ uincula paſſo
Affuit Alfonſo melior fortuna, relictus
Seu fuerit caſus, ſeu cœli imobile fatum,
Egregiũ decus, & nomen ſibi fecit in armis.
Hinc noua progenies ueniens a ſanguine priſco
Naſcitur, ocnæos ubi circuit unda nepotes.
Petrus enim ſenis Antoni generoſa propago
Mintiadas adiit populos, ubi Gonzagarum
Regia:& inſignẽ claro ſub principe nactus
Eximia uirtute locum, primordia gẽti
Condit:& annoſo cædet iã frigidus æuo.
Prætereo euẽtus uarios, aduerſa ſecundis
Interiecta.tulit tandẽ ſua præmia uirtus.
Parthenopen ſubit Alfonſus.campania Regẽ
Accipit:atq; nouo uenit in noua regna triumpho.
Sic ſenior meditata cohors promiſſa uolutat
Iam dudũ quæ ſint potius ſcitanda.nec ultra
Alfonſus differre ualens ardẽtia uota:
Sancte pater dixit cui ſcire latẽtia ſemper
Atq; aliis ignota dedit regnator olympi,
Scis mauris partẽ heſperiæ parere tyrannis.
Scis quantum ſudatũ armis.ſcis ſanguine quãto
Et quibus eſt certatum odiis iam ſæcula ſeptem.
Da quæ ſors hæc regna manet.quæ fata ſequantur
Heſperiam.In noſtra quod poſteritate futurũ eſt
Dulce uelut quadam ex ſpecula procul arte tueri.
Ore iuuãt ſtudiiſq; omnes ardẽtibus orant
Id comites nec quæri aliud potuiſſe fatẽtur
Gratius.Ergo animis omnes concordibus aſtant
In lapidẽ conuerſi acies.Mora nulla, theatrum
Naſcitur.& ſublime ſinu diffunditur amplo.
Apparẽt cum plæbe patres.deus Iride clauſus
Excelſo ſedet in ſolio:Ducẽte Iacobo
Heſperiæ cuſtode nouis animoſus in armis
Rex hiſpanus adeſt.gẽmiſq; opulẽta uirago.
Demiſſis formoſa oculis ante ora ſenatus
Ferranti coniuncta uenit, cui corduba & altrix
Regnorum caſtella ſubeſt.decor indolis alte

Indicat ingenium cum relligione / pudorem
Cum pietate / uirilé animum / clementia corda.
Omnia diſcernunt.&enim quæcũq; uideri
Diua dabat dabat agnoſci: ſecũq; ferebant
Nomina / & indicium rerũ ſimulachra ſuarũ.
Ipſe alto pater a ſolio mouet ora / manumq;:
Connubiũq; iubet: magnis applauſibus adſunt
Diui alacres.ad feſta omnes hymenæa miniſtrãt.
Circus abit.Reges abeunt.cũ regibus agmen
Spirituũ ductis abiere per aera pennis.
Hiſpãiæ Mox oculis omnem heſperiam ſubiecit imago
deſcriptio Altera.Pyrenes ſurgunt iuga: ſurgit arago.
Pyrenei Tarraco.Carthago.cultiſq; ualentia campis.
montes Et nauara magis boreali obnoxia plauſtro.
Arago. Heſperiæ pars iſta prior. magis arta / duobus
Tarraco. Anguſtata fretis.hinc oceanitides unde /
Carthago Heſperius p̃mit inde ſinus.Pars altera longe
Valentia. Vaſtior / & campis diffuſa patentibus orbem
Nauara Porrigit imenſum triplici circundata ponto.
Anas. Hanc partitur Anas / ſinibus modo latior amplis /
Nunc ſtructis collectus aquis / nunc flumine menſo
Sub tellure latet reduci modo naſcit᷑ amne.
Et tandem mare quod magnus cognominat Athlas
Intrat ad occaſum ueniens titanis ab ortu
Apparent uada longa tagi: fugit unda citato
Flumine tolletũ properans. Apparet Iberus
Cantaber.ingreditur celſam iã mœnia radit
Cæſaris / abſorbens cingam ſicorinq; ſuperbus
Ambulat.apparet longum ſinuatus in amnem
oſſonoba Bethys.& in ripis Bethys celeberrima fama
Olyſpo. Corduba / & alcide pelago uicinior hiſpal.
Metallo / Ecce procul phœbo tellus uicina cadenti
rũ fodinæ Concolor eſt cœlo.dicas haſtilia turres
prope ta / Oſſonobæ.pene ex oculis auſertur Olyſpo.
gum Ecce metalliferi tractus / ecce alta ſagunti
Saguntũ Tecta / & tergemini ut fama eſt / Pallantia quondam
Pallãtia Regia Gerionæ.ueteriſq; Numantia belli
Numãtia Conſcia: & apricæ cum flumine collis Ilerdæ:
Ilerda. Vnde ferunt ortum ueteres habuiſſe ſicanos.
Sicani Ora uirens ſparto latus longiſſima campis

Panditur:& regio Zephyris ubi ſlantibus aūra
Gignit equos:& purpureo terra inclyta coco
Sic oculos pictura mouet/ſimulachraq; mentem
Sic rapiunt/ſic eſt ueris forma æmula rebus/
Vt lapidē ſæpe obliti præſentia credant
Cunta : nec oſtendi ſignis & imagine ficta.
Granata. Alia oretanis Granata in montibus auſtrum
Reſpicit:atq; oculis albas procul exhibet urbes
Elleuat in lybiam ſaxoſæ cornua frontis/
Calpe Auguſtaſq; freti fauces premit ardua calpe.
Et uaſtam undarum uidet/alta per hoſtia molem
Luctari :ac uiridem ruere atq; inſurgere pontum.
Huc diui ingreſſi totis noua gaudia tectis
Ingeſſere .micant altis in turribus ignes.
Aera ſonant.iam ſigna uno duo regia circo
Auratis coheunt limbis/noua fœdera Regum
Atteſtata.domos uelant . iam fronde columnæ
Fronde coronantur poſtes.& limina / & aræ.
Templa uirent.Paſſim choreæ . conuiuia paſſim.
Et iam ſublatis populos in p̄lia menſis
Sollicitant.ad bellum omnes animantut Iberi.
Celtici Celticus / &gallis uaſco conterminus oris.
Vaſconeſ Cantabri grauiiq; ruunt.ruit impiger aſtu.
Cantabri Celtiberi fero inſignes.Tarteſia pubes.
Grauii. Gallaici.& quicquid populorū hiſpania pūgnax
Aſtures Continet/hinc regina mouet/Rex belliger illinc.
Celtiberi. Arma ſtriant enſes accuunt.haſtilia radunt.
Tarteſii Acris equi tergo inſultant.leuis arma iuuentus
Gallaici. Tentat:& ad duram martis ſe accōmodat artem.
Ecce fretum libyæ campiſq; liquentibus æquor.
Claſſis adeſt:mare ueliuolis iam nauibus albet.
Hæ Zephyro ſpirante uolant/hæ ſlantibus euris.
Iam cohiere .putes altis in fluctibus arces
Nare.Iacent aliquæ:& remis gradiuntur & aura.
Sunt nullis habiles remis.& in aera ſurgunt
Puppibus armatis.malorum in uertice grandi
Accipiunt cratere uiros :& miſſille ferrum.
Per campos æratæ acies glomerantur:& haſtas
Et tormenta uehunt plauſtris:quibus ardua pulſent
Mœnia / & aereas turres:& ahenea clauſtra

In mediis Rex altus equo cathaphrattus aheno
Caſtra mouet/turmaſq; regit.loca preripit hoſti
Opportuna uelut tumulo ſpeculator ab alto
Cunta oculis animoq; uidet.Granata tumultum
Audit/& ægra metu magno ſuſpiria ducit.
Vt cum indignantem nigris in fluctibus iram
Neptuni cœliq; uident incũbere nautæ
Et procul a terris aquilone agitantur opaco.
Exicium mauro incũbit/ſuper ardua curſant
Mœnia:& inuectis onerant pinnacula ſaxis
Solliciti munire aditus/& cingere foſſis
Oppida/& armato portas cuſtode tueri.
Dii uero quibus eſt maurum tutela relicto
Præſidio gentis libycæ/magno agmine migrant
In nebulas gruibus ſimiles/quas brũma coegit
Quærere littoribus uicina tepentibus arua.
Iudicium ſenſere dei.ſenſere tonantem
Annuere inceptis:& ab alto incendia belli
Miſſa/& ad hiſpanos reges ſua regna reuerti.
Iam in foribus furor arma ſonat.iam claſſica maurus
Audit:& ad pugnam properans agarena iuuentus
Erumpit portis campoq; infuſa patenti
Cogitur in cuneos longiſq; minaciter haſtis
Diro animo trucibuſq; oculis in p̄lia fertur.
Aduerſo ſole arma micant.mucronibus ardor
Fulgurat/haſtarumq; ſeges procul alta refulget.
Ecce eques undatim aduerſa bellator ab urbe
Funditur/ac ſi omnes una intra mœnia mauri
Se abdiderint/totũq; ruat genus arce libyſſum.
Contra animis armiſq; potens hiſpania turmas
Explicat/& duplici cornu circũuenit hoſtem
Iam tuba terrifico bellandi exordia cantu
Pugna. Nunciat.& pugnæ ĩmiſſis p̄luditur haſtis.
Mox acies utrinq; ruunt.extollitur umbra
Pulueris obſcuro conuoluens omnia nimbo
Per galeas/per thoraces ſalit aſpera grando
Miſſilium/tonat elato pila plũbea fumo.
Viſa acies hiſpana parum ſuccũbere primo
Agmine/& a cornu fugere inclinata ſiniſtro.
Nec mora/rex animaduerſo ſe in bella periclo

Proripit agmen agens equitum: mauroq; repente
Se obiiciens uolat in medios ubi denſior hoſtis.
Et penetrans cuneum trabe fulminis inſtar eunte
Præterit. ac ſtricto rediens fodit undiq; ferro.
Sæuit ut inter oues atrox lupus ore cruento:
Et claudit ſibi cœde uiam. fera pectora mauri
Obiiciunt morti pro libertate ruentes.
Tela madent rigat arma cruor rubet æquore ſanguis.
Et tandem ardentis pugnæ ſub pondere Maurus
Deficiens iter ad muros feſtinat in urbem
Turbatis ruit ordinibus Tarteſia pubes
Terga premit iaculis. & proni in uulnera iberi
Infodiunt profugis ferrum. ſtragem atq; rapinam
Quis referat? totis proſtrata cadauera campis
Fine carent. terra ingenti ſub cæde ſepulta
Horret onus grandeſq; uirum formidat aceruos.
Obſeſſi ueniam ciues de mœnibus orant:
Adiiciunt precibus lachrymas. & brachia tendunt
Suppliciter uictam ingrediens Rex accipit urbem.
Atq; ſuperſtitibus parci iubet altera turres
Signa ferunt danturq; nouis cuſtodibus arces.
Mauri ro Rex legit ex bello captis quos munera mittat
mã miſſi. Italiæ ſedet armatus plæbemq; recenſet.
Iam iubet imponi ratibus: iam uela ſecundis
Inflantur zephyris: uerrunt mare proſpicit ortum
Prora uolant alacres ferur ſine remige puppis
In nullum depreſſa latus balearica ſaxa
Prætereunt: procul oſtendit ſua littora Narbo.
Iam tellus ſardoa procul cirnæaq; longe
Detegitur lygurũq; uident nigreſcere montes.
Iam genuæ freta lata tenent: tyrrhenaq; ſulcant
Aequora: ſaxoſæ radunt uada proxima Macræ
Piſarum poſt terga lares linquuntur & Arni
Hoſtia: & effoſſo diues Populonia ferro.
Et iam uela legunt: preſſoq; ad littora clauo
Succedunt remi zephyris: Tyberimq; ſubintrant.

I NTEREA HISPANI MOTIS certamina caſtris
In noua ſurgẽtes currus & ĩertia plauſtra
Exonerant:aliiſq; locãt tentoria campis
Sollicitii:& circũducto ſeſe aggere cingũt
Belligeri erumpunt numidæ : teliſq; laceſſunt
Heſperios:oritur ſumpto pugna aſpera ferro
Rex alto ſublimis equo locat ordine turmas/
Partiturq; uices / doctus ſine cede ſuorum
Vincere:& ingenio uires anteire ſagaci
Mars utrinq; furit. pubes hiſpana ſuperbam
Progeniem maiore animo melioribus armis
Opprimit. Ecce aſtur ſcalis ad mœnia motis
Alama: Conuerſi ad muros clypei ſub tegmine clauſus
Scandit / & irrumpens captam populator Alamam.
Si referam pugnas omnes ſi prœlia dicam
Omnia/fatidicis quæ ſunt oſtenſa figuris/
Ante ruens cũ ſole dies extrema ſub undas
Ibit/& accendet nocturnos heſperus ignes.
Plurima ſortilegi reticentem oracula ſaxi
Cartha/ Sit ſatis euentus belli recitare ſecundos.
ma. Carthama diripitur : ſummis in collibus arcem
Halora. Pandit & hiſpanos bipatentibus Halora portis
Rhonda. Accipit : excelſæ montana cacumina Rhondæ
Loxa. Occupat inſidiis miles.Iam porrigit arma
Malaca. Loxa.labant Malacæ uires. Tot cædibus impar
Abdera. Dat uictas in uincla manus / Abdera tumultu
Almyria. Eſt oppreſſa graui magnos Almyria planctus
Audit:& attoniti clamant ad ſidera ciues.
Lugent herculei circũ maris æquora paſſim
Sedibus expulſi patriis/& punica fruſtra
Littora proſpectant Mauri/uia nulla per undas.
A tergo ferrum & flãmæ. fremit undiq; mauors.
Vt mare cum uentis & tempeſtate furorem
Albune/ Tollit:& in cœlum ſalientibus albicat undis.
car. Albunecar proſtrata iacet. Iacet inclyta quondam
Cartalo. Cartalo.Iam Marbella caput/iam Munda ſuperbum
Marbella Submiſere iugo:campos incendia uaſtant.
Munda. In iuga proſerpunt ignes procul ardua fumant

Mœnia per montes. dant ſaxa ruentia ſaltus
Aereos, ſecũq; trahunt de rupibus ornos.
Quod ſupereſt flãmis, ferrum rapit. o metuendas
Cœloꝝ diuũq; minas. o ſplendida uulgi
Regna oculis, intus ſquallenti horrentia nocte
Semper, & æternum cœco ægrotantia morbo.
Itur ad extremũ belli decus. Itur ad altæ
Excidium fatale urbis. maiora parantur
Caſtra. nouos cum rege ſubit regina tumultus.
In montana equitant acies. pedes ordine longo
Per deuexa meat montis iuga. claſſica ualles
Claſſica montanos apices & tympana campos
Terrifico abſterrent ſonitu. tenet omnia mauors.
Ante ipſos Granatæ oculos noua mœnia ſurgunt,
Sancta fides. Et fidei cognomen habent. iamq; ardua moles
Aemula Granatæ celſas ad ſidera turres
Elleuat. & magno hiſpani molimine ſudant.
Ipſe operi Rex primus adeſt & Regia coniunx
Præfecti de more, operas hortatur, & urget.
Ecce procul ſenior longinquæ a limine portæ
Attonito ſimilis paucis comitantibus, ore
Squallidus hirſuto dubitat quo tramite greſſum
Dirigat: ambiguuſq; diu modo lumine pontũ
Turbidus obſcuro, montes modo reſpicit altos:
Abdalis. Abdalis eſt. in caſtra uenit. Rex ſplendidus alto
Cũ conſorte ſedet ſolio. cadit Abdalis ore
Ferrantis prono ante pedes, miſerantibus ipſis
Hoſtibus, & reges caput inclinatus adorat
Vertice nudato, manibuſq; ad pectora uinctis.
Dant ueniam uicto Reges. mirantur iberi
Fortunas, & fata uirũ: q̃ proximus omni
Interitus regno, quotiens deus ire ruinã
Iuſſit: ut inconſtans rebus natura ſecundis.
Tincta ſitu armorũ & longi rubigine belli
Turba cohit caſtris ex omnibus atria circũ
Regia connutant capite. & geſtire uidentur.
En nouus obſeſſa ueniens orator ab urbe
Quã ueteres eliberi habitant, quã mille coronant
Oppida, quæ regni caput eſt ſublime ruentis.
Regi aſtat regẽ alloquitur. gauiſa repente

Caſtra fremunt/lætiq; manus ad ſidera tollunt.
Grata oratori reges reſponſa uidentur
Reddere/& acceptis firmant noua fœdera dextris.
Granatæ receptio. Taurus in auroræ thalamis cum ſole reſurgens
Atq; dioneas referans athlantides/ almam
Lucem aperit.maiæ celebrant noua feſta calendæ.
Miles adit ſyluas/nemorũq; uirentia portant
Brachia .tolluntur plauſus per iberica caſtra.
Cunta uirent.cinguntq; noua tentoria fronde.
Delectas peditum turmas equitumq; phalãges
Ordine quo in certamen eunt in mœnia mittunt
Clari armis oſtroq; duces: urbẽq; receptam
Præſidiis munire parant/& milite complent.
Victa triumphali pompæ ſtridentia clauſtra
Portarum Granata aperit:ſua uiſcera pandit
Hoſtibus.occluſis excelſa palatia ualuis
Muta ſilent:uacuæq; uiæ.fora ciuibus orba
Arx omni cuſtode caret:ſubit ardua miles
Limina:& ex populo tantæ nemo obuiat urbis.
Publicus extincto mœror ſpectacula regno
Læta fugit.pudor occultis ſine uoce latebris
Febrit:& elinguis triſti pauor alget in umbra
In caſtris proceres uelati murice & auro
Regem adeunt.ſtant quadrupedes tentoria circum
Regia pectoribus latis/ac fronte ſuperba/
Magnanimi/pugnæq; auidi.uix dura feroces
Frena domant/uix aſſuetas patiuntur habenas:
Aure micant.foſſuſq; ſonat pede campus aheno.
Innumere coheunt acies.iam mille phalanges
Frenatis gradiuntur equis.radiantia phœbo
Arma repercuſſo flammas iaculantur:& umbram
Porrigit haſtarum denſum nemus.agmina regem
Suſcipiunt medium.cultuq; ornata nitenti
Circũequitant.Ipſe auratus cœtu altior/albo
Fertur equo/cui gemmarum ſtellata corymbis
Velamenta rubent baccato oloſerica limbo.
Ipſa quoq; inſignem ueniens Regina triumphum
Auget/& ingenti nuruum ſtipante corona
Cincta ſacerdotum cuneo/ phalerata iugales
Scandit/& aurato multa inter millia curru

Vadit ouans.ſacri reſonant per nubila longe
Quos oculis, quando adducto ora hiſcere mento
Proſpicias, non aure licet deprehēdere, cantus.
Moribus infectum Mauris ac uocibus aphris
Aera fumi arabes luſtrant: ſyriæq; uapores.
Omnia quæ noſtro famulantur ad orgia ritu
Plauſtra uehunt, chlamydes ſacras, argentea uaſa,
Aureaq; :& grandes imania pondera nolas
Sortitas ideo campanæ nomina nolæ,
Q đ nola inuentrix operis fuit. orgia & horas
Voce notant. plebēq; monent e turribus altis.
Ecce procul celſis uexilla ex arcibus aura
Ventulat: & caudas ſinuant agitata uolantes.
Iamq; tenent reges urbis penetralia magnæ.
Iam late ingreſſus loca poſſidet omnia miles.
Baudelis. Baudelis bis captus adeſt: ueſtigia regum
Lambit: & infelix iuuenis uictoribus offert
Se, ſceptrū gentemq; ſuam, uictoſq; penates.
Talia dum dulci ſtudio ſpectacula cernunt
Cœlicolæ, ſunt hæc Mauræ fata ultima tandem
Gentis ait Senior. Grānatam hic exitus urbem
Hæc fortuna manet, reges hæc gloria noſtros.
Et uix finierat, cum parua Beotius inflat
Organa: Sidonius reſpondet ad organa cantu.
Feſtinate horæ, rapidiq; recedite ſoles,
Voluite præcipiti menſes uertigine lunæ.
Ite anni celeres, agitate uolubile cœlum.
Labere ab æthereis perniciter orbibus ætas
Læta. fer heſperiæ felicia ſæcula genti.
Ferrantes Mactæ Puer magnis animis ad tanta lacertos
Bella para. Saba iam trepidat. iam barbara mēphis
Virtutis rumore tuæ perculſa dolorem
Concipit: & ueterū uoluens oracula uatum
Omnia quæ mauræ reperit cōtraria genti,
Dat tibi. ſuſpectum libycis tua maxima uirtus
Te facit. os regale pauent: fortemq; iuuentam:
Non ſecus ac paruum quotiens uidere leonem
Dorcades, innocuum q̄q̄ ſatis indicat ætas,
Attamen horreſcunt digitos cum ſurgere in unguem
Vulnificos, atq; ora uident armata paternis

Dentibus/& toruo imperioſum in lumine faſtum.
Cum primum a Libycis erupit Vandalus oris:
Nam mauri qui regna tenent modo bethica/gens eſt
Vandala/quam regione Gothi pepulere ſubacta
Armipotens ſumptis audere pelagius armis
Dum iactura recens/& adhuc in uulnere ferrum/
Cœpit/& a patrio lybiam depellere regno.
Sed modo contractam peſtem penituſq; receptum
Virus in alta ſuæ gentis præcordia nondum
Pellere/nec tantos potuit compeſcere fluctus.
Iſtud idem reges alii uoluere:nec omnem
Amiſere operam.tuus eſt labor ultimus. omne
Tu genus euertes.tu bethica regna tenebis.
Nec minus id clarum facinus/neq; gloria gentem
Hanc uiciſſe minor/q̃ debellaſſe chimeram:
Semiuirũq; bouem cretæo in carcere clauſum.
Euertiſſe phryges.crinita tot anguibus ora
Phorcidos ac multis rediuiuã mortibus hydram.
Colchorũ domuiſſe boues. ſeruaſſe perempto
Andromedam monſtro.fortem expugnaſſe Micenã.
Et ſerpentigenas acies/& nata repente
Agmina/& accenſos in mutua uulnera fratres.
Ergo tibi decus æternum.numeraberis inter
Inſignes heroas apud genus omne: nec unq̃
Occidet hæc mundo fama ĩmortalis utroq;/
Finierant uates/cum ſic Fulgentius orſus.
O pater ut uiuis cura eſt/ita corpore functis
Scire quid in rerũ cauſis natura recondat:
Quidue deus cauſarum autor quem fata uocamus/
Cogitet/& quid ſit tandem quandoq;/futurum.
Ex his multa quidem ſed non tamen omnia nobis
Scire datum.uelut hæc quæ nouimus indice ſaxo.
Sed diuum præfecta choris hæc omnia uirgo
Conſcia diuinæ mentis/neq; conſcia tantum
Sed conſors uidet:atq; animas docet ipſa minores.
Hæc igitur monſtrata modis nunc omnia miris
Afficiunt tanta noſtras dulcedine mentes
Quanta poteſt ullo rerũ contingere caſu.
Sed tum noſtra fluent plenis uberrima ripis
Gaudia/tum nobis erit accumulata uoluptas/

Si adiungas ut cum membris mortalibus orbem
Nunc ſubeas tam felicem tanto ubere lætum.
Tum ſenior. ſi tantus amor cognoſcere curſus
Hæc in regna meos/uereterēq; ex orbe receſſum/
Fabor:& antiqui repetam primordia caſus.
Paulus ut ad graios bimariſq; ad ſaxa corinthi
Petrus ad Auſonios/& ad altæ mœnia Romæ/
Sic ego ad Ionios miſſus loca barbara quondam
Ionio prætenta mari/qua græcia phœbo
Egregias authore urbes conſtruxit/ab ipſa
Hellade tranſmiſſis aſiatica ad arua colonis.
Tum lycias ciliceſq; domos ad ſancta uocaui
Flumina/& innatum reſtringere fontibus ignem
Edocui: ferriq; pios noua pignora ad amnes.
Templa/ ſacerdotum ritus/atq; azima liba
Inſtitui: cantuſq; nouos altaria circum.
Tum primū reſponſa deum me uindice clauſis
Conticuere adytis.& quæ celeberrima toto
Orbe claros fuerat/tepidis obmutuit aris.
Phœbades expulſæ templis.oracula Delos
Perdidit.& lyciæ tenuere ſilentia ſortes.
Ioniæ locus eſt/Clarium dixere priores.
Hic fama eſt antiqua Iouem cum fratribus olim
Diuiſo mundi imperio ſibi ſidera & altos
Cœlorum ſeruaſſe polos/terreſtria Diti
Regna/tridentifero ceſſiſſe liquentia fratri.
Has ego deteſtans nugas & inania uulgi
Somnia/ deſtruxi ueterum documenta deorum.
Hic moles illa Ortygiæ ſacrata Dianæ/
Quam cares poſt prima nurus incendia rurſum
Collatis poſuere opibus/ſine numine manſit
Auſpice me/priſca ſine maieſtate relicta eſt.
Pythia ceſſarunt.ceſſauit Iupiter hammon.
Delphica & euxinæ crudelia ſacra Dianæ:
Solemneſq; Iouis ludi/quibus Iſthima nomen.
Sacra cleonææ Nemees:& olympica feſta:
Et quibus Archemori manes langia colebat.
Chriſti urbes.chriſti omnis ager.iura.orgia.templa:
Diis tandem expulſis erat omnibus omnia Chriſtus.
Sed noua mox uerſis ſubierunt ſæcula fatis.

Poſteritas morum eclipſi uiciata recœpit
Crudeles Otomanigenas/imanius atro
Dite genus/legum ignaros/ſola arma ſcientes/
Colluuiem plæbis ſcythicæ/uulguſq; nefandum.
Tum uerſum eſt opus omne meum. ſacraria miles
Conculcauit. equi in templis ſtabulantur ad aras.
Infandum ſtatuæ euerſæ patrum oſſa ſepulchris
Eruta. nec cineri rabies hircana pepercit.
Tum demũ infernis uaſtanda ſatanibus ora
Indefenſa/gemens/& deſolata remanſit
Vt ratis in medio ſine clauo & remige ponto.
Sic fuit illa nocens ætas/ingrataq; cœlo.
Sic infirma fides. Heu tantum innoxia ferrent
Hæc mea membra nefas/diuũ regina caduco
Confectũ ſenio uetuit me finibus illis
Exuere hanc uitam. ſed cũ iam tœdia longi
Exilii ſeniiq; meis iam corpore functis
Fratribus/ægro animo ferrem / matertera nocte
Aſtitit/& dixit foſſo te conde ſepulchro
Viuus adhuc. tua confeſtim renouabitur ætas.
Extemplo ſequor hos monitus. fodioq; ſepulchrum.
Et ſpectante omni populo ac mea fata dolente
Compoſitis rebus iam iam moriturus hiatum
Subgredior: tellure tegor: iaceoq; ſepultus.
Et mortem opperiens animos ad ſidera tendo.
Seruauit Regina fidem. miſerata iacentem
Ante obitum dum guttur adhuc ſpiraret anhelum
Affuit. & furtim noctu de puluere tractum
Tranſtulit huc. uidi ueniens regna indica læua.
Aethiopes dextra/terraſq; per æquora multas
Vndique. & has dixit terras quas cernis in undis/
Heſperiæ Reges poſt bis ſeptena tenebunt
Sæcula. tam lata reꝝ ditione potiri
Fata dabunt. erit hiſpanis hæc gloria regnis.
Hæc ea Fulgenti quæ cõmemoranda rogabas.
Ipſe quoque unũ oro / cũ cœli intraritis arcem
Petrum orate ſuũ Latiũ cuſtodiat / urbem
Pontificum/magniq; caput ne deſerat orbis.
Nãq; meas pridem obſcenus peruenit ab aures
Rumor/& horribilis ſceleratæ infamia Romæ.

Et quanta ſtygis alluuie inceſtata nitorem
Polluerit romana fides/quo uerbere ditis
Spes hominum luxata cadat.q̃ debilis æſtu
Frigeat extincto pietas.quæ grandia cete
Piſcari/prædaq; hominum grauis ire ſolebat/
Syrtibus in ſtygiis hæret ſine remige cymba.
Heu ſcelus infandum:plures in puppe magiſtri
De clauo certamen habent.marcore paluſtri
Sordet inops:limo infixam turpiq; latentem
Gurgite cœci onerant omni farragine nautæ.
Paſtores odere pecus:nec paſcere curant
Sed tondere greges:pecoriq; illudere tonſo.
Talibus admoniti uerbis ubi gratia ſancto
Acta ſeni pedibus uerſis abiere per umbras
Frondis odoriferæ/lauros ubi ſylua comantes
Erigit & ramos teſtudine iungit opaca.
Stipitibus rectis uirides imitata columnas
Ora uias aperit quorſum libet ire patentes.
Non fera non ſerpens.nec iter dumenta nec ulli
Præpediunt frutices.iacet æquore campus aperto.
Prataq; ſub ſyluis longe porrecta rigantur
Fontibus & riuis.circũ medioſq; per agros
Murmurat/& uitreis ſaliens fugit amnibus unda.
Sol terræ uicinus adhuc cũ mane reſurgit
Et cũ ſerus obit/radios extendit in herbas.
Et bibit immiſſo nocturnũ lumine rorem.
Cũ ſublimis abit/medioq; incanduit axe/
Cæditi/& intextu ramoꝝ excluditur alto.
Hic ſpaciantur apes:tenuiq; per arua ſuſurro
Purpureos ineunt flores/& paſcua lambunt.
Occurrit nemus egreſſis genus arboris omne.
Nec nemus eſt.etenim patulo apricantia rure
Spectacu- Arboribus raris ager interualla relinquit.
lũ arboꝝ. Hic obliqua uident ſiliquas in cornua flexas.
Hic maculis acer undoſis.Pice Tæda fluenti
Vtilis hic Piceæ pingues.odioſa colubris
Fraxinus hic riguis quæ cretica miſit ab hortis
Poma Cydon tenui faciem circũdata pube.
Caſtaneæ rident.& echinũ exuta tridentem
Pendet ab hirſuto ſoboles lapſura cubili.

In frutices declinat iter.nemoꝝq; minorum
Alludunt niueis frondentia uimina ſuris.
Ad piper ad calamos ad odora cacumina Nardi
Extendunt digitos.caules carpuntur Amomi.
Thura premunt libro.tenui decerpitur ungue
Iuncus.& inceſto ſudans de cortice myrrha.
Virginibus ſimiles Cereris quas filia ſecum
Duxit ad hyblæos flores/Cyaneaq; prata
Huc illucq; meant/ut agit ſua quemq; uoluptas.
Et iam delitias fruticum ſpaciata per omnes
Turba cohit/ſequiturq; ducem.pede campus eburno
Preſſus olet.qui in flore latet qui dormit in herbis
Surgit odor leniq; uolans attollitur aura.
Dũq; uiam carpunt/ecce inter cinnama ad auſtrum
Et per longa uident roris uirgulta marini
Inceſſu lento ire ſenem/cui picta amarantho
Radit humum toga.barbarica coma p̃ſſa Tiara
Caniciem in latos humeros diffundit eburnam:
Barbaq; in extremum mento cadit aurea pectus.
Lucet in aſpectu pietas.intrinſeca uirtus
Scribitur in uultu probitas in imagine fulget.
It recolens annos ueteres primordia rerum
Cogitat/& uariis diuiſum moribus orbem.
Ex uno diuerſa luto fluxiſſe uirorum
Tot genera/& gentem populis ex omnibus unam
Iudæam ſciuiſſe deum.ſub tartara mitti
Tantum homium pelagus uultu admiratur opaco.
Tot magnis claudi ingeniis/& inertibus ultro
Aſtra dari.Iouis imperium tot ſæcula/tantum
Terraꝝ uſurpaſſe deos.Secũq; ita fatur
Raptus in exceſſum mentis.ſi rector olympi
Id uoluit cur damnatũ? Si noluit/unde
Exiit? inuito cui tanta licentia cœlo?
Diſſimulaſſe deũ/nec rem auertiſſe nefandam
Res indigna deo/rerũ quem ſumma ſuaꝝ
Cura decet:quem iure ſalus aliena remordet.
Talibus intentus curis dum fluctuat inter
Hos animi ſcopulos/diuum chorus ecce repente
Ingruit.ille premens fixis ueſtigia plantis
Subſtitit:& gaudens alacri uenit obuius ore:

Attollens tunc ora graui Prudentius orſu
Eloquitur ſacro comitum ſpectante ſenatu.
Maxime diuorum interpres/legū ante Solonem
Conditor ante Numā/Lacedæmoniūq; lycurgum
Et Minoa ſenem.nec opaca in ualle ſilentes
Conſulis Aegeriæ lucus/nec Apollinis antra
Delphica.ſed ſūmis araboꝝ in montibus audis
Panchæa de nube deū mandata ferentem.
Dux populi iudexq; tui/qui cædibus arua
Iſidis/& libycam Tritonida ſanguine tingis
Cuius ad imperiū Triton perterritus undas
Traxit:& exhauſto ſecuit maris æquora fundo.
Poſtq̄ te ſubito Phaſgæ de uertice raptum
Tranſtulit hos deus in campos: genus omne tuorum
Cōmuni te morte putans abiiſſe ſub umbras/
Credidit ignoto condi tua membra ſepulchro.
Tu tamen hic ſuperes:nec te damnoſa ſenectæ
Tempora mutarunt longo neq; frangeris æuo
Robur idem/facies eadem/ qua flumina quondam
Elicis e ſaxo.uerū tranſlata parūper
In melius/poſtq̄ magni tibi uiſa tonantis
Ora Taboræi ſuper alta cacumina montis.
Sed tamen his modo poſt habitis ſanctiſſime uatum
Hæc tibi tota cohors ſtygio quæ carcere functos
Heſperiæ reges mecū comitatur ad aſtra/
Supplicat oſtendas primos quæ poma parentes
Ex iſtis pepulere locis: ramoſq; nocentes/
Quos miſeris inuiſa tulit mortalibus arbor.
Non potes hoc neſcire/deus cui cognita fecit
Omnia naſcentis prima incunabula mundi
Dum fugeres Nilū nebuloſæ in uertice ſinæ.
Ligna quoq; altricem ſeruare potentia uitam
Muneris inſtar erit magni/ſcire indice tanto.
Tu quoq;/ſi quando caſu tibi forſitan ullo
Eſt opus/obſequiis fidens (precor) utere noſtris.
Talibus effatum Moſes complexus ad omnem
Cœlituum turbam placidis ita uocibus orſus.
Fauſta dies cui longa parem non attulit ætas
Iſta mihi. uideor cœli ſublatus in arcem:
Et calcare polos/& ferre per ignea greſſum

Sidera.ſtipariq; patrum cœtu atq; nepotum.
Talibus officiis referat ſua premia rex
Conditor & grates meritis ingentibus æquas.
Contra iudeos. Si deluſa meo mea gens in funere nugas
Circũfert de morte leues/nil pendimus atro
Gens animo.genus infidum.illaudabile uulgus
Ad uentrem ad ueneres & ad omnia ſordida natum
Nil cœleſte poteſt nihil immortale doceri.
Nec tamen euaſi quæ terminat omnia mortem.
Sed deus extorrem membra in ſua rettulit umbram.
Atq; huc impulſum flatu me tranſtulit uno
Venturum auxilio terris/cũ fluxerit ætas
Vltima poſtremis conflagratura diebus.
Quod ſuper arboribus ueterũq; errore parentum
Queritis/id uobis & ſi ſatis indice nullo
Scire licet/quia iuſſa tamen contemnere diuum
Impietas præſto quocũq; uocaritis/adſum.
Sic ait.& ſtipante choro ueſtigia mouit
Lenta per herboſos in margine fluminis agros.
Spectaculũ ferarũ. Ecce uagis circũ dumeta recurſibus errant
Dulciaq; inter ſe miſcent certamina dãmæ:
Et coribanthiaci lepores/& ſtrenua dorcas.
Aedi alacres/& ceruorũ laſciua iuuentus.
Cornibus obluctant/& onuſtæ pondere frontis
Dulcia bella cient.curſu leuis ille citato
Proripitur/ſimulatq; fugam/pernicibus alter
Inſequitur plantis/celeriq; uolumine crurum
Pone uolat.ducto primus per gramina gyro
Vertitur iratum ſimulans:agiliq; ſequentem
Impetit aſſultu.ſubitoq; in terga uolutus
Verberat elatis aduerſum calcibus hoſtem.
Ventum erat in tumulum molli cui balſama luco
Circũfuſa uirent primos qua reſpicit ortus/
Qua uidet occaſus/& qua latus explicat auſtro.
De balſamo. Sylua breuis fruticoſa.putes uineta. nec unum
Omnibus os.ſimplex ue genus. de cortice ſicco
Caudicis emungit radiis opobalſama Titan.
Frondibus increpitant zephyri:ſyluãq; comantem
Ventilat ac blandis occurrit odoribus aura.
E tumulo patet ora iacens diffuſa per amplos

Pinguis humi tractus.ſtellantia floribus arua
Vndiq; quantũ acies tendunt. Pomaria longo
Permeat inflexu uiridantibus undiq; ripis
Euphra/ Euphrates Babylona petens/non gurgite tanto
tes. Q uantus ab armeniis rubrum deſcendit in æquor.
Nec procul in Boream uergens uada lucida uoluit
Tigris. Tigris/& elabens maiori flumine Ganges.
Ganges. Ipſe quoq; intorto Nilus per paſcua curſu
Nilus. Fertur ad ethiopum populos/& Candacis arua.
Q uattuor hæc paruis ut cætera flumina ſurgunt
Principiis.alios fontes uia longa miniſtrat.
Hic uariam multa uernans humus arbore frugem
Spectacu Parturit/& pomis agri difformibus hallant.
lũ pomo/ Hæc uiridi ſplendore nitent/hæc cortice rubro/
rum. Hæc croceo. ſunt alba genas/ſunt aurea uultum.
Sunt modico collecta ſinu. ſunt orbibus amplis/
Sunt oblonga ſuas in humum inclinantia matres
Ex humili iam turba iugo digreſſa uirentes
Iuerat in campos/cũ ductor harundine mota
Namq; manu modo decerptam ſyringa ferebat/
Arbõ pec Ecce ait illa mali labes antiqua/parentum
cati. Dedecus æternum/primiq; infamia ſæcli.
Ecce hominum caſus.miſeræq; exordia uitæ.
Hanc frugem cui nectar ineſt dape dulcius omni
Suſpiciens hominũ genitrix heu credula pluſq̃
Fas erat/incaute rapuit.raptamq; momordit.
Nec ſatis id.decepta uirum decepit amantem.
Heu amor infelix/infortunata uoluptas.
Excuſat Q uid faceret tamen Adam9:premit undiq; bellum
adam. Hinc deus/hinc ſerpens:& pro ſerpente uirago.
Hinc amor inde timor mens oppugnata laborat/
Vt ratis hinc auſtris/illinc aquilonibus acta.
Vicit amor grauis affectus. uiolenta libido.
Ergo thori ſociam ſua blandimenta ſuaſq;
Delicias amens ne contriſtaret/eodem
Naufragio ut mercem ãmiſit/puppéq; reliquit/
Vix tabulæ innitens rapidis euaſit ab undis.
Artibus his deiecta uiri conſtantia / mortem
Incidit.atq; ſuo eiectus cum coniuge regno
Venit ad incuruis fodienda ligonibus arua/

Q uæ ſentes tribuloſq; ferunt.quæ reddere uictum
Cultori niſi uicta negant.quæ fundere frugem
Agricolæ niſi ui ferroq; coacta recuſant.
Ficus. Hæc igitur latis arbor quæ frondibus umbram
Porrigit:& libro pingues lactente mariſcas
Semper alit:necis & morbi lœtalis origo eſt.
Nã neq; caucaſeo recubans in monte Prometheus
Cœleſti ut perhibent læſit ſua ſæcula furto:
Vna ſed hæc nobis tanti rea criminis arbor.
Craſſus. Hæc ea quæ infauſtu Craſſo dedit omen eunti
Q uæſitum procul ignota tellure ſepulchrum.
Hæc eadem tyrias olim Carthaginis arces
Prodidit.Auſoniæ populos genus omne latinum
Rettulit in ueteres iras.reſideq; iuuentam
Mouit ad arma: nouam claſſem:noua miſit in æquor
Claſſica.& impleuit uelis mare:milite campos.
Sic Trebiæ lamenta Cato & traſimenia bella
Vltus:& inſignes romano ſanguine cannas.
Sunt quoq; qui belgas huius dulcedine captos
Galli. Arboris excelſis referant ex alpibus olim
Ad ripam ueniſſe Padi:cum gente latina
Decertaſſe armis. graios uaſtaſſe colonos.
Traieciſſe fretum:uexaſſe aſiatica regna.
Et gentem feciſſe nouam:galataſq; uocari:
Q uos Paulus tuba cœloꝝ dum clangeret orbi:
Vociferans taxat:magnoq; redarguit ore.
Arbor in aduerſis igitur famoſa parentes
Luſit:& in primis patribus genus omne futurum.
Nec moueat ꝙ criſpa cutem:ꝙ flebile uicta
Deponat ceruice caput:ꝙ languida fruges
Sordeat aſpectu cum iam maturuit:atro.
Eſt ſcelus in cauſa:mucro eſt ebetatus ab ictu.
Illa decens pomi facies illa ora uidentum
Inſidioſa oculis (uoluit deus) orba nitenti
Fronte ueternoſam cariem traxere:ſuũq;
Ammiſere decus uultu obſcurata ſenili.
Hanc deus ob cauſam circũdedit inguina patrum
Frondibus his:manifeſta dapis monumẽta nefandæ.
Ipſe quoq; antiquæ longæua piacula fraudis
Ablaturus:iter ſolymã dum tendit ad urbem:
Chriſtus in hos odio ramos exarſit acerbo.

Scilicet oſtendens ſcelus exiciale parentum
Cum matre auferri/& mortem cum autore necādam.
Mox igitur uerbis uiolata potentibus arbor
Non ſecus ac ſubito correptum fulmine gramen
Arruit/& lapſa riguerunt uiſcera fronde.
Hæc ubi dicta/ſenex motis ueſtigia plantis
Flectit ad aurorā:ſequitur chorus omnis euntem.
Iam mediū prouecta dies conſcenderat axem
Solq; recædentis iuga ſūma tenebat olympi
Proximus æſtati/noſter ſemel æſtuat annus.
Aeſtates habet ille duas/duo tempora brūmæ.
Bis uidet autumnū/bis uer/bis fertilis ānus.
Cū nobis niue torpet humus/cū ſtiria pendet/
Et cū flaua Ceres/illic mitiſſima brūma.
Cū tepet autūnus nobis/& brachia libræ
Sol tenet/& cū uer peregrina reportat hirundo/
Illic meſſe calent æquis tamen arua diebus.
Sed iam ſeſe offert oculis caput arboris altum.
Arbor ui/ Iam uicina cohors iter intermittit:& ora
tæ. Suppreſſo ſermone leuant/& ab arbore pendent.
Arbor erat procera comas ad ſidera tollens/
Altior arboribus ſerum:quas dicitur alto
Vertice ithyreæ iactum ſuperare ſagittæ.
Purpureus trunco tereti liber. ardua ſūmo
Stipite funduntur dextra læuaq; per auras
Brachia bina/uelut zephyro cū plena ſecūdo
Vela ferens uolat æquatis antenna lacertis.
Poma rubent uiridi ramoq; in culmine/frondes
Perſimiles alis/uolucres quibus aera ſulcant
Stipite de ſummo gemina inter cornua ramus
Porrigitur:rectaq; petens trabe ſidera culmen
Explicat.hic nidos proli officioſa futuræ
More ſuo ponebat auis/quæ pignora morſu
Saucia peſtifero colubriq; admorſa ueneno
Curatura pium pectus fodit ore cruento.
Tum pater in frondes tendens oculoſq; manūq;
Hæc auis hæc arbor Chriſti omnipotentis imago eſt/
Dixit.in his ramis & in hac deus alite pinxit
Poſt tot uenturos labentia ſæcula caſus.
Nam ſimulac diuos regni ſitis illa coegit
Aetheream de ſede erebi deſcendere in alta

Flumina/tartareũq; chaos deus hoſte fugato
Terrigenas cœlo aſcripſit. Neu talibus impar
Hoſpitiis mortale genus clamare ſatanum
Cur deus ícarnatuſ. Audeat improbitas ſucceſſibus inuida noſtris/
Induit humanam effigiem/ſtatuitq; uocari
Numen homo. clauſitq; deus ſe in ſtemate noſtro.
Non ſecus ac ſtellis ſi quando ex æthere pulſis
Sol iubar infundat nebulis/& ueſtiat auræ
Maieſtate ſuæ/uacuoq; accõmodet axi.
Nec fuit aduentus ratio fraus illa parentum:
Sed decus humanũ. uenit moriturus ad ægros
Q d' fuerit ſanare mori. ſine cæde cruenta
Ad ſanos uenturus erat: laturus in aſtra
Incolumes: & nos ciues facturus olympi.
Sic uolucris dum parua domus: dũ infirma propago:
Dum nati implũmes: tepido fert pabula nido
Semper: & extenſis docet ire per aera pennis:
Hæc eſt cura tenax: ſtudiũq; imobile matri.
Non ſanat niſi languentes: & uulnera paſſos.
O fortunatos homines: gentemq; beatam:
Si licitis contenta bonis primæua feciſſent
Sæcula. nec ſeſe ſuperis humana libido
Aequiparans uetitum temere inuaſiſſet honorem.
Terra ferax ſine bobus erat: ſine uomeris uſu
Intacto fæcunda ſolo. non læderet arua.
Puluerulenta canis. ſed miti innoxia flãma
Surgeret. & nullas habuiſſet noxius aras
Veiouis: & nullum cecidiſſet ab æthere fulmen.
Mens tam læua fuit: ſic ingenioſa colubri
Texendis natura dolis. heu fœmina ſemper
Inſidioſa mari: totum genus obruit uno
In ſcelere. ãmiſitq; malus ſimul omnia cuſtos.
Læthæi creuere lares. ſtabula alta profundi
Diffudere ſinum. creſcentibus ampla cauernis
Concauitas regni inferni terram extulit ultra
Aequora/& excluſo moles ad ſcondita ponto
Intumuit: ſurgenſq; ſuper ſua uiſcera tellus
Fecit inæquali montana cacumina tergo
Poſt ſcelus: ante nefas nemo phlegethonta petiſſet.
Antra patrum nemo: ſpellæa cathartica nemo:
Ex tantis hominum turbis: quot lapſa tulerunt

Qui naſciturí durante ínocentia.

Sæcula quot uentura ferent ea ſola propago
In lucem mittenda fuit fruituraq; uita
Quam pater ut uaſti deſerta ſedilia cœli
Compleat elyſiam fuerat miſſurus in arcem.
Cætera turba altis erebi inuoluenda caminis
Ad uitam neſciſſet iter: latuiſſet opacis
Intra informe chaos non emerſura tenebris.
Propterea nunq̃ tellus habitanda nec ullo
Exercenda uirũ ſtudio cubuiſſet in unda
Aeternos ſopita dies. ſola iſta tuliſſet
Ora hominũ genus atq; feras. nec in aſtra leuaſſet
Tam ſublime caput. Quæ cætera ſuſtulit ingens
Tartareæ ſpelunca domus iſtos quoq; campos
A pelagi ſubmouit aquis: & in æthera miſit.
Talia pergebat memorans cũ uoce ſoluta
Paſtor ait Iam prona dies maioribus umbris
Ire monet. ſparſas uideo per gramina turmas
Iam ſpectaſſe locos ſatis: & ſpirare ad olympum
At tu ſancte Pater cœlo dum labitur ætas
Iſta per hos campos felicibus utere fatis.
Collis ad auroram palmis turritus & umbra
Frigidus iliceа grandi uada parturit aluo.
Nam uitreas quibus humet aquas expellit: & amplũ
Sub radice facit piſcoſo gurgite fontem
Hic fons ille ferax qui flumina quattuor implet:
Nec capitur totus. rigat inſuper arua ſub herbas
Labitur: & niueis humectat paſcua cygnis.
Hic Pater Helias uiridi pernoctat in umbra
Ad murmur ſalientis aquæ. Cum roſida curſu
Iam medio nox alta ſilet ſe attollit: & aſtra
Suſpiciens uidet Erigonen in uertice mundi
Caſtora in occaſu Chironem aſcendere ab ortu.
Audit in excelſo cœloꝶ culmine uerſos
Ire polos audit ſuperos pæana canentes
Reſpondere polis. nota tum ſedulus hora
Exilit ad ſolitos cantus: & ad orgia laudum
Carmen idem ſonat orta dies: & adulta parũper:
Et cum ſole calet. prono cum labitur axe
Hora p̃mens iam nona diem. cũ ueſpera ſurgit.
Et cum iam clauſo uenit accubiturus olympo.
Et iam fama lares diuum uulgata per omnis

Poſt ſtygis emenſas curſu leuiore paludes
Regales ad cœlum animas conſcendere ab orco.
Coguntur proaui centum uno e ſanguine reges/
Quos omnes caſtella parens diuiſit in omnem
Heſperiam/ceu multiplici propagine creſcens
Vitis ab oceano ſiculos complexa penates.
Origo re/ gũ hiſpa/ niæ. Omnibus his genus a ſcythia. Tulit ultimus orbis
Angulus ille decus tantum:ſuppoſta rigenti
Terra polo/durata gelu/ueſtita pruinis
Tantum frugis habet. Tantis ſe iactat alũnis
Mæotis longinqua palus/ubi Cæſaris aræ
Maſſagetum Regina ferox quæ Marte potentem
Regnatorem aſiæ totoq; oriente ſuperbum
Strauit/& antiquæ numerantur amazones inter
Huius gentis auos. uirtus ut flumina curſu
Amplior/ex longo tulit incrementa receſſu.
Trans mare chimerium propter uada fluminis iſtri
Thraicium pugna ingenti fudere ualentem
Biſtonii caput imperii/qui dorica regna
Atq; Aſiæ partem lata ditione tenebat.
Subiecere Italos. italos qui fortibus armis
Omnia quæ cingit Thetys/quæ Phœbus ab alto
Axe uidet/domuere. urbem magno agmine Romam
Afflixere. alpes gelidas & gallica Regna
Marte uiam faciente graui inuaſere tumultu.
Heſperiæ tandem ſceptro regnoq; potiti
Vandalicam pepulere manum: quæ a finibus iiſdem
Egrediens prius heſperias intrauerat oras.
Mox autem ſtygis inſidiis ac fraude Valentis
Obliquam didicere fidem. ſed protinus omnem
Leandri deus ore dolum detexit:& arri
Niligenæ tenebras noctemq; remouit opacam.
Recare/ dus. Heſperiæ tum lora pater Recaredus habebat.
Ipſe ratem primus ſcopulis abſoluit ab illis/
Et rectum cognouit iter. primuſq; ſuoꝝ
Tranſiit ad ſuperos:& primus in agmine tanto
Obuius it:totoq; petit cum ſtirpe nepotes.
Omnibus ad ſuras patrio de more cothurni
Flammigerant redolente croco/uel murice tincti
Omnibus aurati crines/frons ardua/ uultus
Siderei/cinctuq; chlamys reuoluta gabino.

Hæc heroum acies per ſigna leonis ab axe
Labitur in terras:manſitq; leonis imago
Luthea per regum albentes ſignata lacertos.
Iam chorus ima tenet:pedibuſq; in gramina miſſis
Intrat odoratum Myrti nemus/unde ſilentem
Voluit aquam glauca ſtipatus arundine Nilus.
Aduentare ſciens Reges audentius altum
Venerat in collem/ſūmo qui uertice campum
Proſpicit ad fluuii ripam uidet ire cohortem
Et ſpectare uagis labentem curſibus undam.
Alfonſumq; uocans ades huc ait. Ecce tuorꝝ
Progenies anitiqua patrum/quæ uenit olympo/
Et noſtrum ueſtigat iter.ſic fatus in ip̄o
Culmine compreſſis tenuit ueſtigia plantis.
Vt patres audiuit auus/p̄cordia dulcis
Strinxit amor.lachrymaſq; ciet:ſtudioq; uidendi
Vadit agens dextra natum læuaq; nepotem.
Plurimaq; aſcendunt prærupti cornua ſaxi/
Vnde patet late nitidum proſpectus ad amnem:
Liberiuſq; aduerſa licet regum ora tueri
Proſequitur chorus:& ſūmis e cotibus inter
Vmbroſos tecti frutices mirantur euntes
Fluminis ad primos ip̄o duce flumine fontes.
Tunc auus o audenti inquit diuine ſacerdos
Vultibus ex ipſis ipſaq; ex indole Regum
Ingentes animos & fortia pectora cerno.
Scipiadas totidem uideor totidēq; uidere
Cæſareos proceres.longis exercita bellis
Imperiiſq; diu uirius in fronte relucet.
Quis p̄cor ille manu geſtans diadema coruſcum
Solus?& in boream depulſus ab agmine patrum?
Talia quærenti dedit hæc reſponſa ſacerdos.
Qui decus & laudes p̄claraq; nomina gentis
Rex hiſpane tuæ paucis abſoluere tentat
Nititur in uetitum ueteres antiqua poetæ
Heroum qui facta canunt qui exordia falſos
Inuitant ad magna deos/nil tale loquuti.
Quippe nec Enæas/nec Penelopæus Olyſſes
Nec Priamus tanti.licet hæc fama inclyta cantu
Meonio procul in totum uulgauerit orbem.
Attica cæcropidas iactat/berecynthia tellus

Aſſaraci prolem/ lagidas ægyptia Memphis.
Arſacidas Perſis. reges facundia noſtros
Nulla canit: ſed fulta ſuo ſua robore uirtus.
At quoniam tua ſic pietas hortatur/ & ipſum
Tempus/ab immenſo laudum præconia campo
Pauca legens patrum repetam monumenta tuorum
Roderi/cus. Ille manu diadema ferens deceptus amore
Virginis/ut mos eſt hominũ/quod cœperat annos
Ataulfus Ante quatercentũ uictis Ataulfus alanis
Perdidit imperium. tanto multata dolore
Tranſiit in longos luctus breuis illa uoluptas.
Infenſoſq; diu ſuperos/irataq; ſenſit
Numina/propterea tot tempeſtatibus impar
De regni ſplendore ruit. Fortuna rotatu
Præcipiti euertit regem de ſede ſuperbum.
At quia tanta animo tulit infortunia magno
Ipſe ſuũ ſcelus ulciſcens/& tempore longo
Corda graui mœrore domans/poſt fata receptus
In ſuperos pro regno ãmiſſo accepit olympum:
Indiciũq; tenet caſus: diademate nudum
Fert caput. & pulſus regali ex ordine uergit
Coſta. In boream/ſequiturq; ſenis ueſtigia coſtæ.
Pelagius. Proximus ille graui tenuem qui fronte coronam
Geſtat/in immanes auſus ferre arma tyrannos
In ueteris partem regni deuenit: & hoſtem
E patrio ſubmouit agro/ & longinqua coegit
Littora/prætentoſq; freto perquirere montes.
Debuit extolli ſignis ac marmore multo
Tanta uiri probitas patriæ auxiliata iacenti.
Nãm ſi cecropidæ ſtatuas poſuere trecentum
Sexaginta homini/ ſanctis qui legibus urbem
Rexerat affectus moderans plæbiſq; patrũq;/
Quæ precor eductæ de tempeſtate tot urbes
Tot populi heſperiæ/tot functa tyrannide regna
Autori pacis fundatoriq; ſalutis
Vltori fidei decora atq; inſignia debent?
Hic iterum fortuna Gothis aſpirat & intrant
Regna iterum. legio pulſis urbs inclyta mauris
Prima renaſcenti fecit noua nomina regno.
Prima memor fidei/libyæ genus auſa ſuperbum

Pellere:& aſſertas ſignare leonibus arces.
Alfonſus Ille duos uaria qui monſtrat imagine Reges:
Et referens nunc ora Numæ nunc ora Quirini
Belliger in ſacris:& relligioſus in armis
Eſt Alfonſus:atrox mauroꝝ euerſor:& Arri
Malleus.Ipſe etenim uirus quo infecerat orbem
Arrius:hiſpanis procul exturbauit ab oris:
Sicut & ex latio Gratianus.ab hellade maior
Conſtantinus:apud thraces qui condidit urbem
Cæſaream.fecitq; nouam prope littora Romam.
Iſta lues quondam populos accenſa per omnes
Lerneæ de more feræ per uulnera ſumpſit
Incrementa.uno exciſo ſtridentia ſeptem
Ora reſurgebant.plæbes in bella ciebat.
Sæpe etiam primos proceres armauit:& urbes:
Sæpe etiam reges:erat in certamine tantum
Virus:ab Alfonſo donec conuulſa ſub orcum
Fugit ab inferno nunq̄ reditura profundo.
Froila. Illi autem cui tecta uides lucentibus armis
Pectora:nomen erat Froilæ.uox dura latinis
Auribus aſperitas longo reſecabitur uſu.
Hic duplici mauorte potens terraq; mariq;
Sæuiit in mauros uictor.Poſt inclyta bello
Facta odio fratris regni quem dira libido
Cœperat:obſeſſus tandem furialibus armis
Confoditur.ſparſum concreti ſanguinis imbrem
Iniuſtæ fert cedis ad huc ueſtigia pectus.
Alfonſus Quintus ab hoc iteꝝ Alfonſus.Viden ardua regis
Tempora:peruigiles oculos:& pectora lata:
Rex erat armipotens.libyam tremefecit:& omnem
Heſperiam mauro tepefecit ſanguine terram.
Orlando congreſſus apud bebricia ſaxa
Infrenes gallorum iras compeſcuit armis.
Ramirus Aſpice bellacem clara cū prole Ramiꝝ.
Extollit Calagura patrem:Salamantica natum
Ordoni9 Ordonium:cui progenies diſcrimine paruo
Alfonſus Proximat Alfonſus.qui uaſconas atq; ſuperbos
Cladibus inuoluit numidas:agarenaq; regna
Sed poſt fata graui ac longo uexatus auerno
Q đ coniuratos effoſſo lumine fratres

Barbarico ritu nimium crudeliter atram
Miſerit in noctem:furiiſq; agitatus & ira
Tinxerit infamem gentili in ſanguine dextram
Id facinus diuũ imperiis atrociter umbræ
Tartareæ lauere uadis ultricibus orci.
Sed iam prona dies.& fandi copia phœbo
Alfonſus Deſcendente minor multo ſine laude relinqui
Cogit.ad extremos ueniam. Poſt longa ſequentem
Interualla uirum læuo cui fulget ab armo
Contus/& auratis ſignatum pectora conchis
Explorate.docet facies mauortia corda.
Ipſe uelut de nube tonans cum grandine fulmen
Obruit infidum genus & ſine numine gentem
Pernicie tanta inuoluens/quantam neq; Troiæ
Nec Libyæ uidere acies/cũ maxima quondam
Inter ſe ingenti fremerent duo regna tumultu.
Sed neq; in auroræ populis macedonica pubes
Cũ Ioue rex hammone ſatus Babylone ſubacta
Tranſiit extremos Taurũ populatus ad indos.
Pernici uectatus equo certare Iacobus
Viſus/& hoſtiles conto penetrare phalangas.
Ecce ingens Alfonſus adeſt.perterritus Atlas
Regis ab aſpectu caput intra nubila traxit/
Cum uidit conflictu uno cecidiſſe trecentum
Millia mauroꝝ/campoſq; natare rubentes/
Ac numidas paſſim inter equos & ſcuta iacere
Semineces/& adhuc animas ægro ore trahentes.
Cæſaris ac magni quid res miramur & artem
Militiæ? Stragem marte inclyta ſæcula nũq̃
Audiuere parem.nocuit ſibi maxima uirtus
Auſa manu maiora fide.poſt funera miles
Ipſe ſuum miratus opus uix pendere tanti
Se poterat.ſequitur talis uictoria pugnam
Cum fortem ſortita ducem ſunt fortia caſtra
Cum deus eſt animis præſens & bella gubernat.
Ferrantes Ille caput nigrũ canis aſperſus & armis
Splendidus auratis cœlo demiſſus ab alto
Venit in auxilium regni redeuntis:& urbes
Aſſeruit magnas.tum libertate potita eſt
Corduba/ſurrexit bethis/caput extulit hiſpal.

Nocturniq; altis arſere in turribus ignes.
Ad diuũ delubra ferens noua tura ſacerdos
Inceſtos ritus irrelligioſaq; ſacra
Abluit/atq; iterũ Chriſto in ſua templa recepto
Dæmonas extructis exorcizauit ab aris.
Gloria Ferranti ſemper comes aſtra deũq;
Allicit/& raro uenit id ſine numine nomen.
Alfonſus Ille procul mundi ſignatus imagine partum
Ob decus officiis pacis belliq; ſuperbum
Aequore ab extremo fuit in Romana uocatus
Imperia.at rerum molem pertæſus ad aſtra
Rurſus/& æternos animũ reuocauit ad ignes/
Cœloq;q; uias. & delectatus olympo
Terrenas contempſit opes perituraq; regna.
Sed iam nox uicina diem depellit/& aſtris
Heſperus accenſis ſequitur Titana cadentem.
Naſcitur erigone/cœlũ fugientibus horis
Voluitur:& laudũ dulces intercipit orſus.
Cætera in ælyſiis domibus ſancta illa docebunt
Ocia/quæ nulla mutat uice mobile tempus.
Sic ait.& molli flectens ueſtigia cliuo
Ad fluuiũ declinat iter. greſſuq; citato
Per nemus/ad fontem regalibus obuiat umbris.
Exultant congreſſæ acies.medioſq; nepotes
Circũfuſa cohors patrum læto accipit ore.
Itur in amplexus/& in oſcula dulciter ardent
Pectora.& exundans tremulos amor afficit artus.
Sed mora iam Leander ait tollenda.uocamur
Ad ſacrum ſolemne/dies quod proxima toto
Conuentu ſuperũ celebrem perſoluit ad aram
Paſchatis/& uicto Chriſti redeuntis ab orco.
Terra uale.menteſq; præ quæ regna tenetis
Infima uoſq; amnes ſacri/colleſq; beati.
Protinus argutam ſoluens in carmina uocem
Suſpexit.chorus audito concorditer hymno
Aſſonat.accurſant animæ dulcedine captæ
Quot circũ errabant fluuios/& roſida prata.
Mox cœli conceptus amor per inane leuauit
Agmen.& alterno tulit uſq; ad ſidera cantu.

F I N I S.

BAPTISTA MANTVANVS CARMELI/TA THEOLOGVS FRANCISCO GON ZAGAE TVRCO MANTVAE MAR CHIONI Q VARTO PRO GAL/LORVM EX ITALIA EX/PVLSIONE TRO/PHAEVM.

LIBER PRIMVS.

a

GGREDIENS MAGNO
bellũ memorabile cantu
Q VO LONGE ITALIA
primo Franciſcus ab æuo
EXPVLIT INGENti For
tem molimine Gallum/
COGOR AD AETHE/
reos ignes attollere longo
Calle fatigandam dũro ſub pondere mentem.
O defuncte iſtis tenebris/quibus ocia ſemper
In campis animæ cœleſtibus. O mea Clio
Q uæ cœli conuexa tenes/uicina tonanti/
Progenito memoranda deo/aſpirate canenti.
Q uæ iuuenem ſæclo iam declinante leuauit
Ad ueterum decus heroum tam uiuida uirtus
Ante diem/dum pubet adhuc ſe fortior ætas?
Vos ne/uel ardentes mira illa potentia cœli/
Q uæ ſua terrenum radiis animantibus orbem
Fata pluit/patris arbitrio/qui torquet olympum?
Forſitan in cauſa eſt flagrans uigor ille parentum
Magnanimoq; unã in ſobolem quaſi flumẽ in amplũ
Fons non unus iens/& Cæſare ſanguis ab alto?
Ingentes memorate auſus/memorate laborem
Herculeum: quo inuicta prius modo fracta tumultu
Gallica uis tanto partim conceſſerit orco
Marte graui/partim gelidas tranauerit alpes/
Parthenopes regno ãmiſſo ſpoliiſq; relictis.
Nam quia mutatis Romanæ moribus aulæ
Non alacrem populi plauſum nõ delphicæ honorem
Frondis habet/neq; tarpeios uictoria currus/

DD

Ne maneat ſine laude labor/ne ingloria uirtus
Tanta ſit/& forſan longis abolenda diebus/
Talia pro æterno ſtruimus monumenta trophæo.

P OSTQVAM SFORTIACOS
cauſata Nouaria faſtus
Et nimiū crudele iugū defecit ad hoſtem
Gallorꝫ patuere animi : ſimulata repente
Cōſilia & frauđs ſubito emerſeř tumultu
Infremuere urbes Venetæ:facinuſqꝫ nefandum
Deteſtatæ animis dirum ſublimibus hoſtem
Debellare parant/gentemqꝫ arcere ſuperbam.
Vrbus Veneti regina maris iuſtiſſima nutrix
Pacis & armorꝫ/ſacris altaria poſtq̄
Illuxere nouis/prætoria ad alta frequentem
Conuocat Italiæ pro libertate ſenatum
Vt ſedere patres/& facta ſilentia/princeps
Talibus aurato a ſolio ſermonibus orſus.
Sancta gubernandis patres uigilantia rebus
Debita conſortes regni iubet altius omnem
Vim ingenii conatum animi contendere ſemper
Conſiliiſqꝫ omni fortunæ occurrere nimbo:
Sed tum præcipue/cum magno incendia motu
Bellica cōmunem interitum proferre uidentur.
Iam dudum Italiam rumor uagus afficit omnem
Significans noſtra pro relligione potentem
Gallorum magno armari molimine regem.
Et q̄q̄ uobis bñ coniectantibus arma
Hæc ſuſpecta forent/tamen ut ſi uera fuiſſet
Fama/ingens poſſet pietas curſu ire ſecundo/
Veſtra fuit moderari animum ſententia patres.
Atqꝫ rati non poſſe tegi figmenta/putaſtis
Spectandum pauliſper opus:ſancta arma ſequentem
Extemplo terræ auxiliis pelagiqꝫ iuuandum.
Fallere nitentem terra pelagoqꝫ fugandum.
Hæc mora ſegnicies/ſi non pietatis & æqui
Hactenus obſtiterit ratio/inconſulta fuiſſet.
At nunc Parthenopes ſine ui ditione potitus
Quando iter ad graios aperit uictoria tutum/
Præſidiis regno poſitis/cum ſigna retrorſum

Vertat/& acceptis infida Nouaria belgis
Sit mentita fidem/qua relligione feratur/
Et quos detecto Turcos uocet indicat aſtu.
Nos otomanigenæ gallis:hoc nomine tanto
Inſignimur:habent ſoli uera orgia galli.
Gens infenſa italis/euentu elata ſecundo
Imminet Italiæ decus extinctura latinum/
Sfortiadum merſura genus:nos uiribus auctis
Inuaſura. Quid his tantis occurrere patres
Nos uetat aduerſis? inſubribus arma propinquis
Arma quibus regna a Turcis defenſa tenemus/
Iungite. non deerit pia bella gerentibus æther.
His dictis excita patrum ſublimia corda
Conſpirant in bella alacres: ſed quæritur ante
Omnia/qui ingeniis ſimul atq; ingenribus auſis
Polleat/ac tantæ poſſit ſuccedere moli/
Inclytus armorum ductor: qui marte furentem
Præcipiti Gallum ualidis p̄mat acriter armis.
Hic ſua dimiſſo princeps in tecta ſenatu
Digrediens p̄mit urgentem ſub pectore curam
Interea phœbo freta ſubter atlantica lapſo
Nox redit:& ſanctus aperit polus ætheris ignes.
Solſtitio uicina æſtas accendere cancrum
Cœperat/& claris fulgentem oriona flãmis
Tollere:cum ſtratus thalamo noua ſomnia princeps
Et miris ſimulachra modis parentia uiſus
Cernere:quæ ambiguis canerent oracula rebus.
Namq; aſtare ſenex in maieſtate ſacerdos
Eximio cultu/qualem magna orgia poſcunt
Viſus/& alatum dextra attrectante leonem
Ac mulcente iubas/læuam extendebat in armos
Militis armati:cui frons duce digna/ferentes
Præ ſe aliquid diuinum oculi:cui plurimus enſis
Implet ebur libycum/ferroq; haſtile cruento.
Et ſic fatus. age atroces quæ pectora curas
Sollicitant/depone. tuis inuenimus armis
Barbadice uirum:cui corda heroica nullos
Admiſſura metus:uires/quæ fundere gallos
Quæ imanes penetrare auſint/ac frangere Parthos.
Dixerat. Extemplo iuuenem noua finxit imago.

Egregium uultu iuuenem/fulgente metallo
Pectora ueſtitum/& talotenus aere micantem
Flãmigero/ac forti uibrantem haſtile lacerto.
Perſimilem marti/quotiens in bella paratus
Exit:& ad Rhodopem currus conſcendit ahenos.
In thorace uirent utroq; a margine frondes
Hinc palmæ/hinc lauri/geminatæ inſignia laudis:
Et pictum auratis ſignum gentile figuris
Fert umbone quater nigra Iouis alite clauſum.
Hæc ſuper adriacos fieri uiſa omnia fluctus
Acclamante freto/pelagiq; ſonantibus undis:
Quod notat externas gentes & barbara regna
Hoc ductore iugum ſancti ſubitura leonis.
Iamq; aurora polis magnum torquentibus axem
Attollens geminos lædæ duo pignora fratres
Cœperat aſcenſu ſtellas abſcondere primo/
Cum noua diſcuſſo princeps oracula ſomno
It meditans/& uiſa animo ſimulachra reuoluens.
Conciliũq; uocat redeunt in ſacra togati
Tecta patres/ubi de rebus cenſura gerendis.
Atq; iterum prono ducens ſuſpiria uultu
Incipit & fando barbam mouet ore cadentem
Cogimur euentus capto ſperare ſecundos
Conſilio patres/noſtris cum numina uotis
Mota ferant fauſtum augurium:ſtudeantq; labantes
Oſtentis firmare animos:& ad arma parare.
Vos æterni ignes uos conſcia ſidera rerum/
Vos ſuperi/ueſtramq; fidem teſtamur olympi
Numina ſancta/quibus diuũ eſt hominũq; poteſtas/
Me neq; mentiri/neq; captum erroribus ullis
Vana loqui/caput hoc potius ſtygis obruat unda/
Quam fraudare auſim te ſacroſancte ſenatus
Næc tua maieſtas primis mihi ſemper ab annis
Culta poteſt modo cum ſeneo illudenda uideri.
Sit mihi fas non fruſtra hodie cœleſtia fari/
Et uobis audire precor. Sub nocte ſilenti
Cum medios iam exceſſiſſet nox humida curſus/
Vidimus aſtantes diuos/& certa ferentes
Præ ſe ſigna pios manes. deus ora uideri
Fecit & agnoſci. Sua quiſq; inſcripta ferebant

Nomina pectoribus latis cum murice & auro.
Hauſimus auribus his magnorum oracula diuum
Longini ac Marci:biliquorem agnouimus haſtam
Sanguineis ſparſam maculis/& cæde rubentem
Purpurea. Vidi iuuenem radiantibus armis
Q uem diui legere ducem:quæ barbara contra
Arma uocant:tantoſq; iubent euoluere caſus.
Hunc autem domito quem mox uictoria gallo
Certa manet/referant:uerum prius utile fari
Q uo pacto res eximias & grandia facta
Temporis antiqui/cum terræ animantibus aſtra
Non infeſta forent mundusq; erat integer æui:
Egerit incóſtans fortuna/deuſq;/uirúq;
Semper in aduerſis maior uigilantia rebus.
Nouimus æternum romani nominis hoſtem
Hannibalem bello magna illa atq; inclyta facta
In primis molitum annis/ineunte iuuenta.
Fœmineos inter calathos & penſa latebat
Pelides imberbis adhuc/cum tractus ad arma
Troianas concuſſit opes.& in Hectore uicto
Troiugenas omnes extrema in fata redegit.
Cum primum libyco ſudans in puluere regna
Punica ſubuertit/primæ lanuginis annos
Vix ingreſſus erat/nulliſq; exercitus armis
Scipio.& Alcides monſtra illa ímania cœpit
Cóterere in cunis.non expectata ſenectus:
Non fortes teſtata uiros barba horrida mento/
Non multo bellandi uſu longiſq; periclis
Ars quæſita. Duci ſatis eſt cum cœpta ſecúdant
Numina fortunare hominum dignata laborem/
Ingenium acre/potens animus/patienſq; laboꝝ
Corpus:Alexander cum bello inuaderet orbem
Pubeſcebat adhuc. Iuuenis ciuilia primum
Bella gerens Auguſtus erat. Q uid plura?fatendum
A ſuperis opus omne geri. Sunt numina fatum.
Numina ſunt fortuna:nihil ſine Numine fauſtum.
Omnia cœleſtes ſuperi terrena gubernant
Imperia.& nobis animæ dominantur olympi.
Regnant/quos regnare uolunt.prudentia rerum
Vana gerendarum ſine numine.uincitur armis

Conſilio Priamus melior.ruit ardua Troia.
Pyrrhus achilleides uincit puer.Omnia cœlum
Datq; adimitq;:nihil cœlo aduerſante labores
Profuerint:cœlo nihil eſt autore timendum.
Corda humana mouent Diui.labuntur in ipſos
Mortales hominum ſenſus.Nos numine moti
Credimus a nobis operum primordia naſci:
Non ſecus ac biiugo quotiens temone iugales
Plauſtra uehunt/uerſum ire rati ſe autoribus axem
Automedonta putant opus ad plauſtrale miniſtrum.
Quid q; honor ſtimulat iuuenum creſcentia corda:
Ad decus aſpirant uictoria ſanguine longe
Dulcior.aſpernantur opes.uitamq; paciſci
Eximiũ pro laude putant.Sed auara ſenectus
Inſeruire ſolet lucris præponere honeſto
Vtile concutere autores:differre paratis:
Quærere contandi cauſas/& uendere tempus
Hoſtibus:ac uaria mercedem emungere fraude.
Scitis/& exemplis nihil hic opus itala uobis
Arma ducum uicio quot uaframenta tulerunt.
Sed quid nos q̃d dii hortantur/quod Numina mãdãt
Fruſtra imprudentes ſtudio ſuademus inani?
Accipite diuorum animos.Contermina noſtris
Finibus:& bellis urbs opportuna gerendis
Mantua Franciſcum ſcitis q̃ta indole/quanto
Protulerit iuuenem ingenio/quo robore in arma/
Quam ualido in caſus animo ſeſe ingerat omnes.
Scitis:& audite iam noſtra per oppida laudes
Vndiq; in hos etiam toto admirante ſenatu
Peruenere lares.uolat ora per omnia fama
Iam uetus armigerum iuuenem belloq; ſuperbum
Iam claros anteire atauos/ac ſurgere in horas
Altius:& ueteres animis æquare latinos/
Qui Romam rerum dominam fecere triumphis
Hunc ſuperi quorum omnipotẽs pater iſta gubernat
Regnã miniſteriis(nec me nocturna fefellit
Viſio:cernere ad huc uideor uultũq; habitũq;)
Hunc fecere ducem.Iuuenem radiantibus armis
Vidi:& minciadum manifeſta inſignia patrum
Agnoui:nec erant obſcuro languida ſomno

Lumina:ſed uigili bella incūbentia ſenſu
Voluebā recubans:aīo indagante putabam
Rem populi/cōmune bonum/patriæq; ſalutem
Cum ſubito expulſis diui effulſere tenebris.
Nec minimum ꝗ corda in nos procliuia ſemper
Geſſerit a teneris:ꝗ aui incrementa dederunt
Imperiis tanta his noſtris meminiſſe neceſſe eſt/
Quo duce ꝑclaram Troiani Antenoris urbem/
Quo duce Veronam/ſenonum Breniq; laborem
Egregium noſtri quondam domuere parentes.
Hic fuit/annales ſi euoluere temporis eius
Non piget/eiuſdem ſatus alto e ſanguine gentis
Quintus ab hoc/cui nomen idem/ſi ſtema recordor.
Hic patriam grauibus bellis longiq; tumultus
Mole laborantem furiiſq; inſubribus actam
Ad famis extremum interitum defendit.& hoſtem
Anguigerum ſubmouit agro:ſpoliiſq; reuertens
Rettulit in melius confractam hoſtilibus urbem
Quare agite o patres quoꝝ prudentia regno
Inuigilat/ſi qua eſt melior ſententia uobis
Quam ſuperis/ferte in medium:& ſuccurrite rebus.
Fecerat orandi finem/cum mentibus omnes
Illabi ſenſere Deum:& ꝑcordia miris
Demulcere modis.dulciq; in pectora lapſu
Delinire animos:ac blando impellere motu.
Curarum iam mole graui mens libera tandem
Nubibus exultat lætis:atq; ora ſerenat.
Non aliter q̄ poſt nimbos & nubila cœlum
Sol nouus/& ſudo lux defecata recenti.
Iri in uota iubent.Iuuenēq; in corda receptum
Oſtendere ducem miſſæ in ſuffragia dextræ.
Nec mora.delecti primoꝝ ex ordine patrum
Qui mandata ferant.Priuata negocia iuſſi
Ponere/& ante diem cū primū illuxerit albo
Mane oriens aurora polo/mare uoluere remis:
Atq; per euganeos patauiq; uirentia rura
Maturare uiam:& Mantoam accedere ad urbem.
Iamq; propinquabant/cum dux ſtipante caterua
Bellatoꝝ equitum magno agmine quadrupedantum.
Conſcius aduentus ſeſe Franciſcus agebat

Thraicio ſublimis equo/cinctuſq; repando
Enſe latus/pharetra & iaculis armatus & arcu
Biſtonio:quaſi in pugnam uolat incola ponti
Sarmata/amazonio uel thrax bellator amictu.
Poſt p̄miſſa datis fandi præludia dextris
Conuerſi lento redeunt in mœnia greſſu.
Vt ueneti uidere uadis obeuntibus urbem
Turrigeram/& longe ductos ſuper æquora pontes/
Xerſis opus uidiſſe putant:cum ſtrimona pontus
Subtergreſſus Aton rapuit:cinctūq; marinis
Fluctibus æmoniis late ſubmouit ab aruis.
Iamq; illata foro candenti e marmore templa
Turba ſubintrabat cultum exhibitura tonanti/
Cum cœlum ingreſſæ concordia fœdera uoces
Caſtrorum de more ſonant:ferit æthera clangor.
Et Marcum clamore uocant.It bellica longe
Teſſera læticiam rapiens in ſidera Turco.
Iam ſextam producta dies conſcenderat horam/
Poſcebatq; dapes/ineunt ſublimia tecta/
Attalicis ubi culta opibus domus alta ſuperbit.
Textis in aulæis circūpendentibus autor
Vrbis:ut Ionio ueniens Tyrrhenus ab orbe
Vela dabat fato profugus.Thebanaq; Manto
Cum Cadmi de ſtirpe uiris:fata ſanguine uatis
Tyreſiæ Manto ſortes edocta Deorum.
Nam poſt Thebaꝝ excidium & bella aſpera fratrum
Tam diris certata odiis/maris Helleſponti
Aequore tranſmiſſo lydas peruenit ad urbes:
Et poſt fraternas ſortes ubi contigit oris
Tyrrhenum patriis actum noua quærere regna/
Addiderat ſeſe comitem:& p̄ſaga futuri
Littora etruſcoꝝ lydis regnanda canebat
Vt fata Tyrrheni ſoboles de ſemine montes
Tranſierit cum matre altos/urbemq; Bianor
In ueneto metatus agro conſederit aruis/
Quæ patre Benaco genitus circūfluit amne
Mintius ingenti.Cygnos habet unda natantes:
Et uolucrum gen9 omne.Aquilæ circū humida prata
Bella mouent fulicis:pecudes ouiūq; magiſtri
Circū ſtagna ſedent:& Phillida cantat Amyntas.

Florida cum nymphis & Apolline permeat arua
Ac ſua poſt aliquot rurſum miratur ariſtas
Regna antiqua Maro:priſcamq; examinat urbem
Gonzaga ſub gente bonis maioribus auctam.
Hic uites arbuſta ferunt:incuruus arator
Scindit humum.canit aerea frondator ab ulmo.
Nauigat incumbens remis urbana iuuentus:
Et cymbis ſua rura petunt: epulantur in undis,
Atq; inter fluctus molli exhilarantur hiacho
Fronde ſub herculea.uelis gradiuntur & aura
Preſſæ onere ingenti ſpacioſa per æquora puppes,
Cærula piſcator ſulcat uada:uerberat undam,
Neptuniq; greges feriens in retia cogit.
Poſtq̃ textilibus formis intexta uetuſtas
Lecta ſatis,curuo in digitos aqua funditur auro:
Diſcũbuntq; alacres:ac flore ſedilia & oſtro
Strata premunt.fumant lautis conuiuia menſis.
Vt ſedata fames,& iners ac ſegne palatum
Non unæ fecere dapes,data copia fandi
Liberius:dimiſſi epulas adiere miniſtri
Tum ſenio ac mentis orator & arte loquendi
Primus ait. Noſtras olim peruenit ad aures
Idq; tuo ritu ſignata numiſmata Princeps
Significant.hac urbe nouæ monumenta ſalutis
Eſſe ſita effuſum Chriſto patiente cruorem.
Id,niſi relligio ueterum deluſa fefellit
Vos quoq; Tyreſiæ ciues antiqua propago,
Præclarũ ac ſublime decus, quodq; omnia uincat
Ornamenta:datum nihil eſt mortalibus unq̃
Nobilius:nihil in toto diuinius orbe.
Tu princeps qui magno animo facta ardua ſemper
Voluis,& hanc nedum patriam decorare,ſed omnem
Italiam uirtute paras & grandibus actis,
Id debes cura ingenti cultuq; ſuperbo
Excolere:& late populos uulgare per omnes.
Nam domus eſt urbs iſta dei:ſanctũq; cruoris
Hoſpitium ſacri:cui nec ſatis eſſet olympus
Ipſe,decemgemino qui ſidera ſuſtinet axe.
Sic ſenior:reſponſa dedit cui talia Princeps.
Sancte Pater q̃q̃ teneris ea ſemper ab annis

Audierim/& noſtros pietas antiqua parentes
Mouerit hæc/ignota tamen primordia nobis
Tanti operis. Nos bella magis miramur & arma:
Hæc curare ſenum/pugnare ac uincere noſtrum
Sunt tamen annales ueterum qui ſcire dieꝝ
Actaq; præteriti ualeant euoluere ſæcli.
Hæc referens rerum hiſtorias ac tempora doctum
Aduocat Antimachum proceres quem aſtare uidebat
Inter honoratos: tantiq; exordia caſus
Enarrare iubet: famæq; oſtendere cauſam
Ille ut erat grandi eloquio/& ſermone canoro/
Murmura uoce tulit/fandoq; ſilentia fecit:
Atq; ait: hæc ueterum non eſt antiqua Deorum
Vana ſuperſtitio/ſedet hæc altiſſima ſupra
Fundamenta fides nullis abolenda diebus/
Sed firmanda magis: non eſt deluſa parentum
Relligio/ Deus hæc nobis Deus omnia fecit.
At neq; ut ex noſtris quidam ſenſere proteruo
Ingenio/cruor icta odiis flagrantibus olim
Cum furerent animi ardentes/ab imagine fluxit.
Nam Deus infernis quando remeauit ab antris
Sanguinis accipiens quantum immortalia membra
Poſcere uiſa ſuæ necis hæc monumenta reliquit:
Quæ quibus huc allata modis quo tempore: longum
Enarrare: tamen paucis ueſtigia rerum
Sūma ſequar. ueteri res eſt notiſſima fama
Eſſe inter campos Cilicum & panphylica regna
Iſauri ſita rura ſoli ſuper ardua tauri
Culmina: rhyphæis boreas ubi ſibilat auris.
Longino dedit illa genus terra aſpera duris
Cotibus: ad fruges ora imanſueta ferendas:
Sed fœcunda uirum ualidoq; ac bella gerentum.
Ipſe ſub Auguſto prius & ſub cæſare demum
Succeſſore merens a primo nomina pilo
Sumpſerat. Ipſi aquilas primæ ſeruare cohortis
Cura. quatercentum ſocios prima arma ferentes
Ducere & in bellis primus certare ſolebat.
Emeritum atq; oculis iam calligantibus orbum
Cæſar ut aſſyriis eſſet cuſtodia regnis
Miſerat. hic comites ad Chriſti funera centum

Duxit iens armatus equo:piluꝗ miniſtro
Apponente ſenex Chriſti latus impulit haſta.
Protinus allabi per longum haſtile cruorem
Senſit/& humentem reuocans ad lumina dextram
Lucem oculis animoꝗ hauſit:Chriſtūꝗ tuendo
Sacrilegum cognouit opus/totoꝗ recepit
Corde deū lachrymans.tum ſanguine tinctus & unda
Diluit omne ſcelus/longæꝗ piacula uitæ.
Confeſſuſꝗ deum liquidos in ahena liquores
Vaſcula congeſſit:quæ poſt regna omnia circum
Longo errore ferens tandem obtrūcandus ad urbem
Cæſaream dedit Andreæ/qui regna colebat
Cappadocum noua ſacra docens.compertaꝗ longo
Tempore poſt tulit ad noſtros fortuna penates/
Longinūꝗ ſimul:quiſquis fuit illius autor
Sancti operis/nec enim ſciri ſinit alta uetuſtas/
Atꝗ igni conſumpta ipſis cum annalibus olim
Sacra domus/coniuncta loco contexit eodem.
Poſt ubi cœlitibus uiſum/per ſomnia ſancto
Crebra ſeni monſtrata cauo traxere ſepulchro
Paſtor & aſſiſtens populus cum patribus urbis.
Fama recens omnes italos & barbara regna
Compulit hic.Venere hunni/uenere ſicambri/
Et procul extremo poſiti ſub ſole britanni.
Finis erat dictis cum mox conclauia princeps
Ad ſecreta uocans uenetos in fœdera iurat
Militiæ curamꝗ armoꝝ amplectitur omnem.
Extemplo admoniti patres ardentius arma
Iam ſuſcepta parant:multos conflata per annos
Argenti atꝗ auri moles per compita in omnem
Vſum martis abit:grandiꝗ exercitus ære
Cogitur:ac magno properant in bella tumultu
Vndiꝗ pugnæ auidæ gentes.quæ rura timaui
Quæ montana colunt uenetum prope norica pōtum.
Ex iſtris iuliꝗ foro mauortia pubes
Flexilibus gladiis onerata ueruꝗ bicorni/
Vincentina ruit bello genus acre iuuentus.
Sic Pataui/ſic Tiruiſii:ſic incola feltri
Frenatis gradiunt equis:leuis ungula terram
Verberat alterno glomerans ueſtigia greſſu:

Et præfixa tremunt longis haſtilibus æra.
Sic quos p̄cipitem genuit prope fluminis undam
Syluoſis Verona iugis: qui ſaxa ſonanti
Benaco prætenta tenent: quos Brixia frugum
Læta parens alit in niuibus. Quos Lolius ingens
Euomit in uirides altis ex alpibus agros.
Et qui bergomeis errant in montibus inter
Gens nutrita feras, gelidis in cotibus orta:
Dura ferox, operũq; ſagax, patienſq; laboꝝ.
Tu quoq; quæ in mediis reſides Crema martia cāp
Arma agitas, forteſq; paras armare maniplos
Et uos antiquæ ſtagnata paludibus arua
Priſca domus Regum, & gentis nauale latinæ
Mittitis haſtatas acies in bella Rauennæ
Nec ſatis eſt armare Italos, a montibus exit
Fortior, a rapido melior germania Rheno.
Pars graditur longis armata ſecuribus, armos
Nuda, caput nitido radians & pectora ferro.
Pars tonat, & raucis iacit aerea fulmina bombis.
Non irata maris tenuerunt æquora graios.
Qui Iouis arua tenent liquere Cydonia rura,
Gnoſiaq; & poſitas mediis in fluctibus urbes.
Et lacedæmoniæ celebri regna inclyta fama
Argiuoſq; lares: Ithacamq;: & Neriton altam
Neritio genus unde duci. qui dicitur olim
Egiſſe incertos circũ maria omnia curſus.
Butroti uenere equites: ubi Chaonis ora
Troiano regnata heleno. Scodræq; coloni.
Illiricos mora nulla tenet, mora nulla morauos.
Theſſala nubifero pubes deſcendit ab Othri,
A pindiq; iugis: uetus eſt ubi centauroꝝ
Patria: & inuicti bello uenere Croati
Tam latum imperium Veneto, tam imenſa poteſtas
Complectens terræ ac pelagi longiſſima regna
Omnibus hirſuto facies truculenta galero,
Et mento coma nigra fluens in pectora: crines
Impexi: & læuo introrſum caua Parma lacerto:
Pinnatæq; ſudes in equis, ſtratiotica grai
Agmina, noſtra leues equites cognominat ætas.
Iſta noui noua caſtra ducis peregrina: ſuorum

Ipſe uirum forti longas tegit ære cohortes.
Et cathaphrattoꝝ turmæ crepitantibus armis
Pēnicomas tollunt galeas/ac more latino
Picturata ferunt longis haſtilia roſtris.
Daunia quadrupedum ſoboles animoſa ſuperbos
Se leuat in ſaltus indo boue pectus & armos
Circūtecta. ſonant crebris hinnitibus auræ.
Aurigæ tormenta uehunt. paſſimq; per agros
Plauſtra gemunt. trahitur martis grauis ære ſupellex
Inuentum bombarta nouū/graue mœnibus altis
Excidium lato ore minans. Caua guttura flāma
Irritante ſonans onus euomitura per auras
Id ueteri eiectus regno Vulcanus amaris
Inſtrumentū animis tota ſpirantibus ætna
Follibus excudit: miſſoq; in guttura primum
Sulfure in obſcuras conuoluit marmora fauces.
Mox uocat armigerum martem. ſubit antra uocatus.
Tunc īmane opifex animās opus applicat ignem.
Extemplo horrendum tonitru ciet. atq; molarem
Impactum eiaculans (flāmæ uis tanta furenti)
Oppoſitam montis cautem ferit: Ecce ruinam
Saxa trahunt. tremit attonitis fornacibus ætna.
Contremuere ipſi qui nil pauet/inſcia marti
Pectora. & explorans oculis monſtrū undiq; fabri
Tam mirū ingnipotentis opus laudauit/& artem
Tum Vulcanus habet quibus hæc contraria nobis
Sæcla p̄mas/noſtri dixit monumenta laboris
Ipſi etiam primis obiecti cladibus omnem
Vim expediunt magno inſubres molimine. & icto
Fœdere cum Venetis populos in bella feroces
Sollicitant. Suā Sforciacū uigilantia longis
Conſiliis adiuta Ducem ſuſpendit. & urbe
Territus āmiſſa trepidis annititur armis.
At Veneti firmare hominem/populoſq; labantes
Ne gallis parere uelint/animare/ueteuſq;
Inſubrum imperium ſeruare & ſegne ueternum
Ex lentis italorum animis abſoluere certant.
Patruus armorum ſtudioſus/& integer æui
Franciſco Rodulfus erat lodouicia proles:
Huius in auſoniis uirtus exercita bellis

TROPHAEVM PRO GALLIS EXPVL.

Cum furor inuaſit calaber tyrrhenica primum
Oppida/mox Venetos Alfonſo autore penates/
Enituit/ſuperum cultu uir clarus & armis
Ipſum igitur fidei ingenio prudentiæ & arti
Fiſus in hoc tanto grauium molimine rerum
Aſciuit quo martis opus regat omne magiſtro
Hoc pacem/hoc pugnas/hoc iudice temperat arma.
Carolus interea regnis cuſtode relicto
Galloꝝ rex caſtra mouens tranſiuerat arnũ/
Cũ ſubito audita eſt exciti fama tumultus/
Quæ canit armari Venetos/& milite multo
Omnia compleri: paſſimq; eferuere toto
Arma Pado:& martem magno ſe attollere motu/
Aequoris in morem quotiens aquilone per undas
Debacchante fretum iraſci/fluctuſq; leuari
Cœpit:& auditus longe fragor inſonat altis
Montibus/& ſpũmante ſalo maria ima dehiſcunt.
Continuo ancipiti Regem cura anxia caſu
Perculit:ut ſubito deprehenſos turbine nautas.
Et mœrore graui pallentia nubilat ora
Vulnus in alta animæ triſtis penetralia adactum.
Non ſecus ac quando zephyris ceſſantibus auſter
Humidus inſurgens Phœbi iubar ante ſerenum
Polluit/& raptum ex oculis pice claudit olympum.
Fluctuat in curaꝝ undis/ut in æquore puppes/
Ore diu ſecum tacitus/neq; tollit in altum
Lumina fixus humi faciem. Formidine tandem
Liber ad aſtantes oculis melioribus ora
Eleuat.& quo nos ait hæc Iacobe Triuultis
Quo fortuna feret/quæ tali ad littora uento?
Ciuis hic inſubrum patria procul egerát urbe
Suſpitio genere atq; opibus belloq; potentem.
Propterea ſperans ſua ſic in regna reuerti
Venerat ad gallos:& ſtrenuus ibat in arma.
Regia dicta ſagax ſimul auribus audit/& acri
Ruminat ingenio:& confeſtim his orſibus infit.
Galloꝝ Rex magne iſtis ne cæde periclis.
Grandibus inceptis aderit deus.aſpice quanto
Robore militiæ latis tentoria campis
Explicet effuſus per rura per oppida miles.

Volue tuas animo uires/& concipe quantum
Hic aſtare uides procerum.tua gallica uirtus
Nec uinci conſueta metu neq; fortibus armis/
His congeſta locis.hic duro corpore Vaſco/
Hic ualida cũ pube Brito.te boia iuuentus/
Te aluerni/te marte potens Narbona fideli
Circũequitant animo/tecum omnis celtica magno
Agmine uis.tibi pugnaces gens aſpera belgæ.
Ibimus in caſus tecum feliciter omnes/
Ne dubita/neue hos tantos horreſce paratus.
In Venetos eat iſte timor cõmertia tantum
Rimari ſolitos/& auaro incumbere lucro
Arma decent proceres/magnoq; audacia regum eſt.
Nil tamen eſt temere audendum.fortuna ſupremo
Attentanda loco/cum circũuenta periclis
Spes labat extremis nec habet prudentia clauum
At prius utendum ingeniis:longoq; putandum
Conſilio:mox ut rebus data forma gerendis/
Enſe/haſta ualide audendũ eſt. a fine petendus
Ordo operis.Nec enim qui fortibus incohat auſis
Semper uincit.habẽt multos quos ſcandere oportet
Bella gradus. ſummum ipſa tenens uictoria palmam
Porrigit:in caſus uis eſt ſeruanda ſupremos/
Nec ſtrepitu fundenda uno.Sat fortiter egit
Qui uictor tandem euaſit:uictoria rerum
Surgit ab euentu : non prima ſed ultima uirtus
Præmia fert.Primo ingreſſu ſi læta coronam
Spondet/in extremũ difert fortuna laborem
Nunc igitur Rex magne uias metemur:& omne
Exploremus iter:nec erit me iudice tutum
Flaminiæ penetrare alpes:& tendere ad ipſas
Primitiis olim læſas conflictibus urbes:
Eſt potior lunenſis ager freta magna ſecundum
Qua ueniſtis.apex multo minus aſper: & una
Exitus & dorſis & uallibus Apenini
Luce patet/parmenſis agri ſub collibus ora
Aequior/& glebis fœcunda feracibus arua.
Scis gallis populoq; animos/ſcis mobile uulgus
Aſſentire itali imperii iuga dura peroſum.
Nunc igitur Rex magne operi (mora nulla) ſupmo

Accingamus.erit breuis hic labor ultima rerum
Meta gerendarum:nostra eſt campania:noſtrum
Parthenopeorum ſiculis a finibus omne
Imperium Regum:quæ pars non ultima regni
Trinacriæ.noſtri calabri:noſtra appula campis
Frugiferis tellus.& quæ contraria Romæ
Brutia progenies pœni iuga malluit olim.
Sena tibi eſt addicta:tuo Florentia ſeſe
Temperat arbitrio:ſenonum tibi militat omne
Picentūq; ſolum,te regna eſtenſia ſolum
Ore animiſq; ferunt:quid iam niſi Gallia reſtat?
Quicquid habēt Veneti quicqd ſub principe Mauro
Gallica ſunt.rapuere Itali :nomenq; dedere
Italiæ gallorum agris.Nam gallia quondam
Latior adriaci tangebat littora ponti
Ipſæ urbes gallorum opus eſt.primaria galli
Mœnia Sfortiadum genus unde Triuultibus,inter
Fundauere duos amnes:& ab amnibus Vrbi
Conditæ & a mediis fecere uocabula campis
Nunc quoq; uiua.lacus magnis ubi fluctibus errat
Larius extructis ſtatuerunt mœnibus urbem,
Et Comum dixere nouū.poſuere penates
Bergomeos.habet autores & Brixia gallos:
Et Verona ferax frugum Vincentia bello
Strenua ab antiquis traxit primordia gallis.
Nunc quoq; gallorum mores habitumq; uidentur
Affectare animis ad te uenientibus ultro
Talibus orabat p̄ſtans linguaq;,manuq;
Ductor in euentum pergens interritus omnem.
Conſiliis hæſere omnes. Tum caſtra moueri
Cœpta loco uerſum Lygures ſarzanica ad arua,
Per lucenſe ſolum,cum ſero apparuit urbis
Nuncius acceptæ tandem:nāq; exitus inter
Hoſtiles populos ægre datus.inuia longe
Per iuga,per ſaxa imenſis adeunda periclis,
Indicto iam marte palam,iam milite in omnes
Se effundente uias,& ihardeſcente tumultu.
Vt perlecta nouos patefecit epiſtola caſus,
Regia corda ingens pulſat pauor.Ire rogamur
Inquit,& ire negant Veneti.nouus omnia ductor

Occupat. Hæc aliquid pariet graue Mantua nobis.
Hic nouus elatis animis & robore tanto
Corporis ut fama eſt ſoliti tolerare laborum
Omne genus ductor, tali modo milite, tanto
Imperio Venetorum auctus non ſegnibus armis
Militat. hæc aliquid pariet graue Mantua gallis.
Omnia ſint hæc uana precor, præſaga maloꝝ
Mens aliquid (diui auertant) horreſcit acerbum
Sic ait: & ſolitus quocūq; libebat apertis
Ire uiis, furit indignans iter abiice clauſum.
Non aliter q̄ cum niueis de montibus humor
Liquitur hybernis, ſi facta repagula forſan
Inueniat, ſpūmans tumido grauis alueus æſtu,
Perſtrepit, ac magno obiectam p̄mit agmine molem.
Et iam fera dies fugiens cum ſole ſub undas
Iuerat, humentiq; polum nox clauſerat umbra,
Cum Rex caſtra iubens Petræ prope mœnia ſanctæ
Siſtere, libata tenui dape feſſa cubili
Membra dat, & ſomno recubans īmergitur alto.
Continuo triſtem uariis noua ſomnia formis
Sollicitant animum. Claro Dionyſius ore
Viſus adeſſe choro diuum comitatus: & alta
Voce ſonans regem affari, uultuq; ſeuero
Obiurgare. Quid has memorans te tantus ad oras
Error agit? neſcis primordia quanta malorum
Sparſeris. Italiam qua peſte infeceris omnem.
Non fuit aduentus autor deus. omine falſo
Duceris. & uatum præſagia uana tuorum
Impoſuere tibi. Non es qui ſancta ſepulchri
Limina reſtituat. ſyriam qui liberet omnem
Carolus excelſo galloꝝ a ſanguine ſurgens
Ille alias in bella manus, ille altera magno
Pectore corda feret. Non eſt illa inclyta bella
Attentare tuum, q̄q̄ Florentia tecum
Luſa tuas olim nugis permulſerit aures.
In tua regna redi. Nec te timor ire per altos
Impulerit montes lygurum. ſed limite recto
Carpe uiam. tranſire dabunt non uincere fata.
Rurſus ad inſubres reuocanda Nouaria luctum
Eſt paſſura grauem. tuus hic labor irritus ipſo

Non dignante deo/non aſpirantibus aſtris.
Rurſus Aragonii repetent ſebetica regna.
Te tuus expectat Rhodanus.tua ſequana magno
Te uocat applauſu calabros uiſura triumphos.
Vade ergo auſonias nunq̄ rediturus ad urbes.
I patrio te abſconde ſolo. Nec plura loquutus
Liquit in imenſa regem anxietate ſepultum.
Extemplo euigilans animoq; ea ſomnia uoluens
Soluitur in lachrymas:& amaro inceſſitur æſtu
Curaꝝ; ſimulachra animo importuna mouentum.
Atq; ait:o diui indigetes/o numina ſanctos
Quæ regitis cœloꝝ orbes/quoꝝ omnia plena/
Non ego centimanum dira impietate gigantum
In uos ire paro.pietas tua maxime diuum
Poſtq̄ nota fides/gallis non excidit unq̄
Regibus aut populis.nec uos ægre arma putabam
Ferre:quibus dudum inuaſi quæ debita fama eſt
Regna mihi. Poſtq̄ auſoniæ regnare per arua
Non ſinitis/regno abſtineo.tua ſancta faceſſo
Iuſſa pater:liceat nobis in regna reuerti
Gallica:uos diuinæ animæ quæ uoluitis aſtra/
Tu in primis Dionyſi alto qui uiuis olympo
Maxime Galloꝝ cuſtos/franconia caſtra
Et caput hoc ſeruate.genus ne auertite noſtrum.
Q d' fuerim uatum ſero intellecta ſequutus
Somnia/relligio fecit ſimulata canentum
Me poſci a uobis:nos allegata fefellit
Veſtra fides.ferte autori ſua præmia falſo.
Dixit & affigi ſentit ſibi corda repente
Mitius.in patrias uaga mens extenditur oras.
Mœnia nota uidet:quibus oblectare ſolebat
Ludiuagos ſenſus leuis atq; recentior ætas.
Occidit ambitio.& dominandi inſana libido
Labitur ex animo.ſubeunt riſuſq;/ſaleſq;/
Ludicraq;.& rebus magnis inimica uoluptas.
Iam uenatur apros/leuibus iam retia ceruis
Tendit:& aucupium ſtudio inſectatur inani.
Et iam prætериens candentibus inclyta ſaxis
Littora Sarzanæ/ſubmerſaq; mœnia lunæ
Ac Veneris portus/ſaliens ubi frangitur æquor/

Venerat ad Vicum: Tremulo cui nomina ponti.
Hic ubi protendunt rigidi ueſtigia montes
Ad uada torrentis Macræ confinia tuſcis
Vltima: per duros ſilices per magna uolutum
Marmora flumen abit reſonans in uallibus imis
Impete præcipiti. Vicūq; interſecat unda.
Ex trabibus quondam tremulis conſtrauerat amnem
Ponte rudi primæua ætas. hinc nomina primum
Facta loco. melior fortuna ſequentibus annis
Fraxineas cum ponte trabes ſubmouit & arcus
Marmoreos iniecit aquis: & pontibus arcem
Impoſuit ſtructis. labentia tempora magnas
Adiunxere domos. populoq; habitata frequent]
Porrigit in tractus regio duo brachia longos
Emporium tuſco ac lyguri cōmune ferendis
Mercibus Emiliæ in campos Venetaſq; per urbes.
Hic niſi tuſca quies & Petræ inſomnia ſanctæ
Obſtiterint creſcente metu per inhoſpita ſaxa
In lygures uertiſſet iter. non fidere diuis
Viſum grande nefas. iubet ergo aſcendere lentis
Greſſibus aeream rupem longiſſima caſtra:
Atq; peti Parmenſe ſolum fataliaq; arua.
Et iam præſidiis iuga ſūma tenentibus ipſe
Incipit excelſum multa inter millia montem
Scandere ſubſidio ingenti poſt terga relicto.
Cuiq; ſuus madido dependet cantarus armo:
Et peris inſerta ceres. umbrata galeris
Grandibus ora. dies orto iam ſole per arma
Flagrat: & apparent uibratis agmina flāmis
Ordine producto rupes lucere per altas.
Scandit anhellanti miles latera ardua fauce
Suſpiciens celſos apices, erectaq; cœlo
Culmina uerticibus niuei Iouis æmula magnis.
Agmine in extremo liquidi gens dura Lemani
Diſcedens ſcelus auſa ingens facinuſq; nefandum.
Nam poſt ſtuprataſq; nurus ſpoliataq; templa
Poſt longam poſt crudelem cædem atq; rapinam
Succendere domos igni abſūpſere penates.
Tam crudum tam imite genus tam imania corda.
Non impune tamen. namq; ut ſæuire cruentos

Videre indigenæ: nec finem imponere cædi:
Confluxere omnes ſumptis concorditer armis:
Et certamen atrox multo cum ſanguine ſurgit.
Ipſæ etiam ueniunt in bella uiriſq; miniſtrant
Tela nurus: gens dura manus cũ milite duro
Conſerit intrepidas. ut cum certamina tauri
Spumantes paribuſq; animis ac uiribus æquis
Sæua ineunt: preſſoq; uolant in uulnera cornu.
Arma ſimul uoceſq; ſonant. colliditur enſe
Enſis, & haſtæ haſtis. tectorum a culmine ſũmo
Saxa pluunt, & miſſilium tonat aſpera grando.
Vt ſtragem uidere hoſtes, tantũq; ſuorum
Interitum, ſpoliis tandem fugere relictis.
In ferrum dum quiſq; ruit, uitæq; ſuo℞
Quam teſtis magis intendit: nec flumine flãma
Vincitur, accenſi conflagrauere penates.
Viſus ab æquoribus nautis mirantibus atras
Ferre globus nebulas, mixtoq; incendia fumo
Tollere ſe in cœlum: & tenues uaneſcere in auras.
Iamq; propinquabant rapido prima agmina Tarro,
Cum uidere procul latis tentoria campis,
Atq; hoſtes late effuſos. tremit oſſa iuuentus.
Mars p̃ſens horrorem animis ĩmittit, & alte
Sollicitant pauidas uicina pericula mentes,
Fata reformidant animæ, terrentur acerbis
Caſibus: in caſu quia fatum apparet acerbo.
Siſtere caſtra duces defeſſaq; corpora mandant
Curari. poſitoq; aditus cuſtode teneri.
Tarrus ab anguſtis lygurum conuallibus hauſto
Fonte ferens amnes multos ſinuatur in anguem:
Et montana rigans longo ueſtigia curſu
Se rapit in uirides campos ubi proxima Parmæ
Ex humili Carrona iugo conſiderat arua,
Arua foro ſubiecta nouo, uicina Nuceto.
Et per ſaxa ſonans duro latiſſimus alueo
Errabunda Padi grauidam uada uoluit in aluum.
Ipſe tori ſub colle noui qua faucibus amplis
Euomitur clamans multis ſaxoſus & aſper
Gurgitibus magno hinc montes hinc margine cãpos
Submouet: & fruticum raro maculoſus amictu

Vmbrat aquas æſtu in foueis abeunte relictas.
Exitus hic gallis ex alpibus Apœnini.
Hic galli ut fama eſt/quando indefenſa fuiſſet
Et cuſtode uacans antiqua colonia Romæ
Parma/reſediſſent bello uel fraude ſubactam
Inuaſuri urbem. Sed capta Nouaria pactum
Ante diem capienda ſimul (fortuna negauit
Auxilium) diſſoluit opus. ſi fauſta fuiſſent
Conſilia/& certo textæ ſimul ordine fraudes/
Tota ſimul ducis Anguigeri regna ampla ruiſſent.
Sic igitur regis cœlo aduerſante labarunt
Magna exorſa. fugam inuento modo cogitat hoſte
Qui uacuam capturus erat cuſtodibus urbem.
Recta incepta/ſed euentu damnata ſiniſtro.
Numina tanta ualent: tantum dominatur olympus
Imperiis rebuſq; hominũ. ſors inuida tanti
Hanc nouus ob cauſam magnis obiecta periclis
Caſtra mouens ductor Veuetum fortiſſimus omnes
Mature inuecto compleuerat agmine campos.
Et ſimul anguigerorum acies ducente Roberti
Progenie iam franciſco/qui ſemper ab annis
Militiam teneris ſũmo ſplendore ſequutus
Iam decus æquabat factis belloq; paternum.
Mox igitur uigilans animis Gonzagius heros
Inſediſſe ſciens uicino in uertice gallos/
Namq; locos prius ipſe oculis luſtrauerat omnes
Montanos adiens apices atq; inuia ſaxa/
Elleuat ingentes animos interritus/ardet
Ignea uis animi inuicti. iam prouocat hoſtem/
Impatienſq; moræ tuto locat ordine caſtra
Bella ciens oculis & fronte acerrimus alta/
Vt leo flagranti quotiens incãduit ira
Inter mille feras prædam dum cogitat: ergo
Inſidias miſſis exploratoribus omnes
Diſcutit: & galloꝝ aſtu molimina magno.
Nox erat: & ſtellis ardens lucentibus æther
Ibat: & a nigro piſces oriente leuati
Se uertente polo ſolemq; ſequentibus aſtris
Lumina ſopierant dulci mortalia ſomno.
Cum doctus linguam & mores compendia notæ

Per ſecreta uiæ ſubit explorator in altum
Culmen onus uectans humeris falcẽq; ſecandis
Graminibus. Vigileſq; alacri ſermone ſalutans
Præterit ante ipſos ignes: ubi lucida phagis
Ardebat pyra congeſtis: & caſtra ſubintrat
Tutior: abſcondunt onus & fiducia fraudem
Excubiæ ſecuræ hominis labentia tarde
Tempora ſub diuo ludis & carmine fallunt.
Dum loca perluſtrans oculis atq; auribus infert
Se tacitum/ aduertit clauſis tentoria flãmis
Regia lucere/ & uariaꝝ murmura uocum
Diſceptantum intus clauſis a limine ualuis.
Accedit leuibus plantis/ & regia iuſta
Tecta cubat ſomnũ ſimulans: ac tempora fulcit
Graminibus poſitis: murmurq; attentius audit
Vox erat. O ſemper mendax fortuna: labanſq;
Spes hominum. Qui trinacriæ paulo ante tenebam
Omnia regna fretum citra/ qui contra putabam
Oppida Sfortiadum paucis ſubigenda diebus/
Nunc regno miſer ãmiſſo/ ſpe funditus omni
Hauſtus eo ſuperis odium/ mortalibus autem
Fabula/ ridiculum Venetis/ infamia gallis
Ducor ut in caſſes a uenatore canum ui
Pulſus aper. Conſumpta ceres inſiſtere montem
Non ſinit: in campos miles certare paratus
Ire uetant. Ite & reges clamate beatos
Ignari fatoꝝ homines. hæc gaudia regum:
Hoc decus. hi nobis ueniunt poſt bella triumphi.
Sed quid cũ regnis & ſpe quoq; inania uerba
Perdimus. Hic locus eſt ubi nos Iacobe Triuultis
Extremo tentanda loco fortuna uidetur.
Ergo animis ſi quid ſupereſt uirtutis/ & omni
Robore nitendum. cũ craſtina ſole reuerſo
Luxerit orta dies/ taciti clangore ſine ullo
Hoſtibus ignaris/ quando hinc deſcendere cogit
Importuna fames (neu ſit mora) caſtra mouete
Milite diuiſo in turmas/ & ad arma parato.
Si deſcenſum italus dep̃hendet: & audeat hoſtis/
Ac pugnare uelit pugnet: contraria non ſunt
Fata adeo/ quin ſit nobis uia tuta per hoſtes/

Diuorum niſi uana fides:niſi numina fallunt
At ſi inconſulti fuerint/& inermia caſtra
Viſa/repentino inſultu irrūpemus:& altis
Vocibus attonitum ſubito exturbabimus hoſtem.
Forſitan hic aliquid primi fortuna fauoris
Miſerit:eſt etiam ſuperis mutabile pectus.
Nec mala nos ſemper feriunt quæcūq; minantur.
Hoſtibus hic fuſis aperit ſua Parma repente
Mœnia:& inſubres ictu perſundamus uno.
Si ſors læta minus/ſuperis quia credere dignum/
Fidite:nam medios dabitur uia tuta per hoſtes.
His celer auditis per deuia ſaxa repente
Explorator iens ducis ad tentoria noctu
Aſtitit ardentem cū iam uenus aurea uultum
Tolleret/& primos aurora oſtenderet ortus.
Intellecta refert:& rem uafer ordine pandit.
Exilit/utq; erat armatus de limine clamans
Poſcit equos/poſcit comites Gonzagius heros.
Nil contatus adit Venetum tentoria patrum/
Qui bello interſunt/& cū ductore gubernant
Tempora bello℞:reſeratq; arcana/nec ultra
Diſtulit/acciri proceres iubet:atq; coactos
Gallo℞ conſulta docet.mox inſuper addit.
Magnanimi proceres italo℞ ignauia gallos
Italiæ dominos & ferro ac marte potentes
Inuictoſq; facit: nihil eſt in crimine præter
Segniciem:quæ ſi abfuerit conceſſa facultas
Hic hodie decus antiquum reparare/iugūq;
Gallo℞ ſeruile horis euadere paucis.
Quid precor in campis acies componere/multo
Conſilio indulſiſſe iuuat/niſi longa feramur
Poſt conſulta metu confeſtim in bella ſepulto?
Nunc igitur partiri opus eſt onus atq; labores
Ordine caſtrenſi/uicibuſq; oſtendere certis
Quæ belli pars quęq; uocat.ſic fatus ahena
Voce iubet caſtra armari/prædam/atq; rapinas
Aeriſono clangore inhibet.mox rite peractis
Omnibus/& ſolito ſacris de more litatis/
Circuit armatus:cunctoſq; affatur eundo
Vociferans/O Italidæ generoſa iuuentus

Q uoꝝ ataui domuere animis tam fortibus orbem
Tempus adeſt quo quéq; ſuas uireſq; animoſq;
Aedere fas tantoꝝ hodie hic ante ora uirorum.
Hoc laudum cõmune forum.cõmunis honorum
Campus hic/aut ignominiam ſine fine manentem
Aut decus ĩmortale dabit ſua quemq; manet ſors
Siue togã/ſiue arma ferat/nec fata putemus
Euadenda fuga fatalẽ ad colla cathenam
Fers greſſum quocũq; moues quis funera cœlum
Ad tarrenſe ſolũ ſtatuit/ſperare uertantur
Effugiũ:quorũ eſt aliis occũbere terris/
Hic uis nulla poteſt manſura excludere uita:
Fati igitur ſecuri omnes intendite laudi:
Q uod noſtrũ eſt/famãq; ſequens extendite in euum
Et date ſplendorem uobis generiq; futuro.
Nãq; poteſt unius honor ſe accendere tantum
Vt nedũ gentem & patriam/ſed nomine uires
Propagante ſuas etiã ſua ſæcula reddat
Inclyta/tanta ualet formidine libera uirtus
Certe ego quicquid agant alii p̄ponere mortem
Dedecori inſtituo:potior mihi ſanguine ſemper
Gloria/uel ſpirare animã/uel uincere certũ eſt.
Inclyta mors uita eſt:ingloria uita/ſepulchrum.
Talibus accendens italos ad p̄lia ductor
Talibus externos acuens ſermonibus ibat.

LIBER SECVNDVS.

VRBIDVS ET VARIO TI-
tan mutabilis ortu
Exierat lucẽ radiis ſpargentibus ægram
Et lunæ frons læta parũ cõpleuerat orbẽ
Deſcẽſura polo/ſubituraq; doridis undã
Ipſe etiam mars ora rubens crudele minaci
Neſcio quid uultu ſpirans cœlo arduus ibat.
Gallica ſucceſſu belloꝝ elata ſecundo
Et totiens uictrix pubes abitura coruſco
Aere nitet.miles prædaq; oneratus & armis
Accingit pugnæ atq; uiæ.properantibus inſtat
Carolus accendens iras/& corda ſuorum

Si nunq̃ auſonias gentes populoſq; latinos
Experti bello eſſemus/uictoria forſan
Eſſet in ancipiti.nam grandia uoluere uerba
Italidæ ſoliti magnoq; incædere faſtu/
Inflati uetus imperium terraſq; ſubactas
Et maria ac montes ignaua ꝑ ocia iactant.
Re timidi lingua audaces/uultuq; ſupino
Barbariē gallo obiectant/inhonomq; uerba.
Sed nihil iſta uiros inter iactantia fortes
Profuerit.certū eſt olim regnaſſe latinos:
Sic fortuna tulit ſua:ſic labentia cœlo
Fata dabant defecta modo/& ſine uiribus ullis.
Sunt etiam gallis cœlo lucentia ſemper
Sidera:ſunt noſtri indigetes.Nū gallia ſemper
Hactenus auſonias quotiens exarſit in oras/
Auſonios totiens agros ſpoliauit & urbes?
Scitis ut antiquæ noſtri capitolia Romæ
Inuaſere Ataui:Quātas pipinia proles
Carolus his olim ſtrages inflixerit aruis.
Scit Padus:atq; pado Tanarus comes:Abdua lari
Et pater & proles.flumēq; ignobile lambrus
Pauper aquæ & curſus.&tu uada ꝓxima uoluēs.
Setia Ticino.totiſq; inſubria cāpis.
Sed quid priſca loquar memorās aliena?ſequamur
Noſtra.ꝑ etruſcos lygurū ꝑ inhoſpita ſaxa
Per latiū/per cāpanos uictricibus armis
Martē agimus.Regno atq; opibus ſpoliauimus altā
Parthenopen.retinet profugos enaria reges
Inſula ab Anchiſæ ſortita uocabula nato.
Nomine & aſpectu ſolo tremefecimus omnē
Italiam nondū oblitam mala tēporis acti.
Ipſi etiā audito genus inſuperabile Turci
Nomine gallorū/horreſcūt.ſidonia longe
Aequora/& Aſſyriæ gentes franconia ſolū
Arma timent:noſtroq; uocāt de nomine frācos
Chriſtigenas omnes.ueteris fama oblita Romæ.
Gallica in extremos terraꝝ it gloria fines.
Quare agite o galli ſoboles fortiſſima gentis
Chriſtigenum/qui quondā arabes domuiſtis/& omnē
Aſſyriā/grandes animos auollite contra

Hoc genus inſidũ/incõſtãs/ſegne/atq; ſuperbum.
Italiã lingua & ſolo ſermone potentem
Nos uerborũ inopes/enſe aggrediamur & haſta.
Talia bellipotẽs animis dum fatur amaris
Flãmigerant gallorũ animi/ceu follibus actis
Accipiens auras lipare in fornacibus ardor.
Interea ualidis dũ ſic fera caſtra parantur
Concurſura animis: Dionyſius æthere ab alio
Deſpiciens maria & terras conuertit in agros
Lumina parmenſes: & inardeſcentia cernẽs
Agmina ꝑ campos/genus ut ſeruaret utrũq;
Marcũ adiit qui tunc martis reſidebat in orbe
Bella regens. dictiſq; ſenẽ compellat amicis.
Marce mari/terraq; potẽs qui bella gubernas
Tẽporis iſtius: uiden ui duo regna cruoris
Prodiga decertare parent in mutua uerſo
Vulnera iam ferro/utq; odiis accenſa ferantur
Nõ habitura modũ/nõ cõceſſura periclis?
Eſto age bella uolunt cœli/flãmantia martis
Sidera ſaturniq; graues agnoſcimus iras/
Et loca: noſtra tamen potis eſt compeſcere uirtus
Crudũ opus hoc. igitur ſine me/niſi forte tonanti
Viſum aliter: ſine me crudelẽ auertere pugnam.
Vel ſaliẽ ex duro regẽ ſubducere bello.
Dux uenetũ (uidi iuuenẽ/mauortia noui
Pectora) plusq̃ italus non his ſpectator in armis
Sed bellator adeſt. mucro eſt haſtilibus iſtis.
Infelix quicũq; manus cum milite tanto
Conſeret: iratoq; hodie ſe obiecerit hoſti.
Sic ait. inſiſtẽs martis faſtigia Marcus
Annuit. Ille uolans libyã ſuper/& garamantũ
Tranſit & ethiopum populos/& conſcia Nilo
Arua renaſcenti: nigriſq; emittit ab antris
Ore notum tumido/flabriſq; furentibus auſtrum.
Continuo maris horriſono uada cõcita flatu
Spumanti inſonuere ſalo: nubeſq; leuatas
Aequore/præcipiti glomerant ꝑ inania curſu
In boream uenti a tergo: totiſq; uolantẽ
Tempeſtatẽ animis urgent. Dionyſius ignem
Nubibus adiecit/quo rauca tonitrua cœlum

Reddat:& acta uolent maiori nubila curſu.
Ipſe comes nebulis iter expedit:atq; ſonantē
Apœnini adigit uerſum alta cacumina nimbum/
Etruſcos lyguresq; ſuper:quo flumina Tarrum
Impletura undis animoſa furentibus irent.
Nam tunc Tarrus inops Cancri mala ſidera paſſus
Ibat:& inſternēs duris uada cotibus amplo
Aequore inæquales late extendebat harenas.
Iam italidæ ut mos eſt gallis in bella uenire:
Turmatim glomerati ibant:nō more latino
In longas producti acies:loca certa coacti
Iam retinētaut lex pugnæ decreta monebat.
Gallorū interea demiſſæ in plana cohortes
Excelſo de monte ruunt.Extēditur ingens
Agmen:& effuſus cāpos exercitus omnes
Occupat.extēplo in turmas cohiere uocatis
Ordinibus.Iam utrinq; acies in bella paratæ
Siſtūt ligna uadis intercurrētibus illinc
Gallus ad occaſum:qua ſe latus elleuat alti
Apœnini:iſtinc italus Titanis ad ortum.
Arua micant:agitante noto uexilla ferunt:
Fluctiuagiſq; uolant caudis:& in aere ludunt.
Flammigerans utrinq; tubas & tympana mauors
Concitat.aereæ reſonant clangoribus alpes.
In nemora in denſis abſcondita ſaltibus antra
Attonitæ fugere feræ:fugere uolucres.
At ſtygii manes ſtudium quibus omne malorum
Irritare genus:miſſi a plutone uolabant
Arua ſuper rapturi animas.Viſæ undiq; diræ
Effigies:ora obſcuris horrenda figuris
Vndiq; per nubes.Furciſq; tridentibus umbræ
Armatæ in gyros alis ſtridentibus ilant.
Et quoniā celtæ uiſi conſcendere rupē/
Et tentare fugam:ac meteſani inuadere collem/
Vnde placentinas uerſum uia flectitur alpes
Dux bellandi auidus proceres tali excitat ore.
Magnanimi forteſq; uiri quæ infamia nūquā
Abſtergenda decus/ſi quod fortaſſe latinæ
Genus adhuc ſupereſt/auſertur Elabitur hoſtis
Incolumis toto italiæ ſpectante ſub armis

Robore. & his dictis patruo in ſecreta uocato
Colloquia/ extéplo ad pugnam iubet ære canoro
Signa dari: & ſæuũ lituis accendere marté.
Gallica tympanico ſtrepitu ad tormenta citatur
Nam tormenta ſolo galli æditiore locarant/
Pars peditũ graue pugnanti auerſura periclum:
Fulmineaſq; pilas. Pars hoſtis ad ultima terga
Turbatura acies & cómotura tumultum.
Mox leuiũ tres turmæ equitũ trans fluminis undam
Directum per iter miſſæ ad præludia pugnæ.
Iã polus inuolui calligine cœperat atra/
Et tenui nimbo arrentes perfundere campos:
Cum furere inceptũ: Nã tépeſtatis eodem
Tempore & inſani ſubiit mauortis origo.
Creuit uterq; furor ſimul & decreuit: & orta
Dira hominũ cum nube lues cũ nube receſſit
Quadrupedes animante ſono ſpũmantia rodũt
Frena reluctantes loris & frontibus altis
Ire in bella ardent. deſcendit in omnia mauors
Corda furens/ acriq; animos obnubilat ira.
Nec mora confracto ueluti padus aggere fertur
In ſegetes/ ita laxatis Franciſcus habenis
Euolat: & patruus comes: & Rhunnuſius haſta
Fulmen agens: & equo inſultans Aloiſius albo:
Gentis auogariæ ſpecimen: Tuq; inclyte bello
Gambaridum Franciſce decus. cui caſſide in alta
Ardua ſe attollit rutilans in brachia cancer.
Ambo in bella ruunt patriis quos miſit ab oris
Brixia magnorũ genitrix animoſa uirorum.
Et Ianus nódum Marius certamine tanto
Exercendus/ adhuc tenero pugnæ inſcius æuo.
Et tibi Iampetrus pietate & ſanguine ductor
Proximus/ aſſiduuſq; comes. de nomine magni
Dictus aui manibus ſoliti conuellere ahenas
Quadrupedũ ſoleas: calabrũq; æquare Milonem.
Tu quoq; caſtilion diues probitatis & auri/
Chriſtophore armipotens/ numeras q in ſtemate lógo
Relligione alios/ alios certamine martis
Illoſtres atauos: & nomina clara per orbé.
Et iuuenis decus armorum ſublime Robertus

Balnea progenies priſcis oriundus ab umbris.
Fortis eques:fortis pedes.& duo pignora lædæ
Equiperans unus.formoſior omnibus unus.
Caſtrenſi eloquio pilio ſene dulcior unus.
Innumeriq; alii/quorũ modo nomina longũ
Edere.Mox contra audaces in bella feruntur
Lingonii: quos flumẽ atax in uallibus imis
Alluit.& duris cũ maſſilienſibus Elui
Campo aliũ reſonante uolant.congreſſa reclamant
Agmina:& infoſſis penetrant thoracibus haſtæ
Clauſtra anime .rigidũq; ſubit ꝑcordia ferrũ.
Hic opus in bellis clarũ memorabile maius
Viribus humanis peperit uel martia uirtus/
Vel dea cõcurſu forſan Rhamnuſia primo
Sic dignata ducẽ.Mantoi principis haſta
Aere grauis/ ſolido arrentis de robore quercus
Per triplicẽ thoraca ſibi per uiſcera/ perq;
Aerea terga uiã faciens in uulnere manſit.
Gallus atrox qui ſe Orlandi iactabat ab alto
Sãguine demiſſum procera mole ſuperbus
Et iactabundo ſolitus ridere latinos
Ore procax terræ alliſus reſonantibus armis/
Pondere ꝑcipiti iacuit:mox tota repente
Circũfuſa cohors raptũ de turbine traxit.
Aſt ubi chaldeo uerbiſq; potentibus haſta
Exiluit/ tenues animã cũ ſanguine in auras
Exſpirauit adhuc minitãs/ & murmure rauco
Increpitans/animoq; ferens graue uulnus acerbo.
It cædẽs ſterneſq; acies Gonzagius heros
Encelado ſimilis/ forti cũ robore captum
Atq; catenatum ſoboles titania martem
Clauſit:& attonito tremuit loue triſtis olympus.
Cæde manus/cæde arma rubent/cæſi undiq; belgæ
Præcipites labuntur equis.& pondere grandi
Armorũ terra icta ſonat .procera uiroꝵ
Corpora ſternuntur/ueluti cum Iupiter olim
Terrigenas domuit cœlo capita alta ferentes.
Extẽplo cõuulſa cohors ſe gallica ſoluit/
Nõ ſecus ac ſi quando ferox armẽta leonũ
Inuaſit rabies per çiniphis arua libyſſi.

Tum peditum manus italidumq; quæ gallica facto
Protinus inſultu tormenta oppreſſerat / hoſtem
Vt uidit confractum / animos excita furentes
Elleuat. & prædæ ac ſpoliis accincta per amnem
Fertur / ut in pecudũ turmas cuſtode carentes
Turba fameſcentũ campo ſolet ire lupoꝝ.
Tympanicen cui ducẽdi cura agminis / alto
It clamore uocans ſparſos ad ſigna maniplos.
Verũ alio mentes auri furioſa libido
Verterat. in prædam uolat irreuocabile uulgus.
Turma equitum curſu leuiũ glomerata citato
Conſequitur curſuſq; graues & inertia plauſtra
Circũ bella ineunt. oriturq; aſperrima cædes
Gallorũ exuuias & parthenopæa uolenium
Furta domum trahere / & ſpoliis gaudere latinis.
Cominus hic gladiis hic longis eminus haſtis
Res agitur. graue miſſilibus certamen & arcu
Aereo inardeſcit. telorũ abſconditur umbra
Clara dies. tegitur cæſis humus aſpera gallis.
Ergo opibus tandẽ captis prædaq; potitæ
Italides uenetæq; acies & heoa iuuentus
Conuerſos agitant currus de fluminis alueo
In uirides campos: & plauſtra gemẽtia longo
Sollicitant conto ac iumenta haſtilibus urgent.
Præda ingẽs / quantã attalico non uexit ab orbe
His ditata bonis magnæ res publica Romæ /
Illo auecta die. ſpoliataq; gallia raptas
Plorat opes. Tyrias ueſtes / argentea uaſa
Aureaq; emporiis paſſim exponenda latinis.
Vt ſubito primam interitu uidere cohortem
Defeciſſe / ruunt bituri / neui / atq; Ruteni /
Aruerni Meldiq; ſimul / forteſq; cadurci.
Santonici infrenes & ſequanidum populoꝝ
Vulgus inhumanũ / miſſiq; ex urbe Nemauſo
Sanguineis gens cruda animis: quos primus oẽs
Sors in bella uocat. cuneoq; in brachia ducto
Incluſere italos / animiſq; atrocibus urgent.
Hic dolor hic gemitus / hic mors cõmunis: & ingens
Excidiũ. hic penetrans in mutua uulnera ferrũ
Sæuit: & ad patrios mittit lamenta penates

Hic fortuna uiris utrinq; cadētibus anceps.
Poſt uarias cædes/poſt gallica funera ductor
Hinc tandē elapſus/nōdū ceſſante tumultu
Conſtitit in tumulo ut puppi Nauarchus in alta
Proſpiciens nigros fluctus/nauēq; gubernans:
Et meditans/oculis campum cōplectitur omnē.
Sic ſpeculans uidet Hānibalē/cui ſfortia mater
Bentiuoluſq; pater/iuuenem florentibus annis
Magnanimum/cui ſerra rubens inſigne ſuperbum.
Martis alumnus equo. ueniēs apparet anhello
Bernardinus aui ſoboles ſata ſemine Bracci
Gonzagide apparet belli duo phœbus & Hector
Fulmina/iam nimbis & multo ſanguinis imbre
Sequanici hūentes:& ſtricto Carolus enſe
Gentē meletæa genitus clariſſimus armis.
Ianus Rodulfo Marius comes/inclytus olim
Militia(ſinerent modo fata aduerſa)futurus.
Tres quoq; magnanimi iuuenes Benedictus:Alexis
Hieronymusq; capis.tria fortia pectora bello.
Lecta phalanx qualē prima rate uectus Iaſon
Duxit ad algentes pagaſæo a littore colchos.
Hos ita congreſſos dextra uocat eminus. omnes
Conueniunt. ſubitoq; ducē circūſtetit agmen
Bellatorū equitum. quos ſic affatur ab alto
Ductor equo dextra contū amplexante trabalē.
O clari forteſq; uiri/quibus Itala mecum
Credita res. bene habet. uobis ſalua omnia ſaluis.
Vultis & hanc mecū ferro diuellere turmam
Interitū noſtris niſi ſit conuulſa ferentem?
Illi omnes preſenti animo Dux maxime tecū
Reſpondere/mori nobis ac uiuere certum.
Omnibus hæc talis concors ſentētia/poſtq̄
Ingeniis/animiſq; uident ac robore tantū
Te præſtare. metus nulli grauis. aſpera nullis
Mors/quibus eſt uita potior ſua gloria. uitā
Qui laudi præponit eatq; bella ſequatur.
His dictis uenit ecce ſonans pila ſaxea cœlo
Fulminis in morē.& fracta ducis euolat haſta.
Omen ait fauſtū fracto nos gallica conto
Cōtandū nō eſſe docet. ſimul arripit haſtam

Dextra nouam. preſſiſq; petit calcaribus hoſtem.
Hic pariter certatum animis ac uiribus æquis
Neutra acie cædente diu. iam ſanguine harenæ
Sanguine ſaxa madent: nec iam ſola ſaxea pulſant
Quadrupedātū acies: conuulſa cadauera & artus
Exanimos conculcat eques: ſuper ora iacentum
It ſonipes: & mēbra uirum pede frangit aheno.
Tam durū eſt mortale genus: tam ſaxea fecit
Pectora deucalion: tremuit perterrita tellus
Tātum ferre nefas. cædiſq; horreſcit aceruos.
Hinc rurſum elapſus, iā miteſcente parūper
Dux mauorte leuat galeæ reuolubile clauſtrum:
Ac legit e ripis amnis procul omnia: & ecce
Turmā equitū belgarū aliā uidet agmine clauſo
Maturare gradū, & medium ſe inferre per amnē
Rapta redempturā ſpolia, aut ſi fata tuliſſent
A tergo preſſuram italos: magnoq; futurā
Excidio, niſi ui ſubito occurratur & armis.
Mox igitur dux armipotēs ex milite nuper
E pugna elapſo cuneū facit: atq; periclis
Seſe iterū obiiciens, in bella cruenta refertur
Turbine pcipiti, quanto generoſus ab alto
Intuitus uolucrem liquidū ſecat aera falco.
Hic ſubeunt onus inſubres, hic clara Roberti
Progenies Franciſcus adeſt. martiſq; laborē
Adiuuat: electoq; ſtruēs ex milite turmam
Ite ait, & tumidis italos oſtēdite gallis
Fœmineū non eſſe genus. ſpolia iſta reportent
In patriā referantq; iſtos in regna triumphos.
Dū fremerent tanto mars & bellona tumultu
Rex alto procul e tumulo ſtipāte caterua
Impia ſollicitis ſpectans certamina curis
Quis pcor ille inquit mediis in millibus alto
Tātus equo, qui cornipedē per noſtra ſuperbum
Agmina conuertēs pulſat tribus aera pennis?
Viq; uiā faciēs infert ſe turbine tanto
Quorſumcūq; libet? galloſq; impune trucidans
Sæuit, ut inter oues, rictu fœta urſa cruēto.
Siccus ad hæc (Nam militia dimiſſus etruſca
Tunc aderat ſub rege merēs) Rex magne fragorem

Ille ferens tantum ductor Mantous/ in omni
Vnicus Italia/quē nulla pericula frangunt.
Illum ego(nam tenero moriens me fecit alumnū
Tutoremq; pater)uidi puerilibus annis
Neſcio quod ſpirare animis ingentibus altū:
Magnaq; uirtutis iam tunc dare ſigna futuræ.
Non eſt pelides puer a maioribus orſus
Principiis:q̄q̄ neruos Chirone magiſtro
Doctus & arma nouas uires firmauerit inter
Theſſaliæ ſaltus:& prælia longa ferarū.
Iſte(nec id raro)uix dum lanugine nata
Et pedes/& ſpumantis equi calcaribus urgēs
Illia anhella fidē ſupra genus omne pericli
Sponte adiit:ne quid forſan maiora gerenti
Poſſet inexpertum durū/horrendūq; uideri.
Ludus erat uenientis apri expectare furentem
Impetum/& in leuum pectus uenabula ferre.
Ludus erat ſe attollentes haſtilibus urſos
Figere:& ex ſyluis ſudatam auertere prædam.
Siquem uſq̄ pugilem inuictum dextraq; potentē
Audierat/paucis illuc comitantibus ibat
Diſſimulans ſe ſe/& cupiens certamine uires
Explorare ſuas/teneræ uis tanta iuuentæ.
Ipſe per hybernaſq; niues per frigora brūmæ
Noctu etiam cum maior hyems/ut diſceret acre
Ferre gelu/nudus ſub diuo errare ſolebat.
Nil opus eſt de ſaltu aliquid curſuue referre/
Cum ſtudiis primos iſtis contriuerit annos.
Tūc etiā tentare undas/& pellere in amnes
Quadrupedē ignotos:& uincere magna natatu
Flumina:curſu etiam rupem conſcēdere anhelo
Nūc pedibus nunc uectus equo/rurſumq; referri
Per montis decliue latus:perq; inuia ſaxa
Cura erat/& nullos ſtudiū neſcire labores.
Adde ꝙ ignotus totā explorauit eundo
Italiam mores hominum/formamq; locorum
Inſpiciens:facileſq; uias/adituſq; malignos:
Vt ſi forte unq̄ bello foret uſus & armis/
Doctus iter uiſas melius peruaderet oras/
Aſpice ut hanc ſolus pugnā ferat/aſpice totis

Italidas Cāpus/ut pauci ex agmine tanto
Suppetias ueniant/ſenſu ſine ſaxea dicas
Corpora:& exangues ſtatuas animiſq; carentes.
Sic ait:& tacitus curis torquetur amaris:
Ac fluit in lachrymas patriæ nō imemor:optat
Poſſe duci tantos comitem ſe in ferre per hoſtes.
Cōmiſerans.iuuenē intrepidū/belloq; potētē/
Atq; ait:O ſi par uirtus in bella moueret
Italidas alios(manifeſta pericula cerno)
Totus in his cū rege uadis exercitus inter
Saxa cadēs p̄da ampla feris epulanda iaceret.
Sic ſecū curis mentem cruciantibus ægram.
Diuertenſq; parum regali ex agmine in altum
Aggeris aſcendit dorſum.uidet enſe leuato
In galli caput ire ducē/galeāq; ſub ictu
Scintillare graui:pulſumq; inuoluere ab alto
Quadrupede/& uerſis telluri infligere plantis.
Incaluitq; animo rurſum/ſecūq; ita fatus.
Quicquid erit geſtū/poſtq̄ ſup̄aueris hoſtem/
Quod prope cōfectum poteris iactare tuoꝝ
Te parua geſſiſſe manu o italidarum
Dux franciſce decus.Fabios tua gloria uincit
Ac lacedæmonios/qui dū defendere certant
Termophylas:cenatum omnes iuere ſub orcum.
Leuctra hodie/marothonem hodie/ſalaminaq; tranſit
Tarrus & incūbens Tarro glareola receſſit
Cannaꝝ & trebiæ/& traſimeni infamia:nec te
Soſpite barbaries ultra metuēda latinis.
Tu Italiæ munimen eris.fortuna faceſſat
Aſpera/& externæ ponant certamina gentes.
Hic ſplēdore nouo Virtus tua maxima longe
Fulſit/ut in ludis extincti cæſaris olim
Stella diē ſuperans/phœboq; ardētior ipſo.
Talia dū tacito ſecū ſermone uolutat/
Ecce p̄ expulſos ductor Conzagius hoſtes
Vt luxata falanx:& ſpe fuſtrata remanſit:
Fulminis inſtar iens equitum comitante caterua
Regē adit ignotū:nā cū uidiſſet in armis
Stare globū procul ingētem ſub mōte/putauit
Dedecus:& laudis maculā:ſi tramite uerſo

Deſerat intactũ. ſequitur pedes agmine magno
Grandibus armati roncis/quadroq; ueruti
Sanguineas mucrone manus/& caſſide tecti.
Regia cõtinuo uerſis in p̄lia cuntis
Sparſa cohors/& fracta animis it rege relicto.
Tum duo captiui inſignes de carcere longo
Gallorũ elapſi turbatis undiq; caſtris.
Capti ambo cũ ſceptra ruens amiſit Arago.
Virginius.duroq; potẽs Mauorte Nicolas:
Nobile Romano quibus eſt cognomen ab urſo.
Ille quieſcẽdi ſtudio in ſua regna reuerſus
Militiæ mala pertęſus/iam grandior æuo.
Iſte ducis Venetũ uictricia ſigna ſequutus.
Conflictũ Franciſcus in hoc iuueniliter auſum
Forte uirũ cõferre manus & cernere ferro
Nactus/& eſſe ratus præſtanti ex indole regem
Siſtit equum:gladioq; uiam conſiderat inter
Magnanimi dura arma hoſtis.nec perdere regẽ
Sed ſuperare optans ictum thoraca lacerto
Perforat adducto qua fibula pectus ahenum
Alligat arte manũ certa moderante retraxit
Vulnus/& inſiliens hominẽ de ſede reuulſum
Abſtulit/ut fulicam pedibus iouis armiger uncis
Circũ ſtagna uolans patrii prope littora Minti.
Accipiunt captũ pedites/gladioq; reuulſo
Ac galea/uinctũ loris facto agmine ducũt
Attonitũ/ac patrio ueniam ſermone precantẽ.
Poſtq̃ omnis tentata cohors & ſanguine multo
Vndiq; iam ſatis eſt gallorũ exterrita uirtus/
Puluere loricã conſperſus & ora cruento
Dux abit/& uerſo properans legit æquora curſu
Itq; ſuis laturus opem ſi tẽpora poſcant
Agmine collecto.gallis ſtragẽ atq; ruinam
Illaturus.aquæ ſubito intercepta tumultu
Cura/deo extremos infortunante labores.
Et iã p̄cipiti Tarrus grauis imbre ſonabat
Vallibus in mediis/& iam per ſaxa uolutũ
Flumen adeſt.ſparſis ſubito latet alueus undis.
Prorupiunt ſeſe trepidi trãs flumina galli:
Citra Itali,cædẽq; lauant in gurgite lato.

Inſequitur rauco undarum cũ murmure moles
Vaſtior.& plenis ſpũmant uada cócita ripis/
Non aliter:q̃ ſi ruptis totũ alpibus æquor
Influat.atq; lygur cãpos Neptunus inundet.
Faucibus illuuies magnis egreſſa repente
Implicuit multos/belli quos ira cruenti
Tranſierat / torto correpti a uortice grandes
Per ſilicũ ſcopulos/ſaliũt perq; aſpera ſaxa.
Strata uirum modo bellando tot fortia paſſim
Corpora tẽpeſtas rapit improuiſa natatu
Horrifico.glomerante æſtu galli atq; latini
Cóuerſis modo uerticibus modo cruribus alte/
Vt fert amnis eunt dirũ ac miſerabile uiſu.
Multos unda rapax magnis inuoluit harenæ
Molibus/& glareæ inuectis abſcondit aceruis.
Finis hic accenſæ tanto molimine pugnæ.
Poſtq̃ bella furens amnis furioſa diremit/
Et depræhenſa uirum tot funera:meror utrinq;
Luctus utrinq; ingẽs.leuior iactura latinis.
At gallos maiora grauant prædeq; hominũq;
Dãna.q; attrita iam maieſtate timori
Eſſe ſinunt/ qui uictores paſſim ire ſolebant.
Quod regni Italiæ ſpes intercepta fatiſcat
Iam penitus.mœſti fugiunt inhumata ſuorum
Corpora linquentes. torrens abeuntibus amnis
Vnda fauet frenans italos ſeuire parantes
In profugos.uix illuuies imperuia ſiſtit
Corda ducis.dolet elapſum diſcedere regẽ:
Proſequiturq; oculis minitans & pectora rodens
Iraſcenſq; uadis tam uaſto undantibus æſtu.
Præterita ingentis iam ſollicitudine belli
Corda ducis pietas / & relligioſa ſepulchri
Cura ſubit.certos iubet ire/ ac tollere uita
Corpora functa.alii curant ſua uulnera / menſas
Expediunt alii atq; epulis conuiuia parcis
Vt feſſos triſteſq; decet. Iã luce tenebris
Concedẽte/diẽq; trahẽte ſub æquora phœbo/
Ecce ferunt patruum mœſti pendentibus ulnis/
Ore cruentatum & plagis crudelibus hauſtum/
Ac tandẽ gallorum ingentes inter aceruos

Compertum proſtrati hoſtis ſuper ora iacentem.
Et Iani innocuũ Marii ac miſerabile corpus
Vulnere perfoſſum multo. Ducis ante locatos
Limina cũ gemitu ſpoliant/atq; arma reſoluunt
Regẽ execrantes & gallica bella miniſtri.
Q uos miſero intuitus uiſu ſuſpiria traxit
Cum lachrymis ductor:fletuq; ita fatur aborto
Frangimur hoc caſu/quos non fregere cohortes
Millibus implicitos gladiis. Q uid acerbius unq̃
Q uidue magis uiſura atrox mea lumina poſthac?
O patrue armipotens/quẽ me ſeuare nepotem
Dum cupis/& nulli uictus pietate periclo
Cædere conſtituis/tam duro occumbere fato
Contigit. heu. iteq; iuuenis ſine patre relinquor
Bis genitore orbus/ſine te mens ægra tumultu
Concutitur tanto/uaſtis ut fluctibus errans
Ammiſſo magnete ratis/clauo/atq; magiſtro.
Tu hortatu/tu conſiliis tu robore & armis
Grande mihi munimen eras/ ſic numina cœli
Sic diui uoluere. animam miſeraſcite ſaltem
O ſi qui terrena alto curatis olympo.
At tu Iane Marii uita mihi charior omni
Sic me deſerto nũq̃ rediturus abiſti?
Vos ego finito ſperabam in mœnia bello
Patria ſolemnes mecũ olim inferre triumphos.
Spes fruſtrata:abeunt ſperati in ſæua triumphi
Funera:primitias belli mihi numina tales
Redditis/ingreſſu pugnas ordimur ab iſto?
O charæ fidæq; animæ quæ ſoluere tantis
Dona datũ meritis?non ſi mea regna dediſſem
Omnia ſat factũ. ſed enim quæ p̃mia uobis
Ferre uetor/generi ueſtro niſi fata negarint/
Exſoluã/fidei tantæ non immemor unq̃.
Sic ait:& tenera impoſitos pietate pheretro
Cum ſpoliis cœtu in patriam comitante referri
Imperat/æternamq; pio rogat ore quietem.
His dictis ſedato animi mœrore parumper
Ingrediens tenui dape ueſcitur/atq; locatis
Excubiis conſcẽdit equũ/totãq; per agros
Noctẽ agit inſomnẽ ſub diuo:& peruigil omnem

Circũ equitat luſtrans factis late ignibus oram.
Interea polinctores uicina ſacello
Arua cauant mœſti/totãq; in funera noctẽ
Cum lachrymis gemituq; trahunt ſine honore ferunt
Magnanimi forteſq; uiri dum uita manebat.
Accelerare iubet galli fuga/mane futurũ
Cũ grauis exhauſto Tarrus deſcenderit æſtu
Eſſe ratos/ut eant motis ex tẽpore caſtris.
Ad tumulũ tractos ſpoliant/& inermia mẽbra
Dantur aceruatim luna famulante ſepulchris.
Accedunt operi plures pietate priorum
Exciti uerſant ſtratos/atq; ora tuentes
Lumine in ambiguo dubitant galline italinæ.
Caſu inuenta locis fornax calcaria uaſto
Ampla ſinu cœco in tenebris abſcondita fundo.
Hic ubi non foſſore opus eſt congeſta teguntur
Corpora:& ad ſummũ ducto condunt aceruo.
Mox ſuperiniecti lapides/congeſtaq; tellus
Se in tumulũ leuat: & tumulo crux addita magno.
Functa operis iam turba piis ſtat triſtia circũ
Buſta gemẽs:uerbiſq; fauent funebribus omnes:
Ac requiẽ cũ fletu orant/pacemq; ſepultis.
Nec tamen hoc omnes tumulati in margine Tarri.
Sed quoſdam magis inſignes in auita relati
Buſta domum/deflẽdi iterũ/patriamq; dolore
Confecturi atro. Pulchra ſic balneus olim
Fronte nitens/ſatus aurato Guidone Robertus:
Cui coniunx Virgo ante parũ coniuncta:propinquo
Iam partu factura patrẽ noua gaudia prolis
Mittere/uel reducẽ ſperabat adeſſe maritum.
Et marti addictus tenero Galeotus ab æuo:
Hippolyti genus ut fama eſt/qui cæſare quondam
Sub decio fertur curſu laceratus equorum.
Scarrampuſq; ferox.iſti certamine longo
Dũ claudunt ſibi cæde uias/magno undiq; aceruo
Stragis equũq; hominũq; fugam prohibẽte/tumultu
Barbarico oppreſſi tandẽ poſt funera mille
Gallica in æterno merſerunt lumina ſomno.
Quercus erat campo longos intacta per annos
Ingens:& late umbrantes intonſa lacertos.

Aurora ſurgēte/nouo cū lucifer ortu
Corda per æſtatem dulci mortalia ſomno
Afficit infundens ueris inſōnia formis.
Hic uiridi ductor reſidens in ceſpite claudit
Lumina & in ſenſus placidā ſinit ire quietē.
Continuo uiſa eſt patrui gaudentis imago
Lucida/diuinū uultu ſpirante uigorem:
Nil referens mortale oculis.decor ille iuuentæ
Fronte renidebat roſea.flauente capillo
Per colla atq; humeros.& ſic affata cubantē.
Chare Nepos Franciſce/meo quid funere tantū
Te maceras? uiden ut ualeam mortalia mēbra
Vt poſui? quæ clauſa atro mens carcere longū
Paſſa erat exiliū tanto hoc ſplendore refulſit.
Hic meus/hic quondā genitor tuus/hic tua mecū
Chara parens.una poſt fata recepimus orbē
Aethereū deus in ſummo qui regnat olympo
Tanti animos pendit:quos cū pietate reuerſi
Viderit.a ſuperis noui tua fata.labores
Bellorū ne horreſce nepos.tibi numina belgas
Subiiciunt.tibi iam reuocāda nouaria portas
Pandit.& ingenti poſtq̄ cū laude triumphū
Aegeris hunc uictor/dauni mitteris ad urbes.
Marte graui italia cū gallum eieceris omni
Rex nouus accepto per te/ſua funera regno
Immaturus adhuc:& adhuc florente iuuenta
Cernet.& extincto regna inſperata nepote
Accipiet patruus paucis poſt Carolus annis
Extremū ſine prole diem clauſurus in aurā
Effluet ignorans quē gallica regna ſequantur.
Has tantas rerū ire uices deus ordine miro
Mandat:& ignotis homini regit omnia curis.
Nos diuina lares ſumus ad mandata miniſtri/
Pone metū:nos te in caſus comitabimur omnes.
Accipe qua uincas duræ infortunia uitæ
Omnia.Iuſticiā(nulla eſt in principe uirtus
Vtilior)colito.Mariæ neu deſere cultum.
Talia diſcuſſo reputans oracula ſomno
Gaudet.& o dixit non ſint inſōnia nobis
Vana p̄cor.diui indigetes patriiq; penates

Eſte mei memores / duroſq; auertite caſus:
Et cœpto diuinũ operi implorate fauoré.
Iamq; fatiſcentes abigens aurora tenebras
Maior erat: patres uenetos adit: atq; litato
Mane ſacro / accitos proceres de rebus agendis
Conſulit. Et quãq̃ belgas cum rege fugatos
Luce ſequi / leuiũq; equitũ p̃uertere curſu
Mens ferat / & genti ſupremam infligere cladem /
Vota tamẽ ſua / ne forſan temeraria quiſq̃
Dixerit / arbitrio procerũ frenata retraxit:
Sic profugiſ concedit iter. ſic punica uiſum
Natice ſeruanda olim delenda catoni
Regna. nec in uulgus ſolũ ſententia diſcors
Serpit: at in primos etiã rerũq; potentes.
Gallus abit / neu lenta fugam iumẽta retardent /
Neue italis ſint p̃da necant in fruſta ſecantes.
Vnde uias oĩs longe uicinaq; rura
Vexauere diu nidore cadauera olenti:
Et funeſtus odor. miſſumq; p aera uirus
Hic perſas iterũ uictos xerxẽq; uidemur
Cernere in exigua pontum tranſmittere cymba.
Sic fortuna prius gallis proſperrima tandem
Addita præcipiti ſequitur formidine Regẽ.
Nec noctu nec luce quies incõmoda longæ
Tanta uiæ / iactura grauis fuit altera belli.
Nãq; ubi prærapidis tetigerunt curſibus Aſtam
Securis ubi iam poterant conſiſtere rebus
Feſſi ægri / defecti omnes exſanguia mẽbra
Vix ſpirante anima atq; genu titubante ferebant.
Multi etiã fato excluſi / quos uulnera longa
Incurata mora triſti infodere ſepulchro.
Multos longa fames ſimul & labor improbus hauſit
Ad mortẽ / in tutos ubi peruenere penates
Depoſitis animas ſubito fatum abſtulit armis.
Caſtra mouent Itali. petiturq; Nouaria belgis
Fœta / fidẽ mentita ſuis inſubribus. Alto
Ductor equo nitidis graditur Gonzagius armis
Agmen agens / cinctus procerũ fulgente caterua.
Et q̃q̃ bello ãmiſſi p̃cordia lædant
Multa uiri tamẽ egregiam fiducia mentem

Mulcet:& ad magnas corda aſpirantia laudes
Ipſa etiam ſua damna iuuant:meminiſſe laborum
Pulchrum ac dulce.graues decora immortalia caſus.
Miſſus ad adriaci patres qui littora ponti
Antiqua ditione tenẽt/ſublimia tecta
Nũcius ingreditur/totoq; aſtante ſenatu
Explicat ingentes animos & fortia facta
Magnanimi ducis/& patrui ſimul aſpera fata.
Lætitiæ mixtus ſurgit dolor.utile dãnum.
Q uo inſurgit cõmune bonũ.Dncis inclyta uirtus
Et fortuna leuat curas:ac pectora mulcet.
Mox ſoboli decreta patris ſolatia functi
Publica dona.ducẽ imperii maioribus auctũ
Iam titulis uno ore omnes ad ſidera tollunt.
Fama ſagax quæ facta hominũ legit omnia uiſu
Sollicito/quæ præcipitẽ temeraria linguam
Non cohibẽs implet uacuas rumoribus aures/
Neſcit ferre moram.pernicibus euolat alis.
Permeat auſonia gentes:iam præterit altos
Appœnini apices/tyrrhena per oppida curſu
Prærapido ingrediẽs magnæ iam mœnia Romæ
Cernit/& in latium flectens campana uolatu
Præterit arua læui/& uerſo ſuper æquora greſſu
Et ſpeculans ſi qua inueniat regione fugatũ
Littore ferrantẽ patrio/& late omnia luſtrat
Tecta pithaculæ/Prochitæq; examinat/agros
Inarimes oculis circũlegit.æquora tandẽ
Lata ſuperuolitãs phrygii ducis hoſpita quondam
Nauibus/aſpexit iuuenẽ reſidere ſub alta
Ilice uenatu feſſum/ſaluſq; per alios
Ire uagos comites/& retia tendere ceruis.
Nacta opportunum uerbis tẽpuſq; locũq;
Labitur in terras/pontaniq; ora poetæ
Accipiens/iuueni parmẽſem ex ordine pugnam
Narrat/& adiecit:tibi tẽpora idonea regnis
Noſce repoſcendis.Verſo modo ſidera curſu
Cunta fauent.fortuna iram mutata retraxit.
Nec dum finierat ſenior:cũ læta repente
Aſtitit effigies/& amœno fœmina uultu
Veſte uirens/cui coniunctis in pectore caudis

Cornua in extãtes humeros acheloia frugum
Plena meant tortis duo flexibus ubera circũ.
Naualéq; tenens ſua dextra inſignia.clauum.
Stat iunenis blandæ lætatus imagine formæ/
Oſq; habitũq; tuens fortunam agnoſcit: & altos
Attolens animos caſuq; infractus acerbo
Diua potens rerum ſi uera inſignia portas/
Dic age/dic inquit cur me & genus omne meorũ
His tantis uexaſti odiis? ab Aragone miſſus
Huc olim Alfonſus populos ſine rege repertos
Non ſecus ac ſanctum decuit ſua pignora patrem
Rexit.auus turbata armis ut regna recepit/
Iuſticiã qua nil melius mortalibus unq̃/
Ad uitæ ſummã uſq; diẽ cultu extulit omni.
At genitor regum nulli pietate ſecundus
Dum parat affectu ſceptrũ exercere paterno/
Pellitur:& leuibus cædis regna omnia gallis.
Quo precor has quo iure uices qua lege gubernas?
Talia ferrantes. Tũ ſic Rhamnuſia diua.
Vos mortale genus cœleſtia numina ueſtras
Nitimini in leges uanis inflectere nugis.
Vera latet cœlo uobis incognita rerum
Cauſa: catenatis ſeries longiſſima fatis
Regnoꝶ & cunctorũ operũ dependet olympo:
Quæ quia diſpenſo cœli ſuperumq; miniſtra/
Gentibus ignaris uulgo temeraria dicor.
Iudiciũ hoc hominũ: ſuperis temeraria non ſum.
Et nihil arbitrio licet in me compita clament
Omnia/nil animi cõmota libidine tẽto.
At neq; uirtutẽ ut triuio garritis in omni/
Odimus.ipſa mihi comes eſt.mortalibus ipſa
Inuigilat ſtudiis curas rectura labantes.
Aſt ego cœloꝶ imperiũ & mandata faceſſo/
Quæ dici minus æqua nefas.temeraria certe
Non ego/ſed ueſtra ora magis/ quæ numina paſſim
Cruda uocant/uobiscũ non famulatur olympus.
Viuite mortales ſine ſollicitudine terræ/
Et faſtu cœleſte iugum quod ferre neceſſe eſt/
Depoſito ferte/& noſtris aſſueſcite habenis.
Hæc ſuprema hominũ ſors eſt parere tonanti

Ingenuũe/& nullas ſuperis imponere leges.
Hactenus hæc.poſthac quæ ſint tua fata docebo.
Aude animis/uirtute opus hic.ſume arma/relinque
Hos ſcopulos:in regna ueni.contraria gallis
Numina te reuocant & te tua regna repoſcunt.
Rex eris.& ſceptro tandẽ moriere recepto.
Sic ait/& tenues cũ fama euaſit in auras.
Talibus excitus iuuenis regalia corda
Excitat.atq; domũ comites de ſaltibus actos
Alloquitur caſſes componite/& arma Dianæ:
Mars uocat:ammiſſas poſthac uenabimur urbes.
Dum loquitur uento portum ſubit acta ſecũdo
Parua ratis/Regẽq; petẽs orator ab urbe
Parthenope.cui ſceptra manu de uimine palme
Regiæ adit iuuenem/populi patrumq; ſalutem
Suſcipiat uotiſq; adſit cõmunibus orat.
Nec mora.compoſitis quotcũq; habuere carinis
Parthenopen adeunt.noctiſq; ſilentia nanti
Opportuna/uocant leuitas quos leſerat atrox
Atq; obſæna uenus crudiq; ferocia belgæ.
Coniurati adſunt omnes/ſubitoq; tumultu
Præſidiis partim cæſis/partim arce fugatis
Reddita Ferrãnij tandẽ ſua regna uocato.
Stabat in excelſis capuanæ turribus arcis
Fama notans operis finẽ.magnoq; repente
Agmine per uicos uolat irrequieta/per urbes
Per iuga per campos donec iam proxima Regem
Gallorũ alloquitur belgæ ſub imagine uernæ.
Te deus auſonia non uult conſiſtere terra.
Nã cũ felici Zephyro tua uela ferebat:
Neſciſti fortuna uti.modo diſce fugari.
A te parthenope/gallos perteſa receſſit.
Protinus audito regis p̃cordia ſeruo
Conſternata/uelut fruticantia prata ſerenas
Cũ ſubeunt anno iã incrudeſcente pruinas.
Mox adit incluſos una intra mœnia celtas:
Atq; nouariacos ciues:rerũq; ſiniſtros
Nũciat euẽtus:grãdẽq; inſtare ruinam
Aduẽtante italo:uenetiſq; inſubria regna
Sfortiadũq; ſuas ſeruare uolentibus urbes.

Captæ urbi p̄fectus erat Lodouicus in armis
Maximus/antiquo regū de ſanguine cretus/
Proximior ſceptro.multis cum millibus Aſta
Venerat/& populis ſeſe dedentibus urbē
Ingrediens mature omnis munſuerat arces.
Ipſe ut erat uegeto ingenio/forti atq; parato
In uarios animo caſus/quos martia longo
Diſciplina uiro notos iam fecerat uſu/
Falce iubet ſegetes/falce omnia gramina circū
Rura meti plauſtriſq; uehi ſtridētibus intra
Mœnia:quæ inferri nequeūt facit oīa flāmis
Conflagrare.ſonant totis incēdia campis.
Ipſe ſuas hoſti ne ſint munimina cultor
Demoliter opes.ipſi ſua predia ciues
Dilapidant/primiq; ſuis ſunt frugibus hoſtes.
Sollicitis calcar timor eſt/& proxima bella
Præcipitant operas:abeunt redeuntq; citatis
Greſſibus/& uario ſudant ſub pondere totis
Plauſtra uiis/iumenta/uiri/pueriq; nuruſq;:
Ardua cōgeſtis ad propugnacula ſaxis
Arma parant galli male defenſura rebelles.
Iam uada lata Padi rapidūq; exercitus amnē
Tranſierat .clauſis iā mœſta nouaria portis
Audit equos/audit tyrrheno claſſica cantu
Promulgare omnes odium cōmune per oras.
Cernit ab excelſis rutilantia turribus arma
Scintillare uidet plenis tentoria campis:
Et uexilla ducū flecti per inania uēto.
Stat trepido deiecta animo.torpentia claudit
Corda gelu.triſtiq; pauor.ſubit omnia uultu
Limina perſuadens leuibus non fidere gallis.
Frigidæ anus/tardiq; ſeneſ incōmoda martis/
Addit aq; ad ſenium longi infortunia belli:
Noctu ac luce gemunt.pueri imbelleſq; puellæ
Stant ſimiles dāmis/ cū ſe intra retia clauſos
Cōſpexere canum circūlatrante corona.
Attoniti ciues orſa infelicia damnant:
Et ſero piget accepti intra mœnia galli.
Squallet ager.rura egreſſis deſerta colonis
Et uacui mutiq; lares infauſta queruntur

Tempora.diffidẽs cadit in mortalia corda
Torpor:ut ægrotis uſu euenit omnia quando
Expertis fruſtra medicamina ſæuior inſtat
Cõtinue mẽbra expugnans uitalia langor.
Ipſe auræ cœli ipſi etiam ſpirare uidentur
Neſcio quid graue/triſte/atrox/dirũ/atq; cruentũ
Et uelut agricolæ teneris cũ frugibus imbrem
Grandinis horriſonæ cœlo indignantibus auſtris
Impendere uidẽt trepidant.ita pcita caſu
Vrbs miſero gemit:& fato afflictatur acerbo.
Dux uenetum caſtris tuta in ſtatione locatis
Ipſe larẽ decimæ figit prope limina portæ.
Mox ædem uicinam urbi uicũq; ſub urbe
Defenſum gallorũ armis expugnat/& hoſte
Profligato intrans munit loca milite & armis.
Inde omnes metatur agros:pomeria circũ
Ambulat/& caute uicina ſuburbia luſtrat.
Et qua opportunos aditus uidet hoſtibus/arces
Aggeribus iacit imenſis:urbiq; ſuperbas
Obiiciens moles ſectis iter undiq; foſſis
Impedit/& multo ac forti loca milite cõplet.
Ruſtica continuo pubes durata labore
In magnos diuiſa greges fulgẽtia raſtra
Eleuat:& ualidis alte fodit arua lacertis.
Exportant alii glebas/altoq; coronant
Aggere ꝑcipites foſſas/& flumine inundant.
Ligna ſecant alii:duriſq; ſecuribus icta
Cũ ſonitu ſylua alta ruit/uoluuntur in axes
Robora/materiæ caſtris operiq; locando.
Præſidio ſtant certæ acies.ne forſitan hoſtis
Vrbe ruens exturbet opus. Noua tecta iuuentus
Martia certatim ramis atq; arbore ſecta
Conſtruit/& uiridi texens umbracula fronde
Arma locat. figuntur equis ꝑſepia circũ
Sedula plebs agitur rerum ſtudioſa ſuarum.
Et durã æſtatem in campis acturus apricis
Culmine fraxineo properat ſe abſcondere miles.
His ducibus uiſum clauſtris includere gallos/
Et longa delere fame:uitæq; ſuorum
Parcere/& hac gentem ꝑmere obſidione ſuperbam.

Nam populo ingenti frugũ iactura nouaꝶ
In paucos aliméta dies ſupereſſe monebat.
Adde ꝙ & gallis uirtus in limine rerũ
Maxima:quo magis it minor / impatiensq; laborũ
Eſt longa lentanda mora.neu forſitan ullis
Subgrediens annona uiis ſuccurreret hoſti/
Obſeſſam aſſiduis mandant equitatibus urbẽ
Luſtrari/nec nocte dari nec luce quietem/
Excubiis.factæq; uices:& in omnia cáſtra
Aeditæ:ut auxilio clauſus non fideret hoſtis.
Interea magnum ſpecula Lodouicus ab alta
Italidũ miratur opus:nihil undiq; apertũ
Nil uacuum cuſtode uidés examinat arté
Auſoniam/curaſq; alto ſub pectore uoluit.
Diſſimulanſq; metum uultu/molimina ridet
Tanta uafer/ſpemq; his uerbis exaggerat amplam.
Ecce coaxantes cupiens audire lacunas
Dux Venetũ ſtatuit patriis habitacula ranis.
Mentis inops putat his ſcrobibus cócludere gallos:
Q uis maria & tanti nequeunt obſiſtere montes.
Gallia tota breui magno cũ turbine ab altis
Deſcenſura iugis iſtos telluris aceruos
Has horreſcet aquas?medios elapſa per hoſtes
Regia caſtra tenẽt Aſtæ iam mœnia noſtræ.
Nos iſtis incluſa locis qui ſtringere ferrũ
Ac certare ualent·hominũ bis dena tenemus
Millia:ſi ciues addas regéq; propinquum/
Aequamus numero auſonios:at robore longe
Vincimus.experti totiens cognoſcitis hoſtem.
Scitis/& æquorei meminerunt ſaxa Rapalli/
Vt lygures dudũ populos & Aragonis arma
Fudenmus pauci/Tũ cũ fulgoſia pauli
Factio iam trepidæ ceu grando incumberet urbi.
Noſtra tamen ne ſit nobis incuria damno
Adiutura Italos/nox eſt uigilanda ſub armis:
Nã potius .fraus eſt q̃uis metuenda.latinis
Arma doli .fraudé auertas/euerteris hoſtem.
Siç ait.& ſcandens muros tormenta uiroſq;
Rite locat/uariatq; uices munimina portis
Adiciens/traditq; nouis cuſtodibus arces.

Dũ confecta malis urbs inconſulta duobus
Gallo intus/foris hoſte dolet/Gonzagius heros
Impatiens oci breuibus conuiuia menſis/
Luce breues ſomnos poſtq̃ tranſegerat/omne
Tẽpus ad inſidias ad dãna hoſtilia confert.
It comes excubiis:totã ſub ſidere noctem
Tranſigit.& miſſis exploratoribus haurit
Conſilia & curas hominum.tali omnibus arte
Caſibus occurrit dubiis:molimina frangit
Gallica:& hoſtilẽ uigilans intercipit aſtũ.
Dũ premit obſeſſos dux inſuperabilis hoſtes/
Rex italos bello expertus Tarriq; tumultũ
Mente putans memori/ſubitaſq; pericula pugnæ/
Horret.& eductis metuẽs confligere caſtris
Alloquit̃ proceres/ac talibus incohat orſis.
Rebar ut audierã gallos melioribus armis
Et ſermone italos ſolaq; excellere lingua.
Nũc aliter ſentire datum.nec diſcere poſthac
Italiæ mores/ſed tradere poſſumus ipſi.
Vidimus his oculis.Itali cum tempora poſcunt
Bella gerunt/uno nunquam certamine uicti.
Cauti &enim uires cohibẽt/ac robora ſeruant.
Cũ uiciſſe putas:tum primũ exordia belli
Suſcipiunt/augentq; ſuas cũ tẽpore uires.
Principio lenti ac ſegnes/animantur agendo.
Et uelut impoſitum flãmis incendia ſenſim
Accipit æs/ita paulatim corda ignea fiunt
Italidis.ipſi cum nos frigeſcimus/ardent.
Tunc ualidi:tunc depoſita formidine certant
Tẽporis auxilio freti.duriſſima tempus
Bella gerit.quod pace etiam terit omnia morſu
Tabifico.mora longa famẽ:mora longa labores
Ingeminans frangit uires & corda fatigat.
Deniq; ut expediã paucis/gens martia galli.
Aſt itali galli atq; itali.nec fortia ſolum
Corpora & arma ferũt/ſed corda ſagacia/& artẽ
Ancipitẽ longoſq; animos onus omne ferentes.
Hæc eſt illa quibus rerum ditione potita
Extulit excelſum caput uſq; ad ſidera Roma
Sic pœnos/ſic hiſpanos ſic gallica regna

Sic etiam ſe ſe ueteres domuere latini.
Sic ueneti mare ſic terras.fert gallica nobis
Corda lygur ſimilis.ſi ſe cohiberet & arma
Indiuiſa ferens mature in bella uenirēt:
Fortior eſt ueneto:maioraq; regna teneret.
Hæc ſeu ſint opus aſtrorū: ſeu munera diuum
Arbitrio pendēt alieno:humanaq; non ſunt.
Cædendū eſt.patrios melius ſeruare penates:
Et trahere innocuum tranquilla per ocia tēpus
Gloria magna ſatis: ſat magna potētia gallis.
Vidimus italiam: calabros poſſedimus.ultro
Iam nobis:ne ui eiecti uideamur:eundū eſt.
Talia rex.procerū:quis regalia longe
Dicta probent:animus tamē it ſublimius.audent
Decertare iterū:& clauſis ſuccurrere gallis:
Ac tentare uias omnes.data cura Triuulti
Suppetias nouaq; obſeſſis alimenta ferendi.
Ipſe animis ipſe arte potens:ex milite lecto
Agmina componit duo magna ac fortia noctu
In tenebris.uno annona atq; armēta uehuntur
Bucera poſtico tacite immittēda:tumultum
Dum mouet atq; hoſti curſu ingruit ipſe citato:
Dumq; improuiſis turbat congreſſibus hoſtem.
Ipſe aliud ducens dubiæ ſub lumine lunæ
Frigida dum mediam torquerent ſidera noctē:
It penetrans omnes oculis atq; auribus agros.
Cognita res urbi:miſſoq; ſatellite ciues
Ac galli admoniti pulſa per mane ſagitta
Adiunctas portante notas.uigilatur in armis:
Et taciti ſignum expectant:quo tota iuuentus
Egreſſura hoſtem ſubitis ſemel opprimat armis.
At neq; Franciſcū potuit fraus iſta latere.
Nāq; uigil noctis per ſūma ſilentia uiſus
Eſt audire pedum ſtrepitus.in humūq; uolutus
Aure ſolo admota ſenſit uenientia longe
Agmina:quadrupedumq; ſonū.ueſtigia torquet
Concitus:& tacite armari iubet omnia caſtra.
Mox qua murmur erat:multa inter millia primus
Ingreditur reſonante tuba.nocturna per arua
Fulminat horriſonus clangor.perterritus hoſtis

Dum properat dare terga fugæ/deſerta repente
In mediis armenta agris prædanda relinquit.
Prima dies ualuis iam cœlo albebat apertis/
Cũ Mantoa cohors bobus ditata redibat
Vociferans: Turcũq; ſonans clamore per umbras.
Grex immenſus opem gallis laturus/& alta
Plauſtra onerans congeſta ceres gaudente tumultu
Ducitur:& mixtis hominũq; bouũq; remugit
Vocibus omnis ager.fraudata nouaria tantis
Auxiliis moeret:ſuaq; infortunia plorat.
Cœperat abſumpto gallos intrinſeca uictu
Anguſtare fames:nec ſpes erat ulla ſaluris.
Interea primis procerũ ſummatibus ipſi
Ductori ante alios obſeſſi in mœnibus hoſtis
Dux uenetũ tanta eſt generoſo in pectore uirtus/
Aſſidue bis luce dapes mittebat in urbem.
Vuulgus inops poſt dura obiens ieiunia paſſim
Funeribus crebris exportabatur in horas
Amplius:effoſſis nec iam delubra cauantur
Plena ſepulchrorũ tumulis.epulanda uolucrum
Atq; canũ gregibus ſacro ſine honore feruntur
Corpora ad extremos urbis loca olennica fines.
Turba fameſcentum/uiſu miſerabile/ab hoſte
Ore cibum exangui mendicatura ſubibat
In ſummos murorum apices:& culmine ab alto
Clamabat moritura dapes.pleriq; feruntur
Dum clamant ſpiraſſe animã:ſummiſq; ruiſſe
Mœnibus :& duplici quaſi morte in fruſta cadendo
Diſcerptos fudiſſe utero inteſtina ſoluto.
Pallida uix hærens genibus.languentia ducens
Exili uix uerba ſono uix faucibus hiſcens
Dira lues urbẽ miſeram p̃mit.omnia langor.
Omnia luctus habet:tenet omnia mortis imago.
Iam ſua deluſi ciues conſulta fatentur
Vana palã.tota in Cacios a plæbe refertur
Omne ſcelus.tota urbs cacios cauſatur acerbis
Irritata odiis.Caciis autoribus urbẽ
Omnigenis pollẽtẽ opibus tot triſtia paſſam
Fata ferunt.atq; aſtra ſibi contraria dãnant.
Heu miſeros hominũ caſus/heu ſidera genti

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Læua nimis:cum ferre iugum uel obire neceſſe eſt.
Dux uenetũ turbam inſonté miſeratus in alta
Mœnia iactari ad miſeros aliméta iubebat
Aſſidue.proiecta manu poſt pabula miles
Talia uociferans dictis urgebat amaris.
Quæ uos inſani quæ uos deméntia ciues
Impulit a ueteri patrum diſcedere ritu?
Sforciadisq; leues ducibus præponere gallos?
Nulla iugi grauitas itali tam ſæua uideri
Debuit/ut genus hoc hominum tam mobile & exlex
Præficeret uobis.Ite/& iam fidite gallo.
Carolus ingrediens italos miracula ſecum
Vexit:& ambroſiæ ſuccos ducebat olympo.
Nunc opus eſt.nunc prodigiis cœleſtibus uti
Tépus:ad obſeſſos ueniens aliméta miniſtret.
Vos diuina opera experti:uos libera tandem
Colla iugo ſubduxiſtis:iam uiuite læti/
Securiq; famis duros contẽnite cenſus
Principis inſubrum:atq; italoſ damnate tyrannos.
Iam ditati omnes/iam libertate potiti.
Talia cũ lachrymis ciues audire coactos
Tœdet:& aſpectum ueritus pudor obiurgantũ
Vultu ærumnoſo axillas premit/ac leuat armos.
Maximus inſubrũ ductor Lodouicus ut omnes
Cópoſuit populos/& regna lyguſtica/tandẽ
Lætior a grauibus curis ut ab æquore quódam
Impacato animum reuocans ſe in caſtra recepit
Cũ conſorte thori:ſeſeq; imiſcuit armis.
Nec minus aduentu ducis ẽ gauiſa iuuentus
Martia/q̃ tellus:cũ iam uenus aurea tauri
Cornua uere ſubit/cum culta uirétia ſurgunt
In ſegetes:campi in flores & paſcua/ſyluæ
In frondes in carmen aues/ſtudiũq; futuræ
Prolis in ardorem ueneris genus omne animantum.
Cũ duce mantoo gradiens examinat urbem:
Munitos mira arte locos/mira arte uiarum
Arcibus impoſitis aditus & milite clauſos
Admirans opus omne probat.ſed caſtra ſuorum
Cogit:& ex caſtris fieri iubet una duobus.
Sic monuit bellona ducẽ:quæ præſidet armis.

Q uæ pacē bellūq; regit.ne gallicus hoſtis
Audeat in totum/quod tempore forſitan ullo
In partes auſurus erat.Prudentia rebus
Excubat in dubiis:& qua impendere periclum
Suſpitio/loca diſpoſitis cuſtodibus armat.

LIBER TERTIVS.

AM grauis autūno fugiēs cōceſſerat æſtas
i Et libræ ſuga ſūma tenēs auratus Apollo
Fecerat æquales tenebraſq; & luminis horas
Cū deus æq̄nimi moderans regna oīa cura
Marcum ad ſe Ambroſiūq; uocat:duo magna ſenatus
Lumina cœleſtis:genua inclinata caputq;
Submiſere ambo ante dei ſublime Tribunal:
Attentiſq; ſilēt animis:atq; ore ſupino
Imperium patris expectant.Tunc talia fatus.
Ite citi.Eſtigenæ deſcendite ad herculis alta
Mœnia/quæ triſida circū Padus ambulat unda.
Atq; meo mandata duci mea nomine ferte.
Pax mihi cura/odio rixas & triſtia ſemper
Bella habui:Q uidenim bellū niſi miſſa per orbē
Publica tempeſtas.duræq; licentia mortis?
Ergo eat:& generos regi:galloſq; latinis
Conciliet:miſeraq; onus hoc depellat ab urbe.
Sic ait:& læto nimbos ac nubila uultu
Diſcutiens mœrentē oculis hilarauit olympum.
Iuſſa capeſſentes diui penetralia tecta
Principis inuadunt ineunte ſilentia ſomno
Ipſe in ſōnis adhuc cano uenerabilis æuo
Regales animo curas & mœnia magno
Extendenda ſinu ſecum uoluebat in umbra
Noctis:& ingenio metans opus omne iacebat.
Hoc animaduerſo diui ueſtigia torquent:
Et ſomni petiere domos.In uallibus altis
Tecta umbroſa cauo ſub monte humentia triſti
Aere calligant tacitaq; abſcondita nocte.
Letheis egreſſus aquis a limine riuus
Labitur:& tenui crepitans ſonat unda ſuſurro
Totus hyoſciamo campus uiret/ omne cicutam

Sponte ſolum pariens ſub olenti abſconditur umbra
Tota papauenbus fruticans humus:undiq; gramen
Ignea purpureo quod ueſtit grana cucullo.
Antra interna dapum fumos hallantia pingues
Naribus applaudũt:nidor ſpũmantis hiachi
Quo ſolet october cum muſta recentia magnos
Vndauere lacus cellas implere falernas
Spirat odora ferens uenientũ nubila ad ora.
Ipſe oculis captus ſurdaq; inſenſilis aure
Obſcurũq; caput nigro uittatus amictu
Molle ſuper ſtratũ ſedet:& uix languida ſomnus
Ora regit:uibratq; alterno tempora nutu.
Stant circũ formata modis inſomnia miris
Mobilibus formis ueros imitantia caſus/
Et uarios rerum euentus/uocéq; ſonũq;.
Pingere docta:nihil terris ereboue ſub alto
Nil pelago/nil cælo ipſo/quod fingere noctu
Non ualeant:miſcent ueris mendacia:uelant
Inuolucris/ubi deſudet cananæus.Ioſeph.
Huc igitur diui ingreſſi ſparſere per antrum
Lumen:& ambroſius tali ore ſilentia rupit.
Somne quies hominum blandiſſima: ſõne animantiũ
Inſtaurare potẽs animos & languida mẽbra
Huc ades:& tecũ duc Morphea formipotentẽ
Qui ſimulare deũ ſciat:Effigenãq; docere
Pauca ducẽ.Petat inſubres:regéq; latinis
Conciliet. Tu perſonas doctiſſime Morpheu
Naua opus hoc/totãq; adhibe(Deus imperat)artem.
Sic pater.Aſt illi ſumptis pernicibus alis
Se inſinuant thalamis:ſpargũtq; cubilia ſucco
Tota ſoporifero:mox miſſa ad tẽpora uirga
Fert ſimulachra ſopor curis agitata diurnis.
Atq; animũ blande expulſum de ſenſibus intra
Corda abigit palpans oculos/& pectora mulcens
Nec mora:ſubgreditur/mentiſq; p atria Morpheus
Scænã aperit:monſtratq; deũ mandata ferentẽ.
Et iam ſigna nouus faciens ad prima ſonabat
Sacra dies.Dux euigilans procũbit ad arã
Supplicibus diuos uenerans & numina uerbis.
Mox iter aggrediens inſubria regna ſubintrat

Et tandem a generis ſoléni in caſtra receptus
Lęticia curas aperit:pacéq; ſecūdat
Dulcibus alloquiis ac maieſtate paterna
Sic referens:ſi quando armis uenit uſus oportet
Eſſe breuē.Q uia relligio non regnat in armis
Nō pietas:non iuſticię reuerentia:non lex.
Templa ſilēt:agri arreſcunt:fora mercibus orba.
Cunta tenet mors atq; fames.Et erimnyes orbem
Depopulatę implent animis pereuntibus orcū.
Adde quod inſontes primi rapiuntur.& omnis
Innocuos metit iſte furor.finite ire nefandam.
Hanc rabiem ſtyge progenitā Plutonis alūnam.
Talibus ad pacē ſenior pręcordia flectit:
Atq; deo ducēte animos & corda regente
Gallū adiens eadē memorat:pietate ſenectam
Suſtinet:ire uias iterūq; iterūq; redire
Non graue:ſic tandē immanes compeſcuit iras
Regnaq; ſublato fecit concordia bello.
Cōueniunt igitur Galli cū ciuibus illinc.
At ſocer & generi uenetis cū patribus iſtinc.
Sanctaq; legitimo ueniunt in fœdera ritu.
Vrbs obſeſſa Duci Venetum: quia fidere ſoli
Poſſe putat:ſeſe rebus uitęq; ſalutē
Pacta dedit.Capta gallus diſcedit ab arce.
Arx genuę imenſum late quę proſpicit ęquor
Colle ſedens: gallis:fuerint ſi forte reuerſi
Ante annos in bella duos:tradenda ſequeſtro
Linquitur Eſtenſi:genero mox tēpore lapſo
Sforciadę reddēda.ſacris ſolénibus icta
Fœdera:& inſubres ita pax uulgata per oras.
Dū circū ardentes aras pleno ore ſacerdos
Intonat & pacē celebrat clamoribus altis
Dulce erat auſoniis:gallo illętabile & atrum
Cernere quę noſtri myſtę ornamenta ferebant
Omnia gallorū exuuias prędāq; fuiſſe
Hoſtilē:& ſpolia ex campis tarrenſibus acta
Iam gallis impune itali gallıq; latinis
Mixti alacres ſermonē ineunt: cōmertia tractant:
Longaq; perpeſſi recitant incommoda martis.
Ipſa autē tacito crimen confeſſa rubore

Accipit inſubres/aperitq; nouaria portas
Flebiles abſumptis opibus/maiore ſuorũ
Vi/ famis & ferro/miſſa iam parte ſub orcũ.
Vrbs antiqua ſedet mediis uberrima campis/
Q ua uehit a gelidis montanũ uallibuſ amnem
Setia Vercellæ Euſebii ſacro inclyta buſto.
Huc ſua gallorũ princeps contraxerat arma
Obſeſſe laturus opem niſi fata negaſſent.
Aſt ubi uiſum aliter ſuperis/ reuerenter olympo
Cædit:& in patriã italia parat ire relicta.
Sed tamen ante ducẽ Venetũ/quia fortia facta
Viderat/& iuuenis bello inſuperabile pectus/
Cernere & affari coram cupit:omnia uirtus
Vincit:in ipſo etiã grata eſt & amabilis hoſte
Nec minus auſonii tanta ditione ſuperbum
Regem omnes uidiſſe optant:quẽ uincere quondan
Spes uel nulla fuit/uel certe infirma Iannis/
Iam uictis bello calabris/& Aragone pulſa
Ad ſiculas procul uſq; domos. Gonzagius ergo
Cũ uenetis ductor patribus cũ milite multo
Regem adit:& magno ſubeunt in mœnia luxu.
Audito ducis aduentu ſtudioſa uidendi
Cõfluit urbs/uelut antiqua ad ſpectacula Roma/
Cũ ſeu circenſes curua gladiator harena
Luderet/oedipoden ageret ſeu Roſcius alto
Ore ſonans humiliue procacẽ Thaida ſocco.
Perquirunt heroa oculis:ſtant omnia in unum
Lumina fixa Ducẽ uenetũ:mirantur & ora
Martia/& arma uiri late rutilantia/& altum
Q uadrupedẽ ſpirantem iras/& bella minantem
Auribus arrectis: & anhellis naribus hauſtũ
Aera ſpargentẽ ac tanto ſeſſore ſuperbum.
Ipſe quoq; ingenti ueniens Rex agmine contra
Affatur læto ore omnes:ſed totus ab uno
Pendet:& unius mouet altam gloria mentẽ
Principis antiquæ Mantus:iuuenẽq; tuetur
Altius/admirans pectus/forteſq; lacertos.
Horreſcitq; uidens:nec adhuc mente excidit alta
Bellũ atrox:nec adhuc penitus formidine liber
Vix audet conferre gradum/ſimiliſq; uolucri

Quæ compreheſa ſemel curuos ſi euaſerit ungues
Vulturis/effigiẽ quotiens prædonis & ora
Viderit antiquæ redit in ueſtigia curæ.
Attamen alloquitur:prehenſumq; in regia tecta
Ducit:& hic uultu iuuenem compellat amico.
Dic age:dic Italæ princeps fortiſſimæ gentis
Quis mihi/ſi in bello atroci tum forte fuiſſem
Agnitus ad Tarrũ quis erat neq; uera fateri
Tœdeat euentus ſquæ ſors ſRex maxime gallũ
Ductor ait:non me impietas hæc miſit in arma/
Non auri/non cædis amor:ſed gloria rerum
Maxima:& italidũ uitæ decus anteferendum
Eſt uiciſſe ſatis:nec te ſors ulla manebat
Aſperior / q̃ uictum eſſe/& certamine captum.
Sic iuuenis.Tũ Rex quid me iuuat eſſe potitum
Italia ſine te Dux inuictiſſime ſ ſolus
Tu expugnandus eras nobis:ſic omnia tecũ
Expugnata forent:magnas penetrauimus urbes/
Vicimus aereas arces:ſubiecimus Aliæ
Parthenopes regnum.uictricia ſign a per omnẽ
Miſimus Italiam/ donec tua maxima uirtus
Fulta deo freta ingeniis & grandibus auſis
Neſcio qua noſtris uenit contraria rebus.
Viue igitur:galloſq; tuæ primordia famæ
Inclyta ne tantis poſthac preme cladibus oro.
Neſcio quæ mentẽ mihi uis mouet:atq; futuri
Præſcia corda facit:cogor tibi pandere fata
Importuna:feret labem tua gloria falſam.
Liuor enim:poſtq̃ uenetos abſoluens omni
Marte/graui te dente premet:uulnuſq; ſub altũ
Pectus agẽs caſu te ſollicitabit amaro.
Sed tua ſancta fides nunquam uicianda locabit
Te in ſolido:tua te in melius fortuna repẽte
Transferet:& magnis animis fata aſpera uincens.
Rurſus ubi gallis uenetos regnator olympi
Iunxerit:& ſubito mora atq; cydonia mala
Deciderint lapſu / tua regna libantia galli
Quos modo perſequeris/de tempeſtate reducent
In portum:& magno ereptũ mœrore fouebũt.
Qui me cũq; ferent/q ſic mortalia caſus

Omnia ſubuertunt:quæ me loca cũq; tenebunt
Dũ dabit his auris ueſci deus/omnia tecum
O decus Italiæ communia ſemper habebo/
Regna etiam:rebuſq; tuo nutu utere noſtris.
Talia commemorans miſſis ad colla lacertis
Oſcula dat/fletuq; ducẽ dimittit oborto.
Rege triumphato Franciſcus & urbe recepta
Lætior in patriam uictricia ſigna ferebat
Per laudenſe ſolũ per diuitis arua Cremonæ/
Cum nouus inuaſit mentẽ labor:ocia uirtus
Odit:& ambit opus:uireſq; acquirit agendo.
O mihi/ſi regno gallos arcere ſicano
Secũ ait:atq; nouum partæ decus addere laudi
Hoc quoq; contingat:tuaq; Auguſtiſſime regum
Ferrantes grauibus regna exonerare Tyrãnis.
Talia Aragonio iuueni deuictus amore
It meditans:toto calabrum iam pectore martem
Concipit/atq; optans iterũ ſudare ſub armis/
Atq; tubas audire iterũ:concurrere rurſum
Sub clypeo rurſum hoſtiles aſcendere muros/
Grandibus ardeſcit curis generoſa iuuentus.
Nondũ facta quies:& iam pudet eſſe quietum.
Delectat ueſtiri armis/ ferrugine tingi/
Ferre haſtile manu:paciq; aſſueſcere neſcit.
Ignauas pudet ire dies/& inertia noctis
Tempora pertеſus uigilat:forteſq; recenſet
Ore uiros:memorat pugnas atq; inclyta facta
Q uod ſomno indulget bellũ eſt:uidet ire cohortes.
Curat equos:tormenta locat:ruit oppida & arces
Fulminat:Et ſenſu belli ſtudioſa ſepulto
In belli mens uota redit:curaſq; diurnas
Excitat:a ſtudio lucis ſata ſomnia ſurgunt.
Iam loca ſortitus diuerſa per oppida miles
Iuerat:ipſe ſuam uictor deſcendit in urbẽ.
Nec mora ciuiles coniunx Iſabella cateruas.
Lætauiri aduentu longis equitatibus ante
Ire iubet nitidis in ueſtibus:ipſa ſuperbo
Inuehitur curru:niueiſq; iugalibus acta
Inter mille nurus gaudet:ſimiliſq; Dianæ
Cũ noua ſtellanti micat inter ſidera nocte

Dulcia regali ſcintillat gaudia uultu.
Serica ab intexto gratum decus accipit auro
Inſtita. Collectos crines hiacynthina nodat
Tænia & electro ſimilis ſubit aurea uertex
Retia. gẽmaꝗ rutilant a fronte corymbi
A iugulo ex humeris totuſq́ in pectore. Gãges
Ardet. Erythræi ſplendor cythereius orbes
Colla ligant: ſinus aſſyrios exhallat odores.
Virgo opibus tantis & tali ſplendida luxu
Vincit opes oculis: cultuſq́ abſconditur ore.
Iuncta dioneæ grauitas iunonia formæ
Tentatura Iouẽ, molli per lactea membra.
Maieſtate fluens occultũ inſeminat ignẽ.
Palladiuſq́ pudor ſancti cuſtodia fraudem
Non paſſura Thori circũ præcordia ſemper
Viuit. & obſcenis facit inuia pectora curis.
Circũſtant oſtrati equites: atq́ agmine magno
Vndiq́ cincta uiro uenit exhibitura triumphũ.
Mutua congreſſu primo dant oſcula: & agmen
Alterno clangore tubis præeuntibus altos
Subgreditur pontes. audit lacus æquore lato
Vndiq́ plaudentes populos, alteq́ ſonantem
Lætiam: ſic uictor init ſua mœnia princeps.
Impetus inſubres poſtq̃ mauortius agros
Deſtituit, gallos qui regna oppreſſa tenebant
Rex nouus ut longe patriis arceret ab oris
Ad uenetum confugit opẽ: uiſa iſta saluti
Sola uia eſt: etenim toto munimina regno
Fortia campanis Rex cum diſceſſit ab oris
Conſtituens, aditus hoſti ꝑcluſerat omnes
Nec niſi conducto Venetum molimine & armis
Vis ſoluenda fuit: prima iſta potentia rebus
Præſidet auſoniis: ipſi moderamina belli
Ipſi pacis habent ſoli, telluris & undæ
Lora regunt: inuita etiã fortuna ſenatus
Ad ueneti conſulta uenit: aliumq́ ueretur
Cenſurãq́ ſenũ: pudet attentare ſub ora
Sancta patrum quicq̃ leue: ſed matura ſecũdat
Cõſilia: a nutu uenetum uictoria pendet.
Hoc animaduerſo iuueni cũ mœnia primum

In ſua peruenit: ſancti implorare ſenatus
Extéplo uiſum auxiliũ.pactuſq; daturũ
Se ſatis impenſæ armorũ belliq; gerendi
Q uattuor æquoreas uenetis oppignorat urbes.
Cauti ergo iuuené caſtris opibuſq; iuuandum
Suſcipiunt:rurſum aſſumptis exercitus armis
Cogitur ære dato:rurſum Gonzagius heros
Suſcitat ingentes animos:& martia rurſum
Inſtrumenta parat:bellatorũq; recenſet
Omne genus:litui redeunt/& claſſica cantu
Belligero reuocant pugnas:& bella reſurgunt.
Ecce iterũ bellona fremens grauat ægide pectus
Loricata ferox :& acuta reſumitur haſta/
Ac reſides negat eſſe uiros/in idonea laudi
Tépora reſtitui/ gaudet Gonzagia proles :
Ante tamen q̃ tendat iter/peregrinaq; longe
Arua petat/uenetos ardens inuiſere patres
Cogit amor/notiſq; fideſ ímerſa medullis
Ergo adiens magnam paucis comitantibus urbem
Improuiſus adeſt:famaq; citatior omni
Ac ſua tecta petit per opaca ſilentia nigræ
Noctis:ut ante dié properans ad principis alta
Atria ſi qua ferant patres mandata/ capeſſat:
Secretoq; abeat.Sed mox uulgata per omnes
Fama locos:ardent ciues ducis ora tueri
Victoréq; uidere uirũ:qué gloria uicto
Bis iam/magna facit notũ uſq; ad ſidera gallo:
Gallo inq̃ qui inuictus erat :qui uicerat omnem
Auſoniam:qui trinacriæ iam regna tenebat.
Ergo omnes paribus uelut ad miracula quædam
Maxima concurrunt ſtudiis/iuueneſq; ſeneſq;
Fœmina/uirq; ſimul . uix prima aurora rubétes
Protulerat uultus:cũ iam plena atria patrum
Mane ſalutantum :uulgiq; ad limina murmur
Prima ſonans : tandé dux expectatus ab omni
Plæbe uenit:patrũq; graui comitante caterua
Et populo ſeſe circũ glomerante per urbem
Incædens diui ingreditur templa ardua marci.
Cõtinuo princeps ut res innotuit/altis
Deſilit é tectis properans :& ad ima repertum

Limina protenſis lachrymans complectitur ulnis.
Feſta urbi fuit illa dies: ſpectacula ductor
Ipſe fuit: populi patrũq; in corda receptus
Intima. perpetui cui decernantur honores
Dignum omnes, nec ſe meritis ſatis eſſe fatentur.
Nec mora: de rebus longo ſermone gerendis
Ante habito dape mox ſumpta cum nocte cubandũ ẽ,
Ipſe ſuper fluctus abiens, uolat æquoris altos:
Atq; ſedens in puppe regit: tellure potius
Scandit equos: uolucriq; petit ſua mœnia greſſu
Inſomnis: lacedæmonio durata iuuentus
More, poteſt onus omne pati: uitæ aſpera uires
Diſciplina facit ualidas: & ad omne laborũ
Mẽbra genus ſolidans iuuenes accõmodat armis.
Vt rediit, geminos uocat in conclauia fratres
Siſmondũ Iannũq; pares ut origine & alto
Sanguine: ſic magnis animis & amore perẽni,
Conſortẽq; thori: demũ ſic ore loquutus.
Arma uiros ut penſa nurus & fortia ſemper
Facta decent: ſed tum tamẽ amplius, ignea quãdo
Vis mouet ardentis creſcentia corda iuuentæ.
Tũ moliri opus eſt, quæ collabentibus olim
Viribus effœtæ ſint cõmemoranda ſenectæ.
Illa recædentis uitæ pars ultima tranſit
Minus exacti quotiens reminiſcitur æui
Eximiã laudẽ, & uiridis decora ampla iuuentæ.
Hæc me cauſa adigit tot adire pericula martis,
Ducere tot ſub ſole dies, ſub ſidere noctes.
Vos fortuna quibus diſpar ſed gloria forſan
Non diſpar: nec enim egregiis ſine laudibus unquam
Publica res bene recta domi: cõmunia regna
Cõmunẽ ſeruate domũ: tria pectora in unum
Cõſpirate bonũ: uobis mea debita: nobis
Veſtra fides: ſi me reducẽ poſt bella reuerti
Fata ferent reliquos ſine marte quietior annos
Vita dabit: quando Gallíſ iam parta fugatíſ
Pax erit Italiæ: tunc una & uiuere longoſ
Et gaudere dieſ faſ: & caneſcere in unum:
Ac ſimul in noſtríſ finire penatibuſ æuum.
Sic ait: & lachrymanſ ſacra ad ſolemnia tẽdit.

Et longũ ante aras genua inclinatus adorat .
Caſtrorũ pars prima uias inuadere longis
Cœperat ordinibus:ueniẽs cũ nũcius urbẽ
A ferrante ſubit,magno qui regia portat
Dona duci binos equites:quibus ardua ceruix,
Frons albis ſtellata notis:iuba candida in armos
Vſq; fluens:& corda toris animoſa ſuperbis.
Thracem enſem,Thraces arcus,Thracẽq; pharetram
Cũ iaculis:Galeã nitido leuore micantem
Criſtatam:qualẽ pro libertate ſolebat
Ferre quirinalis romana in ꝓlia conſul .
Et thoraca grauẽ ſquãmis fulgẽtibus: aureis
Marginibus:quã bilbilico faber imbuit ãne
Celtiber infundens operi impenetrabile robur .
Adiunxitq; decus uarium ſignata figuris
Pectora:ut Alfonſus ſoluẽs ab aragone claſſem
Nauigat ad Calabros:ut iapygis arua ſubintrat.
Vt potitur ſceptris:ut captæ ꝑſidet urbi.
Addidit & fati ſignũ:cũ ſtella comãti
Sidere longæuo ꝑdixit funera Regi.
Ferrantes in bella uenit poſt fata parentis
Stant acies:ſtat conferta ſub caſſide miles
Pugnaturus:eunt pedites ad tympana ducti.
Vendicat imperium:& ſolio ſublimis ab alto
Iura dat:& longa populos in pace gubernat.
Romani Rex ante patris ueſtigia ſeſe
Curuat:& innectit ſũmus diadema ſacerdos.
Alter ut Alfonſus nato noua regna relinquat
Exul:ut in ſiculis incurrit fata latebris?
Vt mare ferrantes iuuenis legit:utq; ſilenti
Nocte ꝑmens Gallos eſt in ſua regna reuerſus .
A tergo ſtat tincta lacu pulcherrima Manto,
Ceruleusq; amnis crebro uada uortice torquet.
Accipit exultans heros regalia dona:
Et picto in thorace ſinum ſine imagine cernẽs
Dic ait o præſtans qui regia dona tuliſti
Nuncie dic,niſi res incognita ,defuit arti
Copia?an hoc potius fortaſſe induſtria fecit,
Eſſet ut id ſpacii ſignis & imagine nudum?
Ille ut rem ꝑdoctus erat,cupiduſq; rogari

Id uacuum non caſus ait, nec inopia inertis
Artificis: ſed ferranns ſolertia fecit.
Hic tuus o princeps locus hic tuus: hic tua poſtq̃
Egeris e regno Gallos uictoria ſedem
Ponet: & ipſe inter reges ſignabere noſtros
Sic ait: & membratim educit cætera capſis
Tegmina picturæ uariis inſignia formis.
Brachia thebani pingit labor herculis. hydra
Atq; molorchæus dextrũ leo: dura ſiniſtrum
Vincla bouis: tractuſq; erebo canis ore trifauci.
At femore in dextro lapytæ: & centaurica bella.
In læuo meleager aprum tranſuerberat haſta
Crura tenent ſatyri: uenus hinc cubat: inde cupido
Sopita ceruice premẽs arcum atq; pharetram.
Iamq; iter ingreſſus ſoceri ducis arua tenebat
Iuncta pado: ſubit hoſpitio ſuſceptus in amplis
Porticibus: magnoq; ineunt conuiuia luxu.
Aſt ubi liberius menſis fandi hora remotis
O pater unde inquit ſiculi diſcordia regni
Hæc tam dira uenit? quid tanta incendia belli
Suſcitat? ut galli hiſpanis hiſpania gallis
Antiquis inter ſe odiis certamina uerſent?
Tũ ſenior. pars Italiæ quæ uapulat undis
Auſoniis infra: ueneti maris æquore ſupra
Quod non paſſa iugũ? Nulla eſt quæ pluribus unq̃
Seruierit dñis: ſeu barbara regna tueri
Seu romana uelis regio. tam mobile nuſq̃
Cernere erit: qua magna patet terra undiq; regnũ:
Græcia: ſi qua fides priſcis annalibus: arua
Illa habuit primũ: moreſq; & mœnia fecit.
Teſtantur Diomedis aues: quas uidimus ipſi:
Hoſpitibus ſolitæ grais applaudere tantum.
Inſuper Auſonii ueteres a pignore Olyſſis
Auſone: quẽ profugo peperit famoſa Calypſo:
Dicti olim: ſors hæc longos imota p annos
Viſa illis fixiſſe locis ueſtigia. uerũ
Omnia deſtituunt labentia tẽpora: rurſum
Omnia reſtituunt: uariatq; alterna uiciſſim
Cũta negans hominũ rebus fortuna quietẽ.
Romulidæ graios hinc exegere: latinos

Pœnus:ab antiqua ueniens Carthagine quondam.
Pœnum Italus rurſum.poſt plurima ſæcula ab arcto
Immanes uenere Gothi: gentemq; latinam
Euertere:Gothos Grai certamine longo.
Rebus in humanis tanta inconſtantia:rurſum
Paſſa diu tellus arabes plebemq; libyſſam
Præda fuit ſaracenoꝝ:Numidum:& Naſamonum.
Gens ea cruda trahens ſine lege & numine uitam
Sacrilegam temere auſoniis ſe infuderat aruis
Vndiq;:tum nullus templis honor:impia uulgi
Barbarici improbitas diuis illudere paſſim
Cœperat:& delubra uſu inceſtare profano.
Id prohibens illa qui tempeſtate tenebat
Regna ſacerdotum genus id molimine magno
Expulit:& poſthac illos inuadere campos
Non eſt auſus arabs.ſed nec tamen illa quierunt
Regna:ſubintrarunt galli:uenere lemani:
Panonii:hiſpani:nunc hos:nunc pertulit illos
Fortuna inconſtans:longum eſt certamina longum
Enarrare uices.Tandem regina diebus
Ianna meis ſine prole:opibus belloq; potentem
Arrogat Alfoſum.iuuenemq; in regna receptat
Ipſe quoq; indulſit ſummus data regna ſacerdos
Borgius excluſis gallis: & pendere cenſum
Imperat:iſta autem grauiter galli acta ferentes
Ante pium Enæam ingentes mouere querelas
Vrbe tua quondam:memini:pius ore diſerto
Reppulit inſtantes gallos:ac cædere iuſſit.
Illi indignantes in idonea tempora ſeruant
Hanc tantam molem iraꝝ:quam Carolus iſta
Tempeſtate uidens ortum inter ſſortiadaꝝ
Regna:& aragonios bellum:eſt effundere adortus.
Hunc ignem exagitans italas erupit in oras
Impete cum tanto:mouitq; a ſedibus imis
Regnum:urbes:populos:Piſas abſoluit etruſco
Imperio:noua ſubuerſis Florentia rebus
Conſilia inuadens:medicum genus egit ab urbe.
Tum forte extincti ducis eſt tranſlata poteſtas
Sfortiadæ in patruum generum mihi triſtis arago
Tam miro uerſata modo mirabitur olim

Iſta uolubilibus tot rerũ euentibus acta
Poſteritas: noſtri caſus cũ perlegit æui
Tam uarios/tam præcipites. Tu cætera Ductor
Quæ peperere tibi ſũmũ decus/omnia noſti.
Sic ſocer: Et fandi finẽ nox humida fecit.
Vix nocturna dies oriens abſconderat aſtra
Cũ phathonteæ propter uada longa paduſæ
Caſtra mouens Ductor celeri petit æquora greſſu.
Iã paludoſæ ſuperans pinneta Rauennæ
Venerat alpini paruũ Rubiconis ad amnem
Cũ ſubiit mentẽ cæſar/ reminiſcitur auſus
Tã fortunatos/tantiq; exordia belli
Accuſanda: niſi forſan deus illius autor.
Autorẽq; deum facti concludit: & alto
Corde putans diuum occultos intelligit orſus.
Nãq; uolẽs dare uenturis primordia ſæclis
Cæſaris ambiguã mentẽ deus omine certo
Firmauit: iuſſitq; amnis confinia rumpi/
Quãdo uir ignotus correpta claſſica concha
Acdidit: atq; tubas inflans ueſtigia in undam
Miſit: & ingenti perterruit æquora bombo.
Hæc meditans carpebat iterniamq; ardua montis
Culmina: & Vrbini aeream ſcandebat in arcẽ
Cũ ſoror occurrens cliuoq; ſororius alto
Deſiliunt in equis: & magno in mœnia ductũ
Agmine ſuſcipiunt tecti regalis in aula
Picturis ſplendente nouis: ubi Tarrus & omnis
Pugna illa imenſum fama iam nota per orbem.
Ipſe inter gallos ſeſe legit: & ſua cernens
Facta animos leuat/ & magnis mens æſtuat auſis.
E regione decus gentis Federicus & ingens
Gloria monſeltræ nitidis circũdatus armis
In uolaterranas rupes conſcendit: & urbẽ
Diripiens tyrrhena iugo uidet æquora ab alto.
Nec procul aonides per prata uirentia nymphæ
Florea ſerta legunt propter cephiſidas undas.
Et Guido in mediis Baldus puer/indole magna
Diſcit apollineos cantus/ & carmina pangit
Ad numerũ. Mauors puerum cũ pallade ab alto
Reſpicit: & grandes animos inſpirat & arma.

Nec poſt magna chori Triuiæ interualla ſequuntur
Virginei: Dryades: & Oreades: atq; Napeæ
Crura cothurnatæ: manibuſq; haſtilia uibrant
Picta: pharetratis humeris: & pectore clauſo
Ad iugulum. Zephyri ludunt in crinibus aureis
Contentuſq; breui cultu decor & ſine fuco
Ora pudiciciam redolentia ferre uiriles
Neſcia conſpectus, pauidoq; aſſueta rubori.
His inſerta choris graditur comes una dianæ
Baldi olim ſubitura thorũ Gonzagia Virgo
Eliſabet, ſociaſq; omnis ſupereminet ore
Tindaridẽ referente: oculis radiantibus inſtar
Luciferi, cum ſe inceſſu per ſidera pulchro
Mane refert: credenda uenus, ſi ſola fuiſſet.
Hæc ubi lecta, dapes ineunt: magnoq; paratu
Importata onerant alacres conuiuia menſas.
Crateres fulgente auro flauentia inundant
Vina cauos: molliq; rubent argentea baccho
Cymbia, & ingentes pateræ & carcheſia ſignis
Aſpera conuiuas hilarant, & pectora mulcent.
Sole dies abeunte cadens inuadere ſomnos
Iam monet: ipſe autem uigilans intendit agendis
Rebus: & ignotos aditus adeundaq; diſcens
Oppida ab indigenis certo iubet ordine caſtra
Sub lucem tutam ire. uiam. Tũ protinus ipſe
Pone ſequens Apœnini iuga præterit alti.
Iam tenei hiſpelli cãpos: meuania tranſit
Mœnia: clitũnũq; greges qui parturit albos.
Fulgineãq; oleis pinguẽ: Iam Narnia celſis
Rupibus incũbẽs: & nar fugientibus undis
In tyberim curſu umbroſo per frigida ſaxa
Linquitur: & ſuperans albentẽ thibrydis undam
Per ſoractis agros Romã deſcẽdit ad urbem.
Aduẽtu lætata Ducis fluit obuia plenis
Roma uiis. Turmatim omnes populuſq; patreſq;
Flumentana ruunt ad limina, Flaminiãq;
Turba frequens onerat. priſcos Tyberina triumphos
Ripa recordata eſt: tyrio cũ uidit in oſtro
Tot flagrare togas: longiſq; incædere pompis
Armatorum acies tantas: uix ſuſtinet arcu

Meluius excelſo pondus peditũq; equitũq;.
Nec iam rauca ſonant arcẽ labentia ſubter
Flumina turrigeri circũ ueſtigia pontis:
Vincit aquas hominũ murmur:crepitantiaq; arma.
Tympana/& hinnitus equitum clangorq; tubaꝝ
Tẽpus erat quo longa noui ieiunia ueris
Conciliant animos ſuperis:oleaſq; ferebat
Illa dies/paſſuri ingens ſolẽnia Chriſti.
Ergo omnes palmis uirides & fronde mineruæ
In cãpũ mauortis eunt/ſtygiũq; tarentũ/
Cæſaris Auguſti cineres ubi fama ſepultos
Atq; iterũ Tyberim ſuperant hadrianica propter
Buſta:ſupercilio montes æquãtia ſeptẽ
Collis in aſcenſu cui dat/niſi uana uetuſtas/
Nomina uagitus:properãs ex arce ſacerdos
Maximus/ac iuuenẽ amplexãs ſubducit in altã
Roma omni exultante domũ:fruiturq; cupito
Iam dudũ aſpectu .ſolidos examinat artus.
Ex uultu/ex oculis/ex filo corporis alta
Corda uidet/ quibus in gallos tã fortiter auſus
Tollit in excelſas ædes:unde omnia Romæ
Cernere fas loca/quæ ueteri ſunt inclyta fama
Oſtendit iuga ianiculi :docet illa per arua
Saturnũ regnaſſe olim:ianũq; bifrontẽ
Colle ſuper uiridi patrios habuiſſe penates.
Monſtrat auẽtini ſurgens in flumina dorſum.
Et phrygiæ quondã matris modo uirginis urbe
In media tẽplũ attollẽs liuentia plumbo
Culmina:& Agripæ ingentes prope tẽpla ruinas.
Et Pallantæũ Euandri memorabile priſco
Herculis hoſpitio:bobuſq; a gadibus actis.
Et Capitolini tumulũ Iouis:& torquati
Egregiã noctẽ memorat:galloſq; ruentes
Tarpeia de rupe:duas ſub monte colũnas
Romuleo:Fora traiani:ueteris amphitheatrũ.
Naumachiæ loca:maioris ueſtigia Circi.
Cœliũ:& exquilias celebres niue & æde ſuperba
Virginis:& thermas:dictũq; a uimine collẽ.
Gallica buſta.lacũ curti:& naualia roſtra.
Mœnia & ambitã muris ac turribus urbem

Tam late:oſtendit bifidũ quæ diuidit amnem
Inſulã:& egregios ſubter torrentia pontes
Flumina:& a teſtis ſortitũ nomina montẽ.
Atq; triumphales qua ſeſe inferre ſolebant
Trans tyberim currus:ductoſq; per aera fontes.
Hæc ubi uiſa epulas adeunt:curaſq; falerno
Diſpeſcente lacus tybrim & maria omnia cenant
Altera luſtrandis animis datur:altera ſeptẽ
Ad delubra dies agit:uidet intereundũ
Arcubus inſcriptos reges monumentaq; priſcæ
Militiæ: tiridatis equos:ſtatuaſq; iacẽtes.
Et moles metarũ altas:obeloſq; minores.
Semirutaſq; domos animũq; attollit ad ingens
Antiquæ decus ætatis:caſtra altera mouit.
Sollicitat Ferrantis amor:deſiderat hoſtẽ
Magnanimũ cãpo audẽtẽ cõfligere aperto.
Vna dies auido pugnæ iam longior anno eſt.
Oppida quo obſideat pacto quo mœnia frangat
Et qua fraude hoſtẽ circũueniatq; p̃matq;.
Voluit iens:& mille animis ſtratagemata uerſat.
Iam latii Romã caput:ouiferasq; uelitras:
Atq; ferentinos lirimq; ſilentibus undis
Flumina uoluentẽ penetrans exercitus oram
Intrat aquinatẽ:ſortitaq; nomina diui
Mœnia Germani ſubiens contraria foræ
Arũa fugit:namq; arua hoſtis forana tenebat:
Nec Mantous adhuc miles conuenerat omnis:
Dux ideo contabundis uigil agmina caſtris
Nondũ integra mouẽs temere nihil audet:& aſtu
Circũſpectus iter magno regit. Vt ſoler auſtro
Perturbante fretũ ſolers in puppe magiſter
Colligere ingenium uegetoſq; intendere ſenſus.
Et caſus metiri omnes:Ita martius heres
It ſpeculans atq; opperiens uenientia caſtra.
Proſpicit ad dextram fluctus:atq; anxuris arcẽ.
Et phrygii ducis Altricẽ Zedoraq; rura
Vndiq;:& eximio paſſim iuga conſita baccho.
Littera Baiarũ:Puteos:liquidoq; calentes
Sulfure cumarum campos:ubi fama gigantes
Fulmine deiectos:ueterẽſq; incẽdia phlegiæ

Facta Ioue ardentes olim iaculante ſagittas.
Iam ſubit antiqua oſcorũ de gente theanũ:
Mox capuam genus etruſcũ capis omine factam.
Hic ubi magnificis dapibus luxuq; ſuperbo
Eſt exẽpta fames: primis cũ ciuibus orto
De rebus ſermone italis in punica bella
Itur: & antiqui fortuna retexitur æui.
Ticini ac trebiæ clades trasmenis acerba
Funera uestitos ramis & ſtramin fluctus:
Pœnorũq; dolos: improuida cõſulis arma
Flaminii: Fabiiq; moras: excita per altos
Fraude ducis libyci taurorũ incendia ſaltus
Cõmemorant Cannas: & precipitata Varonis
Conſilia: & flentẽ procerũ tot funera Romam.
Adiiciunt nullo martis certamine uictũ
Hãnibalẽ dum delicias & mollia ſectans
Ocia languescit: fractũ cõgreſſibus omne
Fœmineis decus extinctũ tanta illa prioris
Gloria fortunæ: quæ de ſudore profecta
Immenſum quaſi ſol radiis compleuerat orbem
His caput imerſit tenebris: hac nocte ſepulta eſt.
Talia dum memorant Petro ducente camertũ
Principe caſtrorum magno pars altera plauſu
Affuit: & gauiſi omnes in mutua ſurgũt
Oſcula: diſcũbũtq; alacres: & pocula libant
Surrectina. cado undantem cratera falerno
Elleuat armorũ exhauſtus ſub pondere miles.
Poſt epulas lætos nox excipit: altera primo
Dum rutilans aurora hyades attolleret ortu
Ad uada Vulturni crebro reſonantia fluctu
Caſtra meant: productæ acies crepitantibus armis
In beneuentanos celerant ueſtigia cãpos
Patruus extẽplo regis Federicus ab urbe
Audito ducis aduentu cum milite multo
Lætabundus adeſt: ductiſq; in mœnia caſtris
Publica cũ magno celebrat cõuiuia luxu.
Atria nec ſolũ & clauſæ in penetralibus aulæ
Luxuriãt epulis: ſed in omnia compita mẽſas
Fert pubes urbana. uias nidoribus implent
Viſcera & exhalant nebulas obſonia pingues.

In uerubus ſolidiq; ſues/ſolidiq; iuuenci
A flãmis in uulgus eunt: ſpumãte caleno
Vaſa natant. Cereris grandẽ penus euomit undam.
Tota dies operas omnes gratanter habendis
Contulit hoſpitibus: ſplendent fora mercibus: aræ
Sacraq; tyrrheno redolent ſolẽnia cultu.
Ipſæ etiam alterno reſpondẽt gaudia turres
Vndiq; tinnitu: lætæq; per aera uoces
Ferrantẽ Turcũq; alacri clamore ſonantũ.
Dux ubi preſſa fames dapibus quod pectore dudum
Voluerat/effari incipiens o Regia dixit
Inclyta progenies tantos experta labores
Aequoris & terræ/belloq; exercita duris
Caſibus: hæc in regna uiã quæ fata dederũt
Tam facilẽ gallis? Curue indefenſa fuere
Oppida tot munita uiris/armiſq; /& opũ ui?
Parthenope in primis: ſedes ubi regia & arces
In cœlũ tam miro artis molimine ductæ?
Talia Dux: ſic contra heros Ferrantius orſus.
Maxime bellorum ductor/cui uincere gallos
Dant ſuperi: & latias armis defendere gẽtes/
Cõtra hominẽ fas eſt homini bellare: nefandũ
Cũ ſuperis: ſic bella monent priſca illa gigantũ.
Si bellũ humana nobis cũ gente fuiſſet
Vel defenſa forent uel non ſine ſanguine multo
Regna ãmiſſa. deus nobis bella aſpera mouit.
At cur/ſcire nefas. tali niſi forte tumultu
Rẽ in melius tranſferre optet: uelut eruta cultor
Tranſportare ſolet pinguẽ plantaria in agrũ.
Sic ſolymæ quondam Ciſæo a ſanguine ſceptrũ
In Dauida tulit. Plerũq; incognita/nunq̃
Mẽs non æqua dei. ſi quando irata tremẽdũ
Infremuit/fert rebus opem: non cogitat iram.
Neu dubites ea bella deũ mouiſſe: putandũ
Altius eſt quo regna modo titubantia galli
Eruerint: ut demũ uti uictricibus armis
Neſcierint: ut mutatis fortuna repente
Conſiliis illorũ omnes cluſerit orſus.
Fama fuit populos dudũ uulgata per omnes
Cui fecere fidem multorum oracula uatũ

Vndiq; uenturā gallorū a ſanguine prolē
Auxilio fultam ſuperū belloq; potentem
Quæ infidos Otomanigenas & barbara regna
Omnia conculcans reparet labentia Chriſti
Sæcula collapſamq; fidē toto erigat orbe.
Carolus hunc ſe credi optans uel forſitan audens
Hoc ſperare decus. magno molimine bellum
Inſtruit, & ſpargi in populos iubet undiq; famam
Thraiciis primū ſeſe intētare ruinam
Mox ſyriæ. ſic fata loqui, ſic numina fari,
Sic turcos quoq; ſic arabes ſic punica regna
Sentire: & rerum finē expectare ſuarum.
Iam metus epiro ingruerat: iam tota lababat
Græcia diffidens armis: & abire parantes
Aeſeda munibant onera ad uectanda moloſſi
Aemathii: Dryopes: locri: ætoli: atq; pelaſgi
Theſſali: Acānanes cū Dardaniis & achæis.
Thraicias Aulone rates audiuimus iſto
Attonitas rumore fugam acceleraſſe per altum
Aduerſis etiam uentis: cœloq; minaci.
Ergo huius belli aiebant ſe quærere regna
Parthenopes galli uelut opportuna parandis
Claſſibus: & patrando operi fuſo undiq; potito
Cōmoda: tā mendax hominum genus atq; doloſum.
Credita res uulgo: pietas laudata: recepti
Intra animos hominū galli. Mortalia corda
(Sic ſuaſi ſic affecti progignimur omnes)
Poſſidet: & toto imperium ſibi uendicat orbe
Relligio. figit leges ipſa atq; refigit
Arbitrio nutuq; ſuo: & credi omnia cogit.
Nos docti galloꝝ animos dum regna tuemur
Strenue, & aſſumptis fines defendimus armis
Credimur auxiliū Turcis impēdere, ſanctam
Impugnare fidē, iuſtoq; obſiſtere bello.
(Sic hominū deluſi animi) prudētia uiſa eſt
Impietas: hoſti uſq; adeo ſimulata fauebat
Relligio. creſcente odio noſtra undiq; gallos
Oppida conclamant: alienatiſq; relinquunt
Nos animis proceres eadē dementia & omne
Vulgus agit: lymphati omnes & lumine capti.

Fama erat/& famæ (dictu mirabile) ubiq;
Certa fides:noctu ambroſiam per gallica caſtra
Deſpuere/& gallos epulis cœleſtibus uti.
Et Regẽ gallorũ omnes depellere morbos
Contrectando ægros artus/tactuq; mederi.
Et ſecum in bellũ ſuperos ac numina cunta
Ducere/ quæ facerent hyemem ſine nube ſerenam.
Nam caſu tum mitis hyems totusq; december
Solibus intepuit claris:Ianuſq; decẽbri
Aemulus aſtinuit nebulis & frigore duro/
Verſus in effigiem ueris:uiolaria paſſim/
Et peſtana roſis olucre recentibus arua/
Q uando pati ſpirante niues aquilone ſolebant.
Carolus inſtructis bello legionibus audax
Ibat/ & auſonios implebat milite campos
Telluri graue pondus erat:uix pinguia rura
Q uæ frugum genus omnes ferunt tot milibus eſcã
Suppeditant :exhaurit agros exercitus omnes:
More locuſtarum/quotiens per nubila denſo
Agmine delatæ campo incubuere uirenti:
Ac diros adigunt morſus in gramẽ:& uncis
Oribus erodunt omnẽ radicitus herbam.
Iam tenet etruſcos. Ipſoq; in limine Romæ
Iam tonat audito longe clangore. ſacerdos
Sũmus Aragoniæ fautor prius/agmine tanto
Succeſſuq; hoſtis perterritus eiicit urbe
Ferrantẽ nobis Alfonſo ex fratre nepotẽ.
Et tamen ut Roma gallos excluderet/ante
Paulo accitus erat: ſubitoq; abſcedere iuſſus
Præcipiti diſceſſu abiit. Tum mœnia belgæ
Protinus ingreſſi totas inceſtibus ædes
Polluere:& ciues temere irritare proteruis
Auſibus/ut genti leuitas innata ferebat/
Cœpere/atq; urbẽ hoſtili uexare tumultu.
Roma onus id pertesa graui dũ fluctuat ira
Dũ parat ulciſci/uim uiq; repellere tendit
Rex abit: & latium penetrans confinia regni
Iam ſubit. Occurrunt urbes:& mœnia pandũt
Coniuratæ omnes:& conſpirante tumultu.
Sic Caieta ſedẽs excelſo in uertice montis.

Sic qui Minturnas habitant:& rura Maricæ,
Anxuris:& Capuæ ciues. Veſtina iuuentus,
Formiæ:& auſonii ueteres:& nomine uero
Appellata labor normani aduerſa Roberti.
Rex nobis Alfonſus erat uir maximus armis:
Sed tamen & diuis & olympi uiribus impar.
Ipſe ſuum ratus id fatum:regnoq; ſalutem
Se profugo fore:Ferranti diadema reliquit:
Et mare conſcendens auri.cum pondere magno
Tranſiit ad ſiculos:ubi paruo inglorius æuo
In latebris uixit ſine maieſtate:ſed alto
Regaliq; animo:& fortuna excelſior omni.
Ipſe illis ſub nocte cubans haud uana diebus
Somnia quæ uidit:nobis narrare ſolebat
Suſpirans animoq; putans dira omnia triſti.
Cernere uiſus erat ſtantem ſe corpore nudo
Inſilientis equi:cui frons diademate fuluo
Cincta erat:impulſum pedibus,primiſq; petitum
Calcibus ad terram uolui:ſed terga fuiſſe
Fulta ope belligeri iuuenis:qui uerbere pulſans
Quadrupedem erectum magna ſe mole ferentem
Obſtitit:atq; feri audaces compeſcuit auſus.
Prodigii interpres rex exitus. Arma,ſuperbus
Sunt quadrupes:Alfonſus inops & corpore nudo
Parthenopes regnum:qui regna labantia fulcit
Belliger ille potens armis:tu maxime ductor
Qui regnum fulcire paras:& pellere gallos
Regnum inſultantes:qui nos ulciſceris omnes.
Tunc ego cum gallum in foribus totamq; uiderem
Pro gallis armari urbem:naſciq; tumultum
In populo ingentem:cum Rege in tuta recepi
Me loca:reliquias ſeruans ad proſpera rurſum
Tempora:ut in campis paſtor cum nubila frangunt
Fulgura:& horriſonis coelum rugitibus atram
Fert hyemem:gregibus quærens umbracula denſam
Fronde ſubit quercum:& ueneto tegit ora cucullo.
Arx immenſa fretis circumlatrantibus alta
Attollit capita:& celſis mare turribus omne
Proſpectans fugit a terris diſcrimine paruo.
Hanc olim Alfonſus cum iam pacata teneret

Regna uolens poſt ſe tutos regnare nepotes
Condidit. & magno in cœlũ molimine duxit.
Huc feror. & poſitis arci cuſtodibus urbem
Audio geſtire: & celebres attollere plauſus.
Mox capuanæ arcis uexilla in culmine fluctu
Aereo caudas inflectere: & aurea cernẽs
Lilia Ferranti cum quo ſpeculabar ab alto
Chare nepos de regno inquã tu forſitan actum
Hoc clamore putas: mihi mens præſaga futuri
Diuinat rẽ longe aliã. mutabile ſemper
Cõſiliũ fortuna habuit mutabile gallis
Ingeniũ leue & incõſtans ac mobile uulgus
Quale fretũ: uideo ingentẽ impendere ruinã
Huic fragili ſubitoq; operi fortuna futura eſt
Mox gallis offenſa hominũ leuitatibus hoſtis
Nunc ſeruandæ animæ nobis tutoq; ſedendũ
Hoſpitio donec poſito mare ſederit æſtu:
Hæc ego: Ferrantes auſis ita grandibus infit.
Sic hominẽ deus explorat. fortuna periclũ
Sic facit: ac uires animorum intelligit iſtis
Caſibus & fortes deus elleuat ante ſolutum
His animũ membris quoſdã: poſt funera quoſdã.
Ergo animis opus excelſis ſtare omnia contra
Aſpera: dura licet: tñ eſt uia ad etherã uirtus.
Talia cõmemorans lachrymis pergebat obortis
Vincere ſe & frenare animũ iuga ferre negantẽ.
Inſula tyrrheno in magno ſedet ardua cõtra
Mœnia Parthenopes nũc Iſchia tẽpore priſco
Qͥ pius Aenæas illis conſederit aruis
Dũ peteret latios fines Aenaria dicta.
Illuc prefectis arci cuſtodibus alto
Deferimur curſu celeri Boreaq; ſecundo
Viſuri quidnam tandẽ fortuna ſupremo
Cogitet euẽtu: & quæ ſit ſententia diuum
Vltima de noſtris poſt tãta pericula rebus.
Nec mora: ſucceſſu elati ludibrio habere
Omnia p̃dari hoſpitia inceſtare pudorẽ
Virgineũ: thalamos uiolare: inuadere amicos
Vi fraude inſidiis galli cœpere nefaſq;
Omne ſequi: nec frena potens petulantia ferre

Accendit populorũ iras:& corda momordit
Inconſulta dolor:galli præſentia Arago
Cognita:belgarũq; procax & acerba tyrannis.
Galloꝝ interea pars quæ conſederat Aſtæ
Seruiles regno inſubrum de more tetẽdit
Inſidias:leuibus decepta Nouaria nugis
Omnia lucrari dum cogitat omnia perdit.
Cognita per Cacios quorum primaria in urbe
Factio perfidiæ auctores uictoria regi.
Tũ ſperata diu gallis inſubria uiſa eſt
Paruo poſſe capi molimine.Concitus ergo
Præſidiis regno poſitis Rex gallica caſtra
Contrahit & noſtrũ ſpoliis oneratus etruſcos
Ingreditur ponto ſimilis:qui fluctibus altis
Lapſus ad Eurorũ cũ delia præterit axem
Aetheris/& cœli iuga ſũma relabitur æſtu
Præcipiti uaſtã reuocans cũ murmure molẽ
Aequoris:& uerſo ſaliens ad littora curſu.
Mox igitur retro gallis cum rege reuerſis
Parthenope uelut ablata flagrãte typhœus
Inarime exiliẽs/nos tempeſtatibus actos
Aduocat in portum:noctu ſtatione relicta
Flãte auſtro cœptiſq; Deo aſpirãte per undas
Labimur in patriã:regnoq; potimur adempto.
Cætera tu melius:cui uicta nouaria fecit
Perpetuũ decus:& laudem ſuper æthera notã.
Talia dum memorãs Heros ſuſpenſa uirorum
Ora tenet:polus abſcondit labentia tauri
Sidera:& elingues nox euocat humida ſomnos.

LIBER Q VARTVS.

P Oſtq; DEpulſis iterũ ſub Aragone gallis
Regia Parthenope ſibi rẽddita:ꝑxima gẽtis
Oppida Cãpanæ genus auerſata ſuperbũ
Ad primã rediere fidẽ:lõginqua malignis
Deprauata odiis expectauere tumultum
Fatalẽ.belloq; grauẽ flagrante ruinam.
Duricies animis ea tanta imanibus hærens
Venit ab inferni regno Iouis:unde malorum

Omnia in humanas labuntur ſemina mẽtes.
Nã ueteres diui/quibus hæc in regna poteſtas
Ante erat/accenſi facibus liuoris & ira
Cõcilio in genus id conſpirauere uocato.
Magna reatinæ mater quæ præfuit urbi/
Pallas/Athenæo profugus cui fecit Olyſſes
Sacrã in monte domũ.iunoq; lacinia quondã
Proſpiciens duo ſublimi procul æquora fronte/
Saturnuſq; ſenex:tenuit qui in littore tẽpla
Ardua Iapygio Demoſthenis inclyta fato/
Et gemini comites Ithaci ducis/arua Polytes
Sortitus lucana/Draco temeſæa/per altum
Aethnæi cratera apicis de ſedibus orci
In ſibaris uenere agros:ubi dulcia diu
Ocia cum populis traxere infamibus olim.
Huc ſimul ingreſſi/pacẽ quo ſcindere poſſint
Q uo gentes uexare modo longiſq; tenere
Implicitas bellis conſultauere ſub antro
Serpentes quo æſtate ſolent diuertere ab æſtu.
Hæcq; inuenta dolo tandẽ uia:uota ferantur
In noua perpetuo:nũq̃ præſente coloni
Fortuna contenti omnes:meliora putentur
Omnia quæ deſunt rerũq; ardẽte nouarũ
Cura omnes primum proceres/mox tota feranẽ
Oppida.ſic rixæ & lites æternaq; bella
Gentibus accreſcent:ærumnoſiq; labores.
Q uicquid opum quicquid lucri conflabitur/inter
Arma fluet:nihil ad ſeros ſeruabitur annos.
Semper inops/dextra ſemper mendicus aperta
Incola:& inculta ſemper gens barbara uita.
Græciæ ubi quondam florebat gloria magnæ
Q uæ tulit Herodotũ tellus fuit unde Zenoni
Parmenidiq; genus/ſamii ſenis unde ſeuerũ
Hauſit dogma croton forti inſignita Milone
Barbarior modo getullis/imanior ipſis
Sauromatis:atq; extremis incultior indis.
Tũ igitur manes hominũ ſub imagine falſo
Relligionẽ habitu mentiti/& celibe uultu
Paſſibus incepere ægris errare per urbes:
Ac ſermone graui uerbiſq; potentibus iſtum

Deluſis errorẽ animis infundere paſſim.
Tũ ſtudiis diuiſi homines. Et Aragonis iſtos
Andegauorũ illos amor impulit omnia duplex
Factio cõfeſtim inuaſit/rura/oppida/ tecta.
Hæc ea quæ gallos tantũ fiducia tollit.
Nã regno inſtantes ferro oĩa/& omnia flãmis
Attentare auſi non abſtinuere rapinis/
Non cædi/non excidiis hominũ atq; locorũ.
Et licet inſultus tantos compeſcere magno
Agmine ferrantes ualidiſq; accinxerit armis
Ad ſociã reſidẽs/gallos tñ undiq; fuſos
Præſtantes numero atq; animis/uis nulla cohercet.
Aſt ubi bellipotẽs regni confinia pulſans
Dux uenetũ tantis montes clangoribus altos
Impulit: in gallos timor irruit. Illa repente
Sæuicies/illa indomitas audacia mentes
Deſeruit: rabioſa feri uiolentia Martis
Intepuit: ueluti quotiens incẽdia fontes
Paſſa ſuperfuſos undiſq; repreſſa tumultu
Fracto in ſe redeunt/ſenſimq; cohercita languent.
Non ceſſere tamen: ſed continuere furorem
Parcius auſuri: ac defendere regna parati
Cautius Vrſinorum opibus: quæ maxima Romæ
Factio per latium tendes/ urbeſq; ſabellas
Per Veios/per picentes diffuſa per umbros
Atq; per etruſcos. Qui paulo euaſerat ante
Virginius gallorum iras ad flumina tarri
Nũc iterũ gallis iunctus ſe in bella ferebat.
Ipſe duces gallorũ intra ſua limina ductos
Alloquit᷑/taliq; monet ſermone ſedentes.
Magnanimi proceres qui defendenda tenetis
Regna ſicana fretũ/ſcyllæaq; littora citra/
Quãq̃ ueſtra ſciam quæ ſit fortiſſima in armis
Strenuitas/& nil dubiiem quin læta ſecũdos
Sors ferat euentus/tamẽ ut uictoria nobis
Cõtingat ſecura magis/de rebus agendis
Pauca loquar/uobis quæ diſcutienda relinquã.
Dux Venetũ uicto ut ſcitis pulſoq; ſuperbus
Rege uenit: Nos qui Iuuenis cognouimus acrem
Vim ingenii/ualidas uires/animoſaq; corda/

Qui pugnam illam iſtis oculis triſtẽ atq; cruentam
Vidimus:illius q̃ formidabile bellum
Scimus:ut aſpirans illũ fortuna ſequatur.
Vidi alios precio flecti:formidine frangi:
Inſidiis falli:prece duci in uota/laborũ
Mole premi:& duro tandẽ ſuccumbere marti.
Nullus in hoc uincendi iſtas ingreſſus ad artes.
Gloria ſola mouet Iuuenem:uelut ante mouebat
Hãnibalẽ:Pyrrhũ:Alcidẽ:Bacchũ:Hectora:Achillẽ.
Propterea campo nunq̃ confligere aperto
Suadeo/ne ſemel intereant ſimul omnia uictis.
Vis iſta eſt lentanda mora. Cuntabimur ergo
More Fabii:qui pœnũ iſtis in montibus olim
Dũ tenet infectis egit diſcedere rebus.
Huc ſimul accedit q; rege in regna reuerſo
Si quẽ/quod bellis uſu euenit/aſpera noſtrum
Fata ferant:nuſq̃ qui ſufficiantur habendi.
Sic ſenior: Viſum ducibus parere monenti
Vtilier:belloq; data eſt noua forma gerendo.
Altera uix primos Aurora reduxerat ortus/
Et feræ uicina dies exilia lunæ
Cornua cũ Veneris radianti emiſerat aſtro
Cũ fore galloꝝ iam proxima caſtra/locoſq;
Vndiq; ſuſpectos monitus iubet ordine certo
Ire acies Ductor/ſemperq; in bella paratas.
Teutonici pedites quibus in certamina præceps
Impetus/& ſine lege furor/dũ mente uideri
Intrepida:noſtroſq; animis anteire laborãt/
Corripuere uiam primi:caſtriſq; relictis
Ante uolant ignaro etiã duce:perdita turba
Atq; ſibi nimium fidens/ignara locorũ
Perlata eſt errore uiæ(mala numina mentẽ
Abſtulerant) ad caud mas infamia furcas
Clauſtra:Vbi romulidæ quondã fata aſpera paſſi.
Hoſtis in inſidiis latitans ducente Vitello
Qui ſua tum gallis cõiunxerat agmina Paulo
Magnanimo fortiq; uiro/gentiſq; tifernæ
Principe/ut ingreſſum fauces uidet ire maniplum/
Emicat e latebris clamans cædẽ atq; rapinam.
Teutones attoniti ſubitis inſultibus unum

Collecti fecere globū.pars expedit arcus,
Pars gladios:pars haſtili:pars nititur igne
Sulfureo:duraſq; parant in fulmina glandes.
Victores euaſuri uel fortiter omnes
Oppetituri ineunt pugnam.tum uiribus anzes
(Ipſe globo pfectus erat, nodiq; magiſter)
Tela giganteis uibrans:duo protinus uno
Pectora tranſadigit gallo℞ in bella ruentum
Impetuoſe,ictu.galli cū ſanguine triſtem
Fundentes extemplo animā iacuere cruenti.
Caſu indignati belgæ facto agmine in Anzem
Irrupere omnes.longa ille interritus haſta
Nūc hos,nūc illos mucrone laceſſit acuto
Saltu agilis,curſu uelox,pedibuſq; manuq;
Impiger in gallos ſalit atq; relabitur:illi
Irritati animiſ ardēt :furor omnis in unum
Cōfluit:& certamen atrox horreſcit utrinq;
Ac cædes utrinq; furenti aſperrima marte,
Donec ab inſidiis Pauli manus altera ſigno
Proſilit accepto.radians fulgentibus armis
Et magno clamore uolans alemanica cuntis
Terga premit cuneus:duplicíq; indagine clauſos
Teutonas heu miſeros laniant:ceu turba luporum
Fortior hoc tantū numero quia maior,iniquos
In paucos ſæuire audent certamine tauros.
Poſt cædes tandē innumeras illataq; gallis
Vulnera uincēdo occumbunt:feſſo atq; labanti
Corpore ad unū omnes cæli ac fata aſpera paſſi.
Et tandē ut uitæ comites ita mortis,aceruo
In cōualle unō alitibus luce eſca futuri,
Nocte lupis,inhumati omnes iacuere trecētū.
Dux Venetū clade audita iam ſæuius inquit
Vincere fas:comites ne pereamus inultos.
Sic ait:& gradiens exploratore reuerſo
Cāpano℞ oras omnis,ſamnitica rura,
Gallica conſilia,& ſedes ubi caſtra locarint,
Accipit:ac uolucri ſecū putat omnia mente.
Alta dies medium uix cœli euaſerat axem,
Cū circūſpiciens dephendit idonea caſtris
Tutaq;,& a gallis loca magno adeunda labore.

Stare acies iubet:atq; aditus inuaſit & armat
Hic iter ad regẽ tẽtauit:& nemus alium
Indigena ſpõdente uiæ compendia tutæ
Nocte ſubit cum iam primo uidet omnia ſomno
Cõticuiſſe polis tenuẽ ſpargentibus ethrã.
Mox ductor ſeu fraude uolẽs incurrere in hoſtẽ
Seu dedoctus iter rectũ fallentibus umbris
Cœpit in incertũ longis ambagibus inter
Inuia luſtra ferarũ,& per ſpineta uagari.
Aſpera ſub ſentibus phagis,ſub quercubus altis:
Vnde cadunt hederæ in longos ſine fronde rudẽtes.
Cũq; diu loca per dubiis incognita gyris
Erraſſent,aurora inter frondẽna ſyluæ
Tecta parum illuxit.noctẽ quoq; lucifer altus
Extenuans ibat,denſi cuſtodia ſaltus
Talibus orſa ſonis tũ mouit hamadryas ora.
Dux Venetũ quo perdis iter?ueſtigia ſiſte.
Hoc nemus umbroſum uitæ mortalis imago
Multa mouent animis homines:ſed neſcia rerũ
Luditur euentu uaniſq; laboribus acta
Mẽs humana omnes operas ſine numine perdit.
Viuitis in tenebris:& mille per inuia cœcũ
Fertis iter.Ne fide tibi,ne fide tuorum
Cõſiliis.diuorum aliquos ambire memento.
Quo maiora ſubit miles diſcrimina,tanto
Numinibus debet maiorẽ impẽdere cultum.
Vidi ego te ad ripas Tarri cũ fulmine ſaxeo
Haſtile excuſſu eſt,diuũ regina miniſtro
Annuit.ille uolãs tractis pauliſper habenis
Mouit equum:ſic te tanto ſubmouit ab ictu.
Mille inter diuos aurata in nube ſedẽtem
Vidi illam niueis in ueſtibus ore nitentẽ
Virgineo:qualẽ uidi cũ uenit in aſtra
Corpore functa graui,uitæ mortalis ab umbris.
Flecte iter in dextram,nigraſq; elabere ſyluas:
Sic ait:illi autẽ nocturno tempora rore
Humentes & ſancta animis documenta ferentes
Sunt in caſtra nouo ſole aſcendente reuerſi.
Ergo noua ingrediẽs longarũ ambage uiarũ
Ad Fociam maturat iter,quo regia caſtra

Conſedere loco.tandē ſub mœnibus Aræ
Quæ procul apparens ſedet alti in uertice mōtis,
Circūactus longis crepacori anfractibus Aſchū
Intrat:& in tuta caſtris ſtatione locatis
Cū paucis recto ad regē ſe tramite confert.
Nec mora,ferrantes.etenim ducis ante futuros
Nouerat aduentus meditās ſpectacula forti
Grata uiro iubet armari caſtra omnia:& ire
Turmatim in campos qua dux uenturus:At ipſe
In regali habitu multo ſpectabilis auro
Atq; leui ſublimis equo cingente caterua
Armatorq; equitū placido uenit obuius ore.
Nāq; animos ducis ingentes,& fortia facta
Noſtro æuo maiora illis conformia ſæclis
Quando heroes erant generati a ſanguine diuum,
Fortunāq; ſimul præclara incepta ſequentem
Audierat.Iuuenēq; animis ardētibus ibat
Miraturus:habet ſtimulos generoſaq; corda
Allicit,& magnas mentes trahit inclyta uirtus.
Idem amor & paribus cauſis exortus agebat
Te quoq; dux.Ferrantis enim laudata iuuentus
Ad gelidos fuit uſq; ſcythas:ad littora Gangis,
Herculis ad metas:rapidis ubi fluctibus æquor
Intrat:& Europā libyæ procul arcet ab oris.
Quicquid amiclæi lædæ duo pignora fratres
Ille eques iſte pedes quondam ualuiſſe feruntur,
Solus hic(& teſtis locuples campania)longe
Liuor abi(teſtis latium)præſtantius illis
Exhibuit naturam hominū tranſgreſſus & artē.
Iam prope cōgreſſi miſſiſq; ad colla lacertis
Oſcula iungentes fletu maduere tepenti:
Tū ſua Rex fixis calcās ueſtigia plantis
Subſtitit:& fari intento,ſic incipit ore.
Maxime Dux uenerū tua ꝙ licet ora tueri,
Gratulor:hoc ſtudiis dudū flagrātibus optor
Præſertim poſtq̄ auditis tua gloria bellis
Creuit:& eſt longe totum diffuſa per orbē.
Verū ꝙ tanti fuerim tibi cauſa laboris,
Quōd mea te tantis uexet fortuna periclis,
Triſtor.At iſte labor dulcis tibi forſitan olim.

Q uicquid opum/quicquid regni mihi numina cœli
Contulerint:cõmune tibi generiq; futurum:
Nec minus iſta tibi pergas defendere regna:
Q uã mihi:quandoquidẽ tibi me/meaq; oĩa trado
Tũ ductor pia magnanimis ꝓcordia curis
Ictus ait:tua me uirtus o Aragonis ingens
Gloria Ferrantes tibi deſtinat:arma uirũq;
Accipe.in his tecũ pro te ſudare periclis
Suaue mihi:ꝓcium ſatis hoc grande atq; ſuperbũ
Parta triumphato felix uictoria gallo .
Q uod mihi pro uenetis pro te quoq; rege ferendũ
Q uicquid erit/uitali etiam mihi dulcius aura.
Tu modo fer cuncta æquo animo/mauortia poſtq̃
Accepit uenetum pro te ſacer arma ſenatus /
Q ui mare claſſe ꝑmit/cui ſunt latiſſima terris
Imperia: argenti cui tanta opulẽtia & auri/
Cui pietas & ſancta fides/ deſiſte uereri
Triſte aliquid.ſi galli optant noua regna/ferantur
Vt credi uoluere prius/machometica ad arua.
Hæc ubi dicta gradu flectunt ueſtigia lento.
Iãq; propinquabãt caſtris/cũ incædere longo
Ordine quadrupedes centũ.uidere ſuperbis
Greſſibus:& pueris dorſo inſidẽtibus alto
Serica ludebant molles per ephippia uenti.
Continuere gradus paulũ de tramite in agros
Digreſſi:& uultu ſtant ad ſpectacula uerſo
Mille uiri haſtatis ut eunt in ꝓlia dextris
Succedũt thorace omnes ardẽte coruſci.
Mille ferunt pueri galeas/& mille iugales
Vix cohibent ægre ductis ad pectora frenis.
Et tria delecti pedites ad millia terſo
Pectora fulgẽtes ferro/& caput/atq; lacertos.
Bini ibant æquis ſpaciis:haſtilia & enſes
Arma uiris.totidẽq; arcus pharetraſq; ferentes.
Mille leues equites:pars eſt armata ſagittis/
Pars genua in clypeos flectẽs pinnata ferebat
Tela manu arcadico frontem obſcurante galero.
Iſti omnes Rex inquit erunt tibi maxime ductor
His tibi coniunctis uades in ꝓlia caſtris:
Ipſe tuum comitabor iter:ſeu ſcandere muros

Tempus erit:ſeu collatis decernere ſignis
Tu dictator eris:belli tibi ſumma poteſtas.
Sunt aliæ nobis uenturæ ex urbe latina
Suppetiæ:Ducis inſubrũ auxiliaria caſtra.
Hiſpanis etiã miles ſi credere dignum eſt
Latus equis uento genitis fortiſſima bello
Corpora qui domuit Mauros & bethyca regna
Præſto aderit:ſiculum littus tetigere carinæ/
Talia Rex:tanto Ductor lætatus honore
Admiratur equos:examinat arma/uiroſq;.
Cunta probat.pugnandi auidũ delectat imago
Martis:& in gallos iſto cupit agmine ferri
Ocyus:ut quando ad metam curſurus in ipſis
Carceribus uix acer equus frenatur:& ardet
Ante tubam leuibus campũ tranſmittere plantis
Aure micans/artuſq; tremẽs & lora fatigans.
Iamq; reuertentes poſitis tentoria menſis
Lætabundi omnes ſubeunt:cœnaſq; frequentant
Sub ramis & fronde noua:fumantia tollunt
Exta renidentes nebulas ſoliq; repugnant
Fercula/ & exoriens ex grandibus umbra catinis.
Altilia in cœnas ueniunt:uenit aſſa Coturnix.
Nam genus hoc auium dũ ſe ſuper æquora magnis
Vere refert turmis uolitans/in retia feſſum
Viſa cadit:capiturq; manu peregrina uolucris.
It leuis actæon fumans & cornua tollẽs
Altius in menſas:& aper uenabula paſſus.
It capreæ genus in laqueos de cotibus altis
Elicitũ:ſalienſq; iugis in cornua Dorcas:
Ac nemorum prouentu onerant cõuiuia magno.
Interea doctus maiorum heroica facta
Manlius ad Regũ menſas extollere cantu
Fulgentem aurata Cytharã teſtudine:& arcũ
Ex Elephante/prior dederat quæ dona canenti
Regia ferrantes thecis educit eburnis.
Cæſaries homini raris aterrima canis
Pingitur:abraſo rutilans toga ſerica uillo.
Carmen ab inſigni repetebat origine gentis
Gonzagæ antiquos patres a ſanguine ducẽs
Cæſareo: poſtq̃ Romæ germania ſumpſit

Imperium:Memorat titulos:decora:arma: triũphos.
Vt Bonacoſſarũ proceres Lodouicus ab urbe
Regerit:& pulſo uictor regnauerit hoſte.
Vt patre defuncto tenuit noua regna Philippus
Et regi lepidani agros. Vt fractus Obizon
Ferrariæ princeps uix belli euaſerit iram.
Addebat Guidone ſatum mauorte ſecundo
Præcipites agere inſubres:patauiq; per urbẽ
Excluſis Venetũ Carris inferre Leonẽ.
Veronæq; altis ſcalas abradere muris.
Te quoq; ab archatu cui nomina prima marino
Tradidit Auguſtus Cæſar/penetraſſe canebat
Mœnia Legnaci/ratibus quo tendere nulla
Spes erat/aduerſante Ateſi per flumina tractis.
Adiungebat uti Venetos Lodouicus ad amnem
Tartareũ toto ducibus cum milite captis
Fuderit:& ualidis pontẽ defenderit armis.
Et tu fraternum cupiens abſcondere ſolem
Nube tua/in tanto pars carmine magna fuiſti
Carole.nã ueluti cunctis mortalibus alto
Corpore eras/ſic forti animo ſic robore maior.
Nec tecũ/quis eſſent ea florida magnis
Sæcla uiris/auſus quiſq̃ contendere bello.
Tu nouus Alcides/quẽ nulla pericula nulli
Abſterrere metus poterant. Inſubria ſub te
Sforciadas cõtra/ſi non aduerſa fuiſſet
Factio:tũ potuit ſe in libertate tueri.
Et quos parua ſolo genuit Noualara Paluſtri
Iam petrum in primis meminit:quẽ magnus Achilles
Non ferat armatũ/teretẽ ſeu ſtringeret haſtã/
Seu gladiũ:tantæ uires in corpore tanto:
Additur & colles equitãs Federicus etruſcos
Dux bello/dux pace bonus/quæ in principe ſũma eſt
Gloria/ut Alfonſo regi comes iuit in arma.
Manlius hæc:cœtu faciente ſilentia toto.
Lætior auditis maiorũ laudibus heros/
Criſpã auro chlamidẽ/quã circũ flumine longo
Mintius it uario florentibus undiq; ripis/
Margine/& in læuo filis intexta lacerto
Turturis arenti trunco inſidẽtis imago/

Cœlibis indicium thalami:quã coniugis orbæ
Mane memor primum induerat regalia dona
Porrigit:ille humeros gaudens inuoluit amictu.
Et uaſte incædens dapis ĩmemor omnia circũ
Munus it oſtentans magno conuiuia faſtu.
Diſcedũt tum luce dapes:& ſidera pictam
Ignibus æthereis uoluunt ſurgentia noctem.
Relligioſa dies oritur ſacrata Georgi
Manibus: ad templũ properant cũ Rege / feruntq;
Accenſas ad ſacra faces:ac numina placant
Supplicibus dictis patinãq; triennibus implent.
Venatum Rex ire parat/properata uorantur
Prandia:pars ientant.ſunt qui uenatica tollant
Retia:ſunt qui uincla canũ ſettoſa lacertis
Innodent:raucoq; animent caua cornua cantu.
Luſitana alii paruis haſtilia roſtris
Longa ferunt:aurito alii uenabula ferro.
Latratu longe arua ſonant:iterata uocantum
Vox crebro clamore canes in nubila tendit.
Itur in antiquos ſaltus/ubi denſa ferarum
Luſtra ſilent :catulis per opaca ſagacibus antra
Immiſſis:hinc grunit aper:factoq; per umbrã
Agmine/ſpumantes acuit cũ dentibus iras.
Hinc lupus arrectis ſe proripit auribus:illinc
Attonitum Ceruus tollit caput:atq; repente
Dãmaq; leporũq; greges per deuia curſu
Præcipiti nemus omne agitant.clamoribus Eccho
Reſponſura uagis / dum multa repercutit/ auget
Murmura/cõfundens uoces hominũq; canũq;.
Stãt circũ ſyluas equites / prædãq; parati
Expectant:nec iam paritur ſua lora moloſſus:
Sparta rapax gemit & latrat detractat habenas.
Ecce ingens ruit e ſyluis ac fulminis inſtar
Fertur aper/qualẽ uidit calydonia quondam
In campis meleagre tuis.ad ſidera clamor
Tollitur.It longis falcato bellua rictu
Dentibus:ignitis oculis / dorſoq; recuruo
Hiſpida/& arrectis quaſi ſentibus horrida ſettis
Dant canibus curſus:equites pediteſq; ſequuti
In cuneũ ſeſe extendunt fera clauſa tumultu

Multiplici nunc hac roſtro/nunc dimicat illac.
Qua trucibus rictum ciliis porrexerit/ hoſtẽ
Submouet:in tergũ latrant/nec cõminus audent/
Attrectare canes:tũ Rex calcaribus urgens
Quadrupedẽ libycũ præteruolat/atq; retrorſum
(Tantus erat magnæ uigor atq; induſtria mẽti)
Cõuerſa fugienſ apri caput impetit haſta/
Quæ ualidæ impacto ſubiens mucrone cerebrũ
Non eſt uulſa manu:ſed fixa tenacius hæſit.
Ponderecq; oblongo caput inflectẽte ſiniſtrũ
In latus it conuerſus aper.mox tota repente
Turba hominũq; canũq; ruens oppreſſit inermem.
Ecce procul ceruis alii fugientibus inſtant/
Atq; aliis equiũm ductis in retia cogunt
Ire alta infeſtis clamoribus/atq; canũ ui:
Iãq; duo in laqueos lapſi:qui cornibus altas
Equabant quercus:ſaltu duo in aera lati
Tranſiliere plagas:plantiſq; fugacibus arua
Corripiũt:umbraſq; iterũ/ſyluamq; ſubintrant.
Tum miſerans longo turbã ſudore madẽtem
Dux cum Rege tubæ magno clangore uagantes
Cõuocat ad fontem:media qui in ualle perenni
Surgit aqua:gelidoq; humectat gramina riuo
Hic bacho grauis ex focia cadus actus in umbra
Conſtiterat:miſſis per roſida paſcua bobus
Cõueniunt omnes:& guttura ſicca falernis
Mollibus irrorant.cratereq; funditus hauſto/
Ad nemora atq; feras animo exultante recurrũt.
Plæbs leporum tepidis excita cubilibus inter
Mille canes male tuta pedũ leuitate per omnẽ
Fertur agrum:quos in p̄dam dimiſſa fatigat
Turba ſagax:uolat acer Hylax:uolat ocyus euro
Arpalagus/referenſq; lupũ toruo ore lyciſca
Et tigrina notis tergũ maculoſa.Melãpus
Aequiperans candore niues/ueſtigia tantum
Ima niger:falco leuis illia/lumine ſerpens
Sanguineo mordax/ragonia & Iſchia regis
Delitiæ nomen patriæ ſortita marinæ:
Et truculentus Helox certare leonibus audens
Innumeriq; ruunt alii ſine nomine:uulgus

Innocuum dāmas etiam prædantur:& acto
Sæpius in gyrū curſu dū præterit iſtos/
Tēdit in illorū fauces fera:plurimus haſtis
Miles adeſt :prædāq; auidis de faucibus aufert:
Nec ſolū hic ſtrages ſed paſſim īmēſa feraꝝ
Aeditur.& totis triuiæ labor æſtuat aruis:
Dum ſubeunt ſaltū e ſaltu/lætoq; recedit
Cū ſudore dies Aſcli uicina tuentur
Mœnia:& hic ductor magnæ cū munere p̄dæ
In ſua caſtra redit nemorū ſpolia ampla reportās.
Poſtq̄ cōuerſo cœloꝝ cardine luxit
Sacra dies Marco/ductor procūbit ad aram
Rite deū/ſuperoſq; orans:mox caſtra moueri
In montē cui magna leo cognomina fecit/
Imperat:armantur ſimul/& tentoria uellūt:
Nec dapis obliti ſatagūt.ſimul omnia curant
Sollicíti:magnoq; lares cū murmure mutant:
Itur in excelſum montis longo ordine culmen/
Arx ubi gallorū.Quæ mox exterrita portas
Vltro aperit:recipitq; ducē/ſapientibus uſa
Conſiliis:nam hoſtile nihil perpeſſa/remanſit
Integra:& a tanto belli diſcrimine tuta.
Hinc igitur motis montana per inuia caſtris:
Dum properant/aquilas ſudū per inane uolantes
Quot ſimul ire hominū nemo conſpexerat unquam
Suſpiciunt:mirati auium ſpectacula fixo
Lumine/& a cilio dextris pendentibus/alte
Obſeruant quo ſe inclinent:quo tendere pergant.
Illæ ubi caſtra:ſuper gyros duxere frequentes/
Parthenopen uerſus celerem uertere uolatū.
Et quāq̄ augurio non ſit mens fidere/Ductor
Id tamen eſt felix omen ratus: imperiūq;
Parthenopē a gallis iam tunc diſcedere fatus.
Macti animis tali auſpicio gradiuntur:& ecce
Præſidium uallata potēs quod milite multo
Munierant galli/frondoſo in colle ſuperbum
Viſa ſuperciliū procul oſtentare ſonanti
Ad bellum lituo:crebriſq; tonitrua bombis
Aedere:& aſpectu pugnā intentare minaci:
Appropiant muris ſcituri an mœnia reddant/

An certare parent. Pubes armata repente
Non uerbo reſponſa ferens, ſed acumine ferri
Erumpit uerſis ſtridenti cardine portis,
Galli, Italiq; ſimul: toto ſonat undiq; cœlo,
Francia: & audaci ueniunt in bella tumultu.
Prima acies certamen init: furit appulus atrox
Andegauenſe odium ſpirans. Iam pugna rubenti
Sanguine inardeſcens homines atq; arma cruentat.
Interea caſtris ſibi ſuccedētibus ingens
Agmen adeſt: ſubeunt pugnæ, gallūq; trucidāt
Glandibus, enſe, haſtis, arcu, leuibuſq; ſagittis,
Tūc haſtam: ſæuire uidēs certamē Alexis
Viribus herculeis uibrans ante agmina primus
Fulminat: & gallos ingenti turbine uoluens,
Fertur ubi denſas acies uidet. Ecce per auras
Sibilat, & longo ſtridēs mucrone lacertū
Haſta ferit, dextraq; graui telum abſtulit ictu.
Moxq; parū retro labēs ut uulnere ferrū
Eduxit læua medios uiolentus in hoſtes
Rurſus it, acceptoq; refert pro uulnere mortē.
Pœnituit pugnæ Andegauos: greſſuq; retracto
In portas pedetentim abeunt: & hiantia ualuis
Mœnia claudētes altis pro turribus aſtant.
Omnia pro gallis paſſuri extrema, tenaci
Propoſito, deuoti omnes in fata feruntur
More ſaguntino. Nec enim ſub Aragone uita
His populis odioſa minus q̄ mortis imago.
Dux præſtanti animo fretus data tēpora gaudet
Inuadendi altos clypei ſub tegmine muros,
Quod nōdū eſt expertus opus: proclamat, & hoſtem
Talibus alloquitur dictis, Ita ſana ferentem
Cōſilia, atq; auidū uobis p̄bere ſalutem
Suſcipitis Vallarenſes? Quæ inſania uobis
Perſuaſit uos poſſe manus euadere quas non
Carolus euaſit, captiſq; nouaria gallis?
Non impune ibunt hæc tam temeraria læuo
Cœpta animo: Fatū uobis opibuſq; rapinam
Nuncio: & his dictis epulas init. Ocyus omnes
Expediūt craſtrenſe penu. menſiſq; remotis
Adduci tormenta iubet: magnoſq; molares

Immitti:& ſcalas ſimul alta ad mœnia uolui
Parte alia:dupliciq; hoſtes inuadere pugna.
Accingunt operi pedites:Iã ſulfura fumant,
Iã tonat ingẽti ſtrepitu caua machina,& iſtis
Oppida reclamãt muris:longeq; remugit
Aera per uacuũ fugiẽs ſonus:intonat altis
Montibus:& circũpoſitas formidine gentes
Sauciat exangui:mœrent triſti omnia luctu:
Iã ſubeunt muros pedites:miſſiſq; ſagittis
Foſſas a ripis ad propugnacula belgas
Inde arcere parãt:ꝓhibẽtq; a mœnibus hoſtes.
Nec tamen hi cuntis minus atq; ſecuribus inſtãt,
Scãdẽtũq; ꝑmunt clypeos,pellũtq; ſecantq;,
Saxa rotant:undiſq; pluunt feruentibus imbrẽ
Igne uagũ liquido,curſim ſub ahena fluentẽ
Tergora,& urẽtẽ flãmis fluuialibus artus.
Ipſe animos aliis ductor facturus in auras
Euolat:& magnis exturbat uiribus hoſtẽ
Ac potitur muris.uidet intra mœnia uulgus
Sollicitũ trepidis operis incũbere:at ictus
Grandine miſſiliũ crebra ueſtigia traxit
Impiger in ſcalas:redeunt in mœnia galli
Scãdenteſq; ꝑmũt ſudibus:ruit ecce reuulſus
E gradibus miles.Fractis ceruicibus hallant
Mox animas alii:tardati uulnere & artus
Colluxati alii clypeis in caſtra feruntur.
Nec tamen exẽplo moniti minus ire laborant.
Quin potius magis audentes in mœnia ſeſe
Proripiunt,tecti ſcutis & caſſide ahena.
Tympana dant uires,plectroq; citata uolanti
Corda acuunt:& belligero tuba martia cantu.
Nec tamẽ interea ceſſant tormẽta labantes
Demoliri arcis muros.cũ turribus alta
Mœnia iam ruitura tremũt.exercitus omnis
Cogitur:& prædãdi auidi telo atq; ſecuri
Armati accelerant:Iterũ tonat ecce boatu
Machina fatali & ſubito laxata ruinã
Mœnia dant:tremuere alto ſola mota fragore:
Nec mora:turmatim miles qua diruta pandũt
Clauſtra uiã ſubeunt:Fracto uelut aggere inũdans

Eridanus:quotiens niueus liquor alpibus altis
Liquitur:& uirides tumido premit æquore ripas:
Diripiendi hoſtē permiſſa licentia uulgo/
Prædandiq; palam:Ductor tū protinus omnes
(Tanta fuit pietas animis præſtantibus)egit
Collectas in tēpla Nurus:annosq; minores
Tutari conatus/opes contempſit & aurum:
Cætera confuſi rapuit furor omnia martis.
Quotquot erant illis in finibus oppida caſu
Territa Vallatæ concordibus omnia uotis
Mane adiere ducē ſeq; & ſua mœnia dantes.
Altera non regni ſed opum uiolēta libido
Interea exciuit longis certamina rixis.
Atq; iſto lis orta modo. Prope daunia regna
Appulus armentis uiridē paſcentibus oram
Diues ager.dumeta boues florentia tondent
Vndiq; lanigeriq; greges ballatibus implent
Siluestres per rura caſas/& agreſtia ſepta.
Regibus hinc æs grande ſolēt collare quotānis
Annua quæſtores qui uectigalia curant.
Tūc igitur geminis cōgeſta pecunia ab annis
Vtroſq; ingentis ſpe ſollicitante peculi
Immēſum certamē erat galliſq; italiſq;.
Pro uariis tandē q̄ſtorū affectibus anceps
Lis ſortita modū.ceſſit pars una latinis:
Altera pars gallis.conſumpta pecunia pacē
Fecit:& exhauſto ſiluit diſcordia fiſco:
Poſt igitur paucis bella hæc patrata diebus/
Maius opus motura ſimul duo caſtra coacto
Milite Nuceriæ coheunt: uenere Paludē
Rura cauis humecta locis:ubi mœnibus altis
Nomē inundantes cāpos fecere lacunæ.
Hic graue diſcrimen famis atq; pericula paſſi
Inteſtina iacent animis:lemanica primū
Agmina:& annona non apparente cadebant
Corda uirum:Dux uultu alacer quæ pauca ſuperſunt
In loculis alimenta ſuis conciſa uiritim
Diſtribuit:ſibi nil ſeruans:pro milite oportet
Ieiunare Ducē:Verbiſq; infirma iuuare
Pectora magnanimis.Et qui tormenta uehebant

Cædi in fruſta boues & equos ad plauſtra iugari
Imperat: ipſe inſtat laniis: ac uiſcera partit.
Sic ſedata fames: & aquis ubi mille natabant
In prædã ranaꝶ hydri ſitis arrida potu
Hauſit: & interea noctẽ polus induit atram.
Altera lux aderat: cũ plauſtra ferentiã fruges
A beneuentanis fama eſt onerata colonis
Aduentare: manu ductor comitatus equeſtri
Obuius it: uictumq; uehẽs ad regia tendit
Limina: & ingenti replet caſtra oĩa plauſu.
Poſt epulas fugiẽs mala deſidis ocia uitæ
In leuibus gradiẽs armis cũ milite iuſto
Circũequitat colles: ſed nec iuga proxima tantũ
Cõtẽtus luſtraſſe: uagis erroribus omnẽ
(Sic fortuna tulit ratione potẽtior) oram
Circuit: ac rupẽ caſu ſuperaſtitit altã.
Circellũ tũ forte cauiſ in uallibus acres
Marte graui & ualida belgæ obſidione premebant.
Tollẽteſq; oculos ut conſpexere micantes
Aere uiros: nitidiſq; procul mucronibus haſtas
Ire ſuper. ſyluã fruticũ: mora nulla: citato
Eſſe rati inſidias ſe proripuere tumultu.
Non aliter q̃ cũ denſo grege conſita nuper
Semina rimantes cãpo inſedere palũbes:
Si uideant magno uolucrẽ iouis ire uolatu
Extẽplo allaꝶ facto ſtridore natantes
Agreſtẽ præcelſa ferunt in tecta rapinam.
Circello ſic parta ſalus. Federicia iannus
Doctus & ipſe pati durũ ſub marte laborẽ
Progenies: Frater Venetum Ducis ante relictus
In patria magno accenſus Ferrantis amore
Affuit hic: ualidãq; mouẽs in bella cohortẽ
Aere ſuo conductã auxit Ferrãtica caſtra:
Rex igitur iuuenis motus pietate cohortẽ
Cũ Duce muníficis affecit honoribus: ipſum
Nãq; inter proceres iuſſit conſiſtere primos:
Ipſa cohors inter primas illata cohortes.
Omnia iã paſſim Regis mandata ſubibant
Oppida: Gonzagæ quacũq; audita fuiſſent
Nomina: terrori ductor fuit undiq; tanto.

Frangeti plæbs auſa nimis/nã caſtra uidentes
Proxima in inſanũ uerſi exarſere furorem.
Sic illis mẽtem Deus abſtulit:impia quando
Progenies raro diuũ reminiſcitur aras.
Ergo elati animis & q uicina ſciebant
Agmina gallorũ/munitaq; milite & armis
Mœnia:& in multos frugũ plena horrea menſes/
Q uærenti pacẽ ne uelint an bella/proteruo
Reſpondere Duci ingenio/ſe gallica nunq̃
Fœdera fracturos:nec Aragonis arma uereri.
Et ſimul his dictis ad propugnacula gallus
Protulit ora ferox:portiſq; patentibus ingẽs
Turba equitũ peditũq; ruit:de turribus altis
Miſſilibus pugnare orſi curuantur ahenos
Frenaturi arcus & tela tripennia mittunt.
Hic poſtq̃ flagrante diu certamine Ductor
Stare hoſtem uidit nec cædere/corripit haſtã
Et Ferrante uirũ fruſtra reuocante cucurrit
In medios:dextrũq; graui p̃mit agmine cornu.
Sentit onus ualido cædens lorica lacerto/
Et perfoſſa uiã mucroni in uiſcera pandit:
Si qua ferũt ictũ ferro defenſa fideli
Pectora uertit humi gallos:atq; inguina pulſat
Lancea:& ingenti ſtrages cumulatur aceruo.
Hic tua phœbe animis præſtans & robore uirtus
Enituit multis iam pridẽ exercita bellis.
Nã licet in mediis ubi confertiſſima tela
Hoſtibus inſultans gallo/peterere ſagittis
Vndiq;/cũ pluerent in te crepitantibus armis
Spicula:tu grandi nihilominus agmina Ronca
Sternis:& ad portas turbam p̃mis ipſa furenti
Limina iam ſubiens auſu niſi miſſa dediſſet
Horriſonũ ſubito lapſu cataracta fragorẽ:
Hoc abiit cũ marte dies lux altera bellũ
Exoritur crudele magis uiſura locantur
Sub lucẽ mole ingenti tormẽta leuatis
Oribus in muros:& qua opportuna ruinæ
Viſa uia/eſt fauces uertunt:iã accenſa boatu
Machina territremo longe intonat:uſq; ſicanos
It ſonus ad fluctus:Adriæ ſuper æquora tranſit.

Dũ uomit hæc onus / illa capit / uacat iſta uaporem
Gutture ſulfureũ exhallans / poſt pulueris hauſtum
Mox ſilici imméſo grãde admotura palatum.
Vulgus inops lucrandi auidũ tẽtoria circũ
Regia quo proceres cõuentu in prandia magno
Cũ Venetum ductore ierãt: circũſtetit alte
Vociferans ſimul atq; rogans obſeſſa rapinæ
Ferro igni uulſis etiã radicibus arcis
Mœnia concedi: poſtq̃ contẽnere Regem
Tã duris Fragetũ atrox ceruicibus auſum.
Tũ Ducis & procerũ ſcito permiſſa rapina eſt /
A ferro ſeruati homines / & ab igne penates.
Omnibus extẽplo uulgata licentia caſtris
Gaudia leticiãq; ciet: parat arma ſatelles:
Fœdera de ſpoliis ineunt: prædæq; futuræ
Iã mercantur opes: lataſq; in cote ſecures
Pars ſubigit: pars roboreos imitter truncos
Nititur & duro cæſam de ſtipite cornum
Effractura trabes tabulaſq; & ahenea clauſtra:
Vincla parant alii gazæ inſtrumenta ferendæ:
Saccorũq; ſinus onera ad uectanda capaces
Expediunt: curantur equi: tentoria iuſta
Sub diuo in fulcris epulanda coquuntur acernis
Viſcera: & in uerubus ſudant uerſata colurnis
Fruſta ſuũ ſettoſa / modo hac / modo euntibus illac
Ignibus ut uento ſpirante impellitur ardor.
Sperãtes ditari omnes epulantur: & altis
Auribus expectant muros audire ruentes.
Nec mora conuulſis paries cõpagibus altum
Inclinat caput: ac longe ſaliente ruina
Labitur in præceps: & propugnacula & arma
Et defenſor aquis fundo ſalientibus alueũ
Ingẽtem foſſarũ æquant / ac mœnia pandunt.
Extẽplo auditus late fragor: arma repulſis
Corripiunt menſis: & qua uia facta uolãtes
Faucibus in primis conantẽ obſiſtere gallũ
Strage graui urgentes ſuper ipſa cadauera curſu
Prætereunt rapido: fuſiq; per omnia tecta
Si qui forte ſuos auſint ſeruare penates
Perfodiunt: primoq; iacent in limine cæſi

Antiqui lariũ dñi:miſerabile uiſu.
Quas in opus tulerant aliud manus alta ſecures
Tollit in aduerſos:hominũq; in cæde cruentas.
Vtq; fero nullus marti modus:omnia nedũ
Tecta:ſed infantũ tenera & incunabula & ipſas
Infantum matres & lactea pectora paſſim
Dilaniant:tanta in miſeros eſt facta poteſtas
A ſuperis Diti:ſic ſunt laxata Megeræ
Lora:& in imanes populos ita ſæuit Erinnys:
Tiſiphone:Alectoq; ferens per compita luctũ
Omnia ceruleis auras lambẽtibus hydris.
Proxima gallorꝫ tanto in diſcrimine nullũ
Caſtra ſuis ferre auxiliũ rata dedecus ingẽs
Acribus infremuere animis:& publice ad arma
Clamatũ:ſternuntur equi:thoracibus armos
Inſertant:leuiq; comas in caſſide claudunt
Solliciti clangente tuba.de uallibus altum
Eſt iter in montem.Quo cũ uenerẽ migrantes
Proſpiciunt toto nebulas ſe uoluere olympo:
Et magna in cœlũ uolucres incendia flãmas
Tẽdere:Nã uulgus præda implacabile rapta
Non ualuit cohibere iras:quin mitteret ignes
In uacuos contra imperiũ regale penates.
Nota lues egit gallos diſcedere ab armis.
Dirati Frangeti opibus:iam caſtra ſequũtur
Celtica collatis auidus cõfligere ſignis
Terga premit Ductor:turbiſq; fugacibus inſtat
Acrius irritans uerbis:ac uulnere partẽ
Nõnũq̃ extremã.Paſtorẽ in paſcua dicas
Lẽtũ urgere pecus:duroq; agitare flagello.
Illi autẽ q̃q̃ numeroq; & uiribus æquent
Auſonios:animo tamẽ ægrotante minores
Proripiũt ſeſe trepidi.Quo gallica prãdent
Caſtra loco cœnant Itali.duo caſtra putares
Vna:hoſdẽ fontes eadẽ quoq; flumina potãt.
Quo factũ dũ forte ſimul ueniſſet aquatum
Miles uterq; graui ad fluuiũ ſurgẽte tumultu:
Vt Rocion præſtans armis & flore iuuentæ
Cõſpicuus Venetũq; Duci chariſſimus inter
Rixandũ grauiter iaculo peteretur acuto.

Hinc ſubito exortus per caſtra hoſtilia rumor
Accepiſſe ducē ſubter præcordia uulnus
Exitiale:tubis ſurgit clangentibus ingens
Plauſus apud gallos:ac ſi uictoria fuſis
Parta Italis/foret extremo celebranda triumpho.
Per caſtella etiam gallus quibus imperat/ ignes
Nocturni fecere fidē:famamq; ſequuta eſt
Credulitas :firmant populos ac fraude labātes.
Hic puer eneas ducis armiger ante iuuentā
Iam iuuenis/nondū rigidis exercitus armiſ
Et iam marte potens animis ſuperantibus ānos
Egregiū facinus romanaq; ilice dignū
Aedidit & longo nūq̄ delebile ab euo.
Sancta bonis tantum poſſunt influxibus aſtra
Namq; uidens gallū atrocē quē credere poſſis
Ora tuens truculēta & mēbra imania magnum
Amphitrioniadē Rocioni inſtare cruento
Acrius haſtili:ductoq; in uulnera conto
Ire iterū/diſpar ſubiit pro ciue duellū.
Et ſubito inſultu galli femur impulit haſta
Vi tanta ut credas Enææ uiribus actam
Iliaci/ Romæ imperio genus unde ſuperbū.
Ille in terga ruens campo diſtenditur amplo
Cū ſtrepitu armorū :tentatq; attollere in auras
Et caput/& grandes humeros & pectora ahena.
At puer armipotens nitentē ſurgere conto
Verberat:& tandē ſubeunte per inguina ferro
Sæpius indignantē animā ſub tartara miſit
Ferrantes Rex uidit opus:uidere latini
Mirabundi oēs.nec adhuc uictoria magno
Tanta ſat eſt animo.ſubit agmina denſa uirorū
Intrepidus:duroq; premit certamine gallos
Hanc merito ob cauſam menſa dignatus ab ipſis
Et rege & dño grandes accepit honorū
Primicias:præcoxq; tulit bona premia uirtus/
Quæ ſeruantur adhuc.quæ ſuccreuere per omnē
Progeniē :nāq; aſcendēs genus omne ſuorū
Extulit in tenero uis admirabilis æuo
Nocte fugam galli inuadunt .Italiq; ſequentes
A tergo incumbunt:Ieſualdi improuida turba

Dum gallos ſeruare parat/ſe opponere ſumptis
Auſa armis Italo(Nã gens ea martia pugnã
Docta manũ potius iaculis attrita ueruq;
Q uã raſtris)temere audendo fata aſpera ſenſit.
Nãq; Irrũpentes itali de cardine portas
Oppoſitis uoluunt humeris:& aperta ſatelles
Mœnia turmatim magnis clamoribus intrans
Sæuit in audaces primũ:mox clauſa ſecuri
Hoſtia demoliri orſus tecta oĩa raptis
Incẽdit ſpoliis:celtæ de uallibus imis.
Iã elapſi dũ feruet opus mauortis in alto
Vertice per cãpos armis ſplendentibus ibant.
Gallica fatalẽ ieſualdi Andreta ruinam
Mẽte putans trepida noctu dũ proxima uoluit
Sidera parrhaſio cuſtos lycaonius axi/
Correptis quæ auferre poteſt/ a limine pulſis
Mœnia deſeruit portis/uacuoſq; penates.
Et nemorũ condenſa petẽs umbracula ſaltu
In medio latuit ſubter caua luſtra ferarũ/
Dũ præſſa ærumnis ac tempeſtatibus ora
Libera ſit:tutoq; ſuis habitanda colonis.
Vt uidere locos itali & deſerta recenti
Tecta fuga/hoſpitio ſubeunt/nocteq; per illam
Poſſedere domos:At mane ſilentibus umbris
Noctis adhuc/iter inuadunt ueſtigia greſſu
Gallica ſectantes paulũ prægreſſa citato.
Dũ caderet iam ſera dies maioribus umbris
Gallicus in magnæ uẽtiẽs latiſſima ſyluæ
Septa gradũ fixit poſitis exercitus armis.
Cõtinuo ſopiti ignes in canabe tactum
Sulfuris euigilant:foliiſq; arrentibus aucta
Flãma rapit truncos:& iam nemus omne coruſcat.
Indulgere parant genio:pars ſtipite longo
Viſcera cruda focis uerſant.pars obruit undis:
Et rapido appẽſi ſaliunt ardore lebetes.
Pars heſterna trahũt loculis/calefactaq; rurſum
Fruſta boum pruna eliciũt cereremq; tenenteſ
Inuadũt auidiſ prægrãdia dẽtibuſ oſſa:
Parſ inſeruit equiſ.Et iã noua luna cadebat
Heſperio uicina freto:cũ nuncius ore

Affuit attonito iurans Gonzagia caſtra
Affore iam magnoq; uiã properare tumultu,
Vt morem ducis eſſe ſciant. Dimiſſa repente
Cura dapum: iumẽta onerant laribusq; reuulſis
Muti abeunt: cœna ante focos ſemeſſa reſedit.
Vix ierant cũ Dux ſubiens lucũ, accipit auras
Nare renidentes: canibuſq; per omne ſolutis
Mox nemus (explorandi aſſus nouus iſſe repẽte
Corda ducis ſubiit) noctem ſcrutatur: & intrans
Greſſibus in ſyluam tacitis lucere ſilentes
Ignibus aſpexit per noctẽ exilibus umbras:
Nec latrare canes uſquã miratus ad ignes
Tẽdit, & inſpectis epulis intelligit hoſtẽ
E capto fugiſſe loco: dapibuſq; repertis
Inſediſſe canẽ. ſubito ne forte latentes
Tẽdat in inſidias, iuſſit ſubſiſtere caſtra.
Et circũ miſſis exploratoribus omnẽ
Luſtrat agrum: belgas ubi longius iſſe Relatũ
Acturi noctem in ſyluis ueſtigia ſiſtunt.
Attulerat maias ſurgẽs Aurora calendas.
Et Zephyro nemus omne dabat ſpirante ſuſurros
Vndiq; ſomniferos. Philomena ſilẽtia dudũ
Ruperat exercẽs tremulo caua guttura cãtu.
Tympana iã lituiq; ſonant: tuba martia lentos
Increpat: inuaſere uiã, dum lucifer albo
Iam ſublimis equo pluit in noua gramina rorẽ.
Ibãt inceſſu modulantes carmina longo
Lætæ acies patriæ memores, ubi mane reuerſo
Figere mos uirides ramos ad limina maio.
Tota fuit uenus illa dies: ſolẽnia diuis
Exhibitura, ſinat bellũ modo ſacra duobus.
Et iam molle iugum paſſim florente geniſta
Tranſgreſſi uidere lacus, & grande uirẽti
Margine frondoſis ſub collibus amphitheatrum
Claudere prata: ſuiſq; undas applaudere ripis.
Illico proſpectu nemorũ lætatus amœno
Hic poſitis hic Ductor ait date prandia menſis.
Et celebrate animis lucẽ melioribus almã.
Nec non Ferrantes animo tranquillus & ore
O comites noſtris lux iſta parẽtibus inquit

Lætior illuxit ſemper/deponite curas:
Atq; caput mecũ tenera circundate quercu.
Hi patrii mores:maio quicũq; recenti
Fronde caret/liquidis fas ſit perfundere lymphis
Sic ait:& querna frontẽ circũligat umbra.
Sic alii fecere duces exẽpla ſequuti
Regia:ſic miles/uiruitq; exercitus omnis
Fronde Iouis ſubito/uiridiq; ſub arbore prandent.
Dũ genio indulgent:Tubicen ſine fronde uirenti
Vt cui bacchus erat potior q̃ Iupiter autori
Aſtitit ante ducẽ largo exhilaratus hiacho
Multa iocans/comiq; tenẽs ſermone ſedẽtes.
Mox puer a teneris genitor quẽ miſerat annis
In graue Martis opus uerſuto callibus aſtu
Clam magno cratere lacũ capit:atq; loquentis
In caput euerſa longe fugit ocyus unda.
Soluitur in riſus omnis chorus.omnia laudant
Tactum opportune cõuiuia:Territus imbre
Tã largo/tã improuiſo quaſi tractus ab alto
Oceano attonitus tubicen ſuſpirat anhellis
Faucibus:& rauco nimbos exſibilat ore.
Finierant/cũ dux tollẽs uocẽq; oculoſq;
Ex re nulla uiri nobis mora/tollite menſas
Inquit:& his dictis ingentes elleuat armos.
Ac iubet inflari lituos/& tympana plecti/
Et ſolito turmas ire ordine:ſuſcitat omnes
Martia uox animos:pedes ipſe per omnia caſtra
Seſe infert longo enſe trahens per gramina ſulcũ.
Atq; fero tãdẽ inſiliens quatit arma ſuperbo.
Appula cãpano tellus ubi iungitur agro/
Eſt locus Atellæ retinens cogmina priſcæ:
Siue Attella uetus:nam ſors mutata locorum
Priſca nouis dedit/& priſcis noua nomina terris.
Vrbs in colle ſedet ualidis circũdata muris:
Ciue frequens/pecoꝶ locuplex/glebæ ubere diues.
Huc ubi multiuagis celtas erroribus actos
Sors tulit/importuna odiis diſcordia ſurgẽs
Implicuit grauibus:firmare uolẽtibus illis
Longius his proferre gradus.Dũ incerta trahuntur
Conſilia/& diuerſo agitant certamina ſenſu/

Ecce ingens equitum pelagus peditũq; refuſo
Agmine circũdant clauſos in mœnibus hoſtes.
Et prius excelſum montis tenuere cacumen,
Vnde patet totã liber proſpectus in urbẽ.
Mox imis ſedere locis, ubi frugis & undæ
Copia:& acceſſus breuiori ad pabula curſu.
Hic igitur poſitis ubi iam tentoria caſtris
Sunt defixa, dapes ineunt, cœnaſq; frequentant
Incluſiſſe hoſtẽ læti tandẽq; uagandi
Inueniſſe modũ: curamq; a mœnibus unis
Attellæ pendere omnẽ, belli atq; laborũ.
Tũ ueteris ſecũ recolẽs diſcrimina pugnæ
Ferrantes ita uoce refert. Clariſſime ductor
Et tu Iane animo tantum mihi ſanguine quantũ
Iuncte Duci, quondã his campis certamine magno
Fudit auus Iannẽ andegauum: qui rege Renato
Progenitus ſibi deberi regna iſta ferebat.
Sed mirũ quonam pacto multo ante fuiſſet
Illa grauis pugnæ clades monſtrata uolucrũ
Prodigiis: noſtri annales teſtantur:& ipſe
Sic ſolitus narrare pater, troiana per arua
Qua fuit huc nobis nuper uia, dicitur aer
Calligaſſe auiũ turmis in bella uolantũ.
Et prius a miluis q̃ roſtro atq; ungue recuruo
Præualeant, captẽtq; alis maioribus auras,
Profligata ferunt coruorũ ingẽtia caſtra.
Sed paucis poſt, bella iterum renouata diebus:
Atq; utrunq; genus uolucrũ quaſi fœdere facto
Concurriſſe ferunt tã atrociter ut loca paſſim
Omnia cædis odor toto inceſtauerit anno.
Plũmæ ipſæ rapiente noto uenere per auras
Vſq; ſuper pelagi fluctus utriuſq; ſonantes:
Vſq; ſuper latium: nec adhuc obliuia tẽpus
Fecit, adhuc ſuperant, qui tũ ſub rege merentes
Alituũ uidere prius, poſt bella uirorũ.
Et tandẽ coruis miluos uictoribus iſſe
Præcipites laceris alis ac tergore uulſo.
Talia Rex: gallos eadem fortuna ſequetur
Ianus ait, laceris alis ac tergore uulſo
Ite opus, his bellis ſi quos ſupereſſe futurũ eſt.

TROPHAEVM PRO GALLIS EXPVL·
LIBER QVINTVS

i NTEREA Diui impiũ qb9 orbis,ab alto
Aethere luminib9 regna ad mortalia uerſis
Proſpiciũt hõinũ curas ſtudia,atq; labores
Aſſidue in peius ruere,ac uirtute fugata
Aſtra ſequi:& quãq ualeãt cœleſtia contra
Fata reluctari,fatis tñ omnia ferri.
Tẽpore nãq; illo fata conſuetudine uirtus
Ante gubernatrix hominũ turbata proteruis
Moribus e terris in olympi aſcenderat arcem
At quia nil ſuperis opus eſt uirtute,per orbes
Sola uagabatur nũc martis in abſide ſũma
Nũc in ſole ſedẽs:oculoſq; in culmina mundi
Attollẽs ſcelerũ legit inter ſidera cauſas.
Atq; ſibi aduerſos cœlorũ intelligit ignes.
Cõueniunt igitur:ſummoq; in marte ſedẽtes
Virtutẽ medio ſiſti iuſſere ſenatu.
Et quo terrigenis eat errabunda relictis
Quæritur:illa prius mores cauſata nefandos
Veſtrũ inquit dum tranſit hyems hæc tanta malorũ,
Dũ pergant ſæuire poli,curare labantes
Res hominũ.noſtræ non eſt opis ignea contra
Aſtra reluctari.Vos qui ſublime tenetis
Imperiũ,cœlo oppreſſas defendite terras.
Pectore dũ tacito diui reſponſa uolutant,
Concilii pars magna ſacri Dionyſius ora
Soluit:& affandi ſuperos exordia fecit.
Aetherei ciues poſtq̃ mortalia Virtus
Pectora deſeruit,nec ſunt qui mẽte ferant
In cõmune bonũ,ſed agit ſua quẽq; libido
Italiam pacare opus eſt:atq; impia bella
Quæ alecto:quæ tiſiphone,quæ dira Megera
Incẽdere,extra auſonios depellere fines.
Nã cũ thraicii furias odiũq; tyrãni
Intueor:noſtris aliquid crudele futurũ
Auguror,atq; graue Romæ impẽdere ruinã.
Ille ſuo meditans hæc opportuna furori
Bella fore,ad prædã curuos iã porrigit ungues.
Nã ueluti ſi quãdo canes in mutua ſurgant

Bella/lupo in caulas permiſſa licentia maior/
Sic cũ dira mouet proceres diſcordia pandit
Hoſti iter in populos:incuſtoditaq; regna
Poſſe rapi oſtẽdens ſopita reſuſcitat arma.
Nuper apud ueteres thebas/dũ regna reuiſo
Attica phocaicoſq; lares/naualia uidi
Aulidis .audiui uoces:ut ſingula noſſem
Conſilia/acceſſi thracem ſamon:inde ſubiui
Boſphoron imperii ſedem regiſq; ſuperbi
Limina.Cõflatur magno molimine bellũ/
Bellum ingens italis /heu/formabile/& atrox.
Sed neſcitur adhuc.Tremet Adria magnus/& omnes
Tyrrheni ac lygures:rumor cũ uenerit alto
Millia tot labi / terris tot millia ferri.
His igitur ne ſit tantis uia aperta periclis
Martius iſte furor cohibendus:& alta per omnẽ
Italiã pax eſt odiis reuocanda ſepultis.
Ne tamẽ id factũ leue ſit(ſtudia æmula cerno)
Res piſana facit.ſeruare uolentibus urbẽ
Promiſſamq; fidẽ uenetis/inſubribus autẽ
Rẽ uenetã augeri tanta /urbe ferentibus ægre
Hinc iterũ ciet arma furor/ſic ſidera uoluũt:
Sic hominis mẽtẽ feret inconſulta libido.
Aerumnoſa inopi/ſpoliis opulenta ſuorũ/
Nec bello nec pace ualens:dũ fidere fingit
Cœlitibus:fidit furtis auro atq; rapinis.
Conandũ eſt oẽs:q, ſi nõ poſſumus oẽs
Flectere/primores ſaltẽ/qui robore pollent:
Vt ſua ſeruandi ſtudio in cõmune laborent.
Propterea(& ſi qua eſt melior ſententia/cædo)
Iungere mens Gallo Venetũ:uenetoq; tenentẽ
Vltima Pannoniũ noſtri confinia regni.
Hæc uia.Qui gallis nũc imperat iſtius autor
Turbinis in cineres eat:& præſtantior alter
Sceptra ferat/melior bello/maturior æuo/
Matre italus:cui regna pater decernit olympi.
Hic Venetum Ductor qui nũc pmit oppida bello
Appula:& Attellã magna obſidione fatigat/
Dux cõmunis erit:poſtq̃ diſiecerit omnes
Relliquias huius nati ſine numine belli/

Auctus ope imperii duplicis noua bella mouebit
Magnanimi compos uoti:quod uoluerat alta
Mente diu ſecum/magnis dum uiribus æquũ
Ambit onus Virtus curam indignata minorẽ.
Finierat Cũ mox fandi data copia Marco
Atq; ait:O magni patres cuſtodia mũdi
Q uos tangit cõmune bonũ /meminiſſe neceſſe eſt
Aſſiduũ nobis bellũ cũ dite profundo:
Q ui quanta imperiũ Chriſti impietate laboret
Nõ abolere quidẽ(ſcit enim ſibi tanta negari)
Sed uexare/putẽt qui regna otomanica luſtrant.
Cernite terrarũ quota pars/heu/dedecus ingẽs/
Ex ĩmenſa olim nobis ditione ſuperſit.
Aphrica tota ruit.citra ſola torrida cancri
Aethiopes ægre ſuperant.Aſiatica longe
Terra patens oblita deũ.pars magna receſſit
Iam dudũ Europæ.ponti omnia littora/ thraces/
Græciaq; .adriacis Turcorũ in finibus Aulon.
Et niſi res uenetũ tot tempeſtatibus actas
Ipſe regam/iam appœninus qui diuidit omnẽ
Italiã/ſcithici ferret iuga dura tyranni.
Nũc furor alpinos apices ingreſſus ad altũ
Perſtreperet Rhodanũ ac Rhenũ.Romana ſagũtum
Curia migraſſet toto pene exul ab orbe.
Diſcite quanta ipſis qui ſe præſtare fatentur
Ingenio/eſt italis dementia:littora circũ
Oppida barbarico quæ prima adeunda tumultu/
Pauperibus cædunt dñis/qui ſponte ruentes
Nec muros ſarcire ualent/nec cingere foſſis.
Iſta potentatus fuerant/cui miles & arma
Plurima:ad arcendos primis a finibus hoſtes
Sed magis expoſitos aditus & aperta relinqui
Clauſtra uolunt q̃ quis tanta ditione potitus
Creſcat:& inuidiam cuius face pectora flagrant/
Iura uocant:cõmune bonũ non principis ipſa eſt
Vtilitas/uerũ populi:qui principe maior.
In cõmune bonũ regis regnare:tyranni
In cõmune malũ.quod ſi mihi forſitan unq̃
Maieſtas id ueſtra ſinat/quo tuta quieſcat
Italiæ & Chriſti res publica/litoris oram

Adriaci tuſciq; maris ſub certa ſenatus
Iura feram Veneti. Nã ſic quaſi mœnibus altis
Italiæ obductis populos tutabor ab omni
Barbarico inſultu: placidaq; in pace fouebo.
Nũc igitur quoniã bello℞ incẽdia Pluto
Protrahit in longũ/uireſq; eneruat & arma
Auſoniæ/turciſq; uiã facit artibus iſtis/
Omnia ut expediã paucis/Dionyſia laudo
Cõſilia/& pacẽ/& fœdus cũ rege futuro.
Talibus auditis cõmota ſedilia diuum
Aſſenſere. leues quibus eſt ea cura/miniſtri
Mille modis (ut mos illis) mandata faceſſunt.
Officiũ de pace prius: per gallica mittunt
Corda graues curas: memorant in regna reuerſum
Depoſito bellandi animo caſtriſq; ſolutis
Totũ ire in uarias ueneres & in ocia regẽ.
Sic ſegnes animos ac diffidentia corda
Reddentes ſperare uetant: formidine hebeſcũt
Ingenia. in ſomnis cernũt ſua prædia/& omnes
Delitias patriæ/uxores/charoſq; penates.
Et ſibi porrectis tenerã arridere lacertis
Progeniẽ: blandiſq; iocis alludere patri.
Deteſtantur opus martis: bella impia dãnant.
Sermonẽ de pace ineunt. tamẽ ignea paulum
Corda mouẽt. tẽtare armis ſi conſona famæ
Tã celebri uirtuſ mantoi principis/audet.
Præſtantes animis ac uiribus agmine ab omni
Deligit/ac tacitos ima ad ueſtigia montis
Poſt diuũ reſidere iubens ipſe impiger alto
Fertur equo: & turma graditur ſtipatus equeſtri
Per iuga ſumma fugã ſimulans. Gonzagius heros
Cui nihil ignotum nil formidabile fraudem
Percipiens poſitis inquit nos callidus hoſtis
Elicit inſidiis. ſi fraude retundere fraudẽ
Pace licet/nec bella uetant. in uallibus imis
Inſidiæ ſub colle latent. ſic mente uolutans
Colligit & per nota uiæ diuortia turmã
Præmittit: quæ claudat iter/ſi tẽdere ad urbẽ
Forte uelit/cũ ſe deprehẽſum intelliget hoſtis.
Iane fuit tuus iſte labor: quẽ prouida uirtus

Rexit/& euẽtu ſors eſt dignata ſecũdo.
Turmã aliã duplicẽ numero/ueſtigia circũ
Collis ad inſidias greſſu impat ire citato
Dux facti ſiſmundus erat/cui felſina pugnax
Patria/& in rebus fama inculpata gerendis.
Ipſe uolans leuibus Paulũ ꝑuertitur armis:
Conſertiſq; hoſtẽ manibus ꝑmit:ille ubi uidit
In duce mauortis uultũq; animũq; furentẽ/
Horruit extẽplo.piguitq; ardẽtius actũ:
Proſequitur tamẽ inceptũ:pugnatq; relabẽs
Ac ſimulans uinci/& dũ ducere cogitat hoſtẽ
Ducitur in laqueos:& iam ſub colle phalãges
Cõgreſſæ magno inſidias clamore fugabant.
Dũq; ferũt curſus ad mœnia/protinus armis
Effulſit nitidis Iani fugiẽtibus agmẽ
Oppoſitũ.Riſit Ductor:Paulũq; fatigat
Acrius:ex uotoq; uidens procedere pugnã
Fulminat exclamãs ueſtra eſt uictoria:forti
Tela manu comites impellite/miſimus hoſtẽ
Tã cautũ in laqueos:opulentæ accingitæ ꝑdæ.
Tũ demũ agnoſcens ſe pulſum in retia paulus
Hæſit mentis inops.reſonat tuba/tympana clamãt.
Vndiq; mars crudele fremit:mors undiq; clauſis
Inſtat .& æquoribus ſimiles quibus ingruit illinc
Aphricus hinc boreas/nodũ glomerãt in unũ
Inter ſe auerſi:ſed cũ ſperare ſalutẽ
Nõ ſinitur iam rara acies ſua porrigit arma.
Vt ſeruare animas cõtẽti in uincula tẽdũt.
Sic paulus demũ expertus quo bella gubernet
Ordine Franciſcus quo turbine miſceat arma
Cũ tandẽ eluſum penitus ſe comperit/acrem
Pulſat equũ:longoq; uolãs per deuia curſu
It lepori ſimilis:qui circũ ꝑdia poſtq̃
Multa ambage canes egit/certamine tandẽ
Liber abit uolucri per rura patentia ſaltu.
Milite captiuo ſpoliiſq; recentibus aucti
Mintiadæ redeũt:& ductor in agmine primo
Ibat cæde madens & puluere pallidus atro.
Ferranies miratus opus ſublime trophæũ
Cogitat.Vlmus erat mediis ampliſſima cãpis

Frõde comans denſa leuiũ domus alta uolucrũ.
Huic iubet abradi ramos:& opaca theatri
Inſtar humi trabibus fixis umbracula texi:
Ac truncũ implũmẽ ſpoliis hoſtilibus armãs
Vndiq; ſuſpendit chlamydes ſaga ſerica & enſes.
Atq; pharetratos arcus thoracas ahenos
Et ſcuta & galeas accepto ſole micantes
Concaua nodatis pendent humeralia loris
Squãmoſæq; manus cubitiq; & ferrea crura
Tympana cũ plectris:& ſtipite tibia eburno
Argento cui labra nitent pars ultima in aurũ
Deſinit immiſſo nodoſa foramina uitro.
Ac magnis epigrãma notis in robore fixum.
Franciſco Venetũ Ductori inſigne trophæũ.
Mane(deo ad ſuperos nam lux ea ſacra reuerſo)
Accendunt ſtructis ad truncũ altaribus ignes:
Orgiaq; altiſſono celebrant ſolẽnia cantu.
Mox lautæ de more dapes.poſt prandia ludi.
Feſta dies poſitis dũ tranſigit ocia curis
Fama uenit contra gallos deſcẽdere ab altis
Alpibus inſubrum in cãpos cũ cæſare grandes
Teutonas.& Genuã primũ mox tendere Piſas.
Dũq; ea per uulgus ſerpũt ut fũma redundẽt
Gaudia lampetrus ſoboles Gonzagia bello
Inclyta & uſurpans rubicundi inſignia cancri
Nicoleos duo belligeri mauortis alumni
Suppetiæ ducis inſubrũ crepitantibus armis
Caſtra intrant forma egregii & florente iuuẽta
Cõſpicui atq; animis in bellũ ardentibus ambo.
Lætitia ingẽti ductor cũ rege coactis
Obuiat agminibus miſſiſq; ad colla lacertis
Oſcula dãt.abiguntq; æſtum ſpũmãte lixo.
Iãq; dies tota in ludis & plauſibus acta
Labitur.accẽdũt ignes:lætiſq; tubaꝝ
Cãtibus in multã ducũt ſolẽnia noctem.
Occiderat nouies nouieſq; redierat ardor
Solis:& explicitis rurſum mantilibus aras
Inſternũt & ſacra nouãt.altaria circũ
Stant pceres cũ Rege pio:ſeruatur in armis
Relligio quantũ arma ſinunt.lux illa dierum

Maxima quæ docuit linguas. promiſcua turba
Corda tribus digitis ferit atq; ſonantia labra.
Fumat arabs odor:artifici clamore ſacerdos
Pangit/& alterno reſpondet tibia cantu.
Nũcius interea properãs regẽq; ducẽq;
Admonet hiſpanas ſaluo ductãte cohortes
A flore ab extremo oceani qui continet orbẽ
Aequore delatas:ſacro iã rite peracto
Coccineas armis chlamydes auriq; nitorem
Adiciũt belli & pacis ſplendore micantes.
Sic culti tolluntur equis/magnoq; coacti
Agmine ſuſcipiunt medios regẽq; ducẽq;
Ac ſociis læti occurrunt.iam hinnitibus auræ
Iã clangore procul reſonant.iã puluere cœlũ
Stat piceo/uultu iã congrediuntur amico.
Hiſpani auſonios Itali mirantur iberos.
Armorũ genus atq; habitũ:moreſq; equitandi.
Heſperiis capita obnubũt uelamina torto
Linea cõplexu cõbuſtã umbrantia frontẽ.
Fuſca uiris facies & prona in pectora/ nigris
Crinibus affectis uicini ſidere cancri.
Et ferale ſonans haſtili buccina longo.
Nec caua/ut auſoniis/ſed pleno lancea conto.
Cætera perſimiles noſtris.gens dura labore
Belligero/longis dũ bethyca regna ſub armis
Vẽdicat:atq; decẽ mauros uertẽtibus annis
Finibus Europæ libycos depellit ad agros.
Gallus ab excelſis ſpeculãs hæc oĩa muris
Non aliter languet q̃ præcipitatus in altas
Dũ ſequit̃ p̃dam foueas lupus:æger in atro
Carcere deſperans/fata impendẽtia ſemper
Cogitat:& longa cruciatur imagine mortis.
Hæc animaduertens princeps borbonius alto
Dux animo quẽ Rex abiens præfecerat armis/
Alloquitur proceres ad ſe in conclaue uocatos.
O comites quibus eſt curæ res gallica mecũ
Indice non opus eſt/quẽ ſint habitura uidetis
Bella modũ.licet hinc oculis hoſtilia caſtra
Omnia metiri:quantũ ſuperamur ab illis
Cernitis:Annonæ quantũ cognoſcitis.urbes

Ac populos circũpoſitos nutare/ fideq́ꝫ
Fortuna ut uentis fluctus ac nubila ferri
Scimus .& auxiliis quantũ profecit Arago.
Quã procul a nobis opis eſt genus omne. coacti
Iã ſumus ãmiſſo pacẽ perquirere regno.
Quæ niſi ſit conceſſa/famẽ ferrũqꝫ neceſſe eſt
Omniaqꝫ hic extrema pati demũqꝫ ſubire
Suppliciũ/crudo quodcũqꝫ uidebitur hoſti.
Ni deus ex alto terras curaret olympo
Forſitan iſta foret nobis fortuna ferẽda
Aegrius:Italiæqꝫ opus ſuccũbere gallos.
At quia cœlinibus quorũ ſententia nunq̃
Non pia/ſic uiſum/nautas imitemur atroci
Turbine deprehenſos/uitæ quibus unica reſtat
Optio.nũc animas ſat ſit ſubducere fato.
Iacturã hanc lucro ullo alias fortuna rependet.
Quoad niti conceſſum armis ac uiribus/omnes
Egimus ut decuit fortes:nũc addita poſtq̃
Vis rebus tam magna italis/ ac tanta ſequta eſt
Diſparitas/Rege Italia fugiente/quid ultra
Tẽtãdũ/niſi ne auſoniis moriamur in aruis?
Itala ſequanico iã pridẽ ſanguine tellus
Tota madet:nullæ noſtris ſine cædibus urbes.
Nullus ager.Rhodani plorant audita ſuorũ
Fata lares.ſoluitqꝫ graui ſe gallia luctu.
Is demũ/ut ueteres morũ docuere magiſtri/
Vir ſapiens/qui ſe ad caſus accõmodat omnes.
Nec pudor eſt.uinci a regis uictoribus.Ipſe
Dux uenetũ(nec iam res diſſimulanda:ꝑ orbem
Fama abiit.)qui nos tanto ꝑmit agmine/ fudit
Galloꝝ regẽ:Atqꝫ italis eiecit ab oris.
Nos quoqꝫ mœnibus his clauſit.ſi ſolus abeſſet/
Forſitan in reliquos aliquid ſperare relictum.
Solus hic ut uires/animos ita frangit.& aufert
Spes ueteres:prohibetqꝫ nouas.ſi dẽpſeris unũ
Hũc italis/ueluti fractis mucronibus haſtæ:
Cætera plæbs imbellis erit:& inutilis armis.
Excitat hic reſides animos:atqꝫ omnibus ignẽ
Adiicit.Ignaui appellant ſine lege furentem:
Ac temere audẽtẽ,liceat mihi uera fateri:

Solus hic auſoniis gallos auertit ab oris.
Spectatum uenere alii:Gonzagius heros
Pugnatũ .ſatis eſt aliis ꝙ inertia poſſit
Abſcondi uirtutũ aliquo uelamine. fortis
Nomina nó cúrant. Virtus prudétia ſũma eſt
Omnibus.hoc innata Italis ſocordia amictu
Vtitur.his falſo titulis ſe ignauia ueſtit.
Nec quia nos mihi iuncta thoro germana iugali
Fecerit affines/bellis durantibus auſim
Mitius acturũ quicq̃:ſperare: fidéq;
Defraudare .fides homini laudũq; cupido
Qualis erat qui terræ orbé domuere latinis.
Si ſedare iras igitur ſi flectere menté
Nitimur/ atq; uirũ nobis placare/fatédũ
Ingenuæ uictos. Animũ conceſſa mouebit.
Gloria. Et addendũ eſt ſoli ſe credere gallos
Fidere ſoli ipſi:tanto oblectatus honore
Exuet ut poſita mare tépeſtate/furorem.
Et quantũ oppreſſit bello/cũ bella manebant/
Tãtũ pace feret cũ pax erit orta/fauoré.
Talia ſuadentis conſenſu Gallia magno
Dicta probant:paciſq; legunt qui fœdera faxint
Extéplo. atq; italis fuerant qui ſigna ſequuti
Gallica ré (nec enim intereant affatibus) oém
Protinus exponunt:illi cóſulta fatentes
Opportuna fauét cœptis:pacéq; ſecũdant.
Ergo datis prius obſidibus:ne forte morandi
Hæc cóméta forent/dũ rex & gallia mittant
Suppetias/cauto ueniunt in fœdera ritu.
Fœdera ſunt gallũ incolumem diſcedere regno
Aequoreum per iter:caſtella relinquere & urbes.
Reſtitués igitur feſſam Borbonius urbem
Liminaq; inſiſtens cũ iam diſcederet:ipſum
Talibus alloquitur Victoré heroa loquelis.
O gétis Franciſce Decus Gonzaga latinæ
Gallorũ ter uictor aue. Te martia Parma
Ac Tarréſe ſolũ. Te capta Nouaria dudũ
Prædicat. Attellæ modo tercia gloria uictæ
Accipe quicquid erat ſpei & muniminis intra
Italiá Gallis:regnum tibi reddimus omne.

Ponimus hic diuis aſſumpta negantibus arma.
Poſtq̃ fata uolũt uictos diſcedere gallos
Pro generis ſplendore tui pro grandibus auſis
Atq; animi uirtute quibus genus omne latinũ
Iudice me ſuperas thalami pro fœdere ſancti
Quo tua mi coniuncta ſoror (pia numina teſtor)
Gratulor hæc opus eſſe tuæ facta inclyta dextræ.
Perge:& ut ætati ueniens adiungitur ætas
Nente diu lacheſi ſic laudibus adiice laudes.
Sed caue ne aduerſis rebus frangare ferendo.
Inuidiã cuius rabidos tua gloria morſus
Senſura eſt uinces.neu decipiare memẽto
Fortunæ ingeniũ longe mutabile.noſtris
Caſibus id cõſtare uides.Verũ id quoq; dãnis
Quod nolim experiere tuis ſi uita ſuperſtes.
Propterea conſueſce pati.munimen habeto
Id ualidũ:quo ſorte omnẽ ſuperabis acerbã.
Hæc tibi (cũ nequeã melius) documenta relinquo
Munere pro magno.patrios intrare penates
Si nos Fata dabũt (quod mita Numina faxint)
Fortunæ mihi quicquid erit totãq; putabo
Hanc tibi me debere animã.ſi forſitan ante
Quã repetã aruernos (quod mens præſaga uidetur
Diuinare) diẽ extremũ me claudere Diui
Præſtiterint rerũ teneat te cura mearũ
Natorũ in primis ac coniugis:indue mẽtẽ
Patris & affectũ.Clarã ſolabere noſtro
Occaſu ægrotã.ſenſus ſi manibus iſtis
Dulcibus officiis manes ſolabere noſtros.
Talia Gilbertus lachrymis memorabat abortis.
Cui reſponſa pio princeps ita reddidit ore.
Parce precor lachrymis Gilberte ſororie Ductor
Maxime Gallorũ:neu ſis tibi funeris augur.
Principio rerũ ut memorant ac credere dignũ eſt
Fortunã uitæq; genus numerũq; dierũ
Fecit & impreſſit cuntis animãtibus autor
Quæ ſcire ac mutare nefas.ideoq; iuuẽtus
Sæpe ſenectutẽ præuertitur.atq; ſepulchrũ
Prima ſubit:Nec primus obit qui primus ad auras
Protulit os.fati & uitæ moderator olympus.

Hector erat iuuenis/genitor longeuus/ & annis
Cernuus:ille tamen fato coniunctior iſte
Vix tandē euerſa ſubiit ſua funera Troia.
Nec mœrere decet/ꝙ res tibi credita iniquo
Clauditur euentu/nemo eſt/ſeu gallica regna
Seu romana petas/qui rem cum nouerit/auſit
Te damnare:uel hoc fatū/uel regius error
Regis enim uicio mētis fuga facta/repente
Cū regnū tanta hoc animi leuitate reliquit.
Q đ decus hoc illuſtre datum mihi tanta gerenti
Bella per ætatē primam grataris/habenda
Gratia:& id forſan dicendū ex re quoq; factū/
Eſſe tua:nā cū noſtros fortuna ſecundat/
Nos quoq; conſortes:ueluti cum rectius auris
Aut oculus ualet/utilitas per cunta redundat
Mēbra fluens:totoſq; affines irrigat artus.
Q uæ ſeruanda mones eadem pater ante monebat/
Dū tenera & tantis nō dū formabilis ætas
Moribus accipio:atq; memor ſeruanda tenebo.
Si placet Auſoniis mecū conſiſtere terris/
Sūt mihi parua quidē uerū ſatis ampla duobus
Regna:mane:quæcumq; dabit fortuna feremus
Vnañimes mecū atq; meis cū fratribus æuum
Tuq; ſororq; trahes tranquilla in pace quietū.
His dictis Gilbertus iter ſecat agmine magno/
Q ua tyrrhena ſonans deſcendit in æquora ſarnus.
Dux ſua caſtra petens regis tentoria lætus
Ingreditur:celebrantq; alacri conuiuia plauſu.
Dūq; uacāt epulis/iuuat enumerare magiſtros
Militiæ ueteres/quos illi proxima ſæclo
Bracius. Tēpora protulerant:Peruſini ingentia Bracci
Facta recenſentur:cuius (ſi credere dignū eſt)
Fama eſt antiqua dictā a Carthagine gentē.
Carolus a Additur & ſoboles Venetis exercita bellis
montone Carolus Alcide animis ac uiribus alter.
Tu quoq; cui faciunt inſigne Cydonia mala
Sforcia Sphorcia:& a Phorco genus accipis:addita priſcū
Littera reddiderat paulatim ignobile nomen.
Sed uirtus rediuiua iterū ſplendeſcere longe
Fecit:& æternæ radiauit lumine famæ.

	Sphorciadas hic belligeros in ſubre tenentes
	Imperiũ/& ſuperi reſidẽtia ad æquoris undam
	Mœnia Piſauri genuit.tandẽq; ſub alto
	Gurgite tot factis inſignem grandibus umbrã
	Liquit & in terris nunquam delebile nomẽ.
Nicolaus	Addũt Nicoleũ Pici genus acre latinis
picininus	Et formidatã bellis flagrantibus olim
Iacob⁹ Pi	Sub Ferrante alio campana per oppida prolẽ.
cininus	Tota uolubilibus reſonant conuiuia linguis
Siſmũd9	Te Siſmonde ferox te Cremaniola magiſtrum
malateſta	Militiæ inſignẽ belli ſtratagemata doctum.
Cremani	Te quoq; neſcio cur tris Bartholemee ferentẽ
ola	In clypeo teſtes antiquæ inſignia gentis/
Barthole/	Materiam riſus.nec te Mellata relinquunt
me9coleõ	Incelebrem.ueſtras referunt in ſidera laudes.
Cata Me	Vos ſtatuis (ita cana fides & ſtrenua bello
lata.	Dextera poſcebat)decorauit equeſtribus ambos
Principũ	Cura ſacri nunq̃ meritoꝝ oblita ſenatus.
Gõzagaꝝ	Cõmemorant Gonzaga tuum genus:unde uirorũ
proprieta	Inclyta proceſſit ſoboles/& quattuor illis
tes	Propria dona ferũt/proceri corporis alta
	Ora giganteas uires/heroica corda/
	Et pilii ſenis eloquium linguãq; potentem.
Talianus	Te Taliane canunt:te Cerpilon arcibus atrox
Furl.	Excidiũ:qui caſtra fugas/ qui mœnia frangis.
Cerpilon	Et Lippũ cui Toppus erat cognomen.& ipſum
Lippus	Fortunatũ armis /ac coniuge/Sphorciadaꝝ
toppus.	Franciſcũ ſupremum apicem.prolẽq; cruentam
Franciſc9	Quã rapuit magnis iuuenẽ mors inuidia rebus.
Sforcia	Adiiciũt inſignẽ oris ſplẽdore Robertum
Galeas	Stirpe ſeuerina genitũ:qui ſæpius omnẽ
Sforcia.	Terruit Italiã bello.Germanica regna
Robertuſ	Ni fortuna uirũ nimis auerſata dediſſet
ſeuerinas	Interitũ tã infelicẽ/iã tota tumultu
	Preſſerat attonito/ſubitiſq; inuoluerat armis.
	Finis erat.Cũ dux ueneũ quid facta ſilemus
	Monfeltræ tã clara domus:domus inclyta tantis
Federicus	Illuſtrata uiris Federico ut theſſala olympo
mõfeltruſ	Alius erigitur tellus/& in æthera tendit.
	Cur Maleteſtaꝝ ſtirpẽ fraudamus honore

Robertus Perpetuo? cur prætereunt intacta Roberti
malateſta Bella per etruſcos/& quæ peruſina per arua
Cũ genitore meo geſſit ſocialibus armis?
Et quando obſeſſos o rex(nec enim tibi debet
Gloria & excellens uirtus grauis eẽ)quirites
A patris Alfonſi defendit atrocibus armis.
Illius huc ueniens dũ uaticana ſubintro
Tẽpla/ſepulturã uidi:inuidiq; ſepulto
Fama eſt gentilẽ bello fortẽq; tibertũ
Gẽtilis. Vermigenaſq; omnis ualuiſſe:acrẽq; tadæum
Tibertus Eſte ſatum ueteri.tum Rex Franciſce tuorũ
brandoli/ Immortale decus patrũ/neq; tẽporis huius
nus Laudis eget/neq; uenturis reticebitur annis.
Vermige Immo tuos Franciſcus ait Rex magne parentes
næ Cũ de laude uirum ſermo/memorare neceſſe eſt.
Tadeus Ante alios. Sed Cymba breuis male nauigat ingẽs
marcheſ9 Aequor.& altiloquo digna eſt laus illa cothurno.
Illuſtres dũ menſa uiros heroica laudat/
Lux cũ ſole cadẽs noctẽ uehit:atq; ſilẽtes
Per ſecura hoſtis mittit tentoria ſomnos.
Aurora referente diẽ iã lucifer ardẽs
Ortus erat. Cũ Rex inſomnis eatenus/altam
Soluitur in requiẽ. Mox illi ſomnia morpheus
Fatidicis aperit formis/& imagine mira.
Viſus in excelſum montis tranſire cacumen
Tramite difficili circũ perq; aſpera ſaxa
Sæpius inflexo. Tandẽ ſublimia poſtq̃
Culmina conſcendit/longos lateq; patẽtes
Ingreditur cãpos:ubi lux ſine ſole ſine aſtris:
Et ſine currentis rapidi curuamine cœli.
Lux inquã/non quãta dies mortalibus orto
Sole micat/uerũ decies illuſtrior. omni
Nocte carens:æterna:oculis blãdiſſimus ardor.
It circũſpiciens uiridãtia gramine prata
Florigero/raraq; comantes arbore ſyluas.
Pomifices:ſed poma micant ceu ſidera:frondes
Aureæ.& argenti lignũ fulgore coruſcans.
Humanæ ex ramis uoces in dulcia flexæ
Carmina ſurgebant.magni preconia patris
Carmina erant dulci mẽtem rapientia flãma.

Incaluit ſancto igne animus: ſtudioq; uidendi
Accelerat greſſum:& cupido legit omnia uiſu.
Ecce procul ſeptis rutilat domus alta rotundis
Ignea,& ardēti circūueſtita pyropo.
Culmen inacceſſum eſt oculis/abſcōditur aura,
Tā ſublime meat.ualuis adamantina eburnis
Porta patens anguſto aditu,uix peruia paucis.
Suſpiciens omni humano molimine tēplū
Maius anhellabat ſubeundi ardore,locūq;
Perluſtrandi omnē:dū ſtās ſuſpiria ducit,
Sponte ſua patuere fores:& heous odorem
Fluxit agens uapor ambroſiū.quo uita repente
Inſtaurata nihil retinet quod morte obolendū eſt.
Intrat lætitiā ſpirans.detecta pateſcit
Tota domus ſubito:atq; ornatū intrinſecus omnē
Explicat:ingreſſo occurrens grauis umbra,ſed ore
Virgineo niueā chlamydem ueſtita quid inquit
Ferrantes hæc regna petis mortalis?olympi
Aetherei ſunt hæc penetralia:uix adeunda
Cœlitibus:ſunt porticibus deſcripta ſub iſtis
Omnia mobiliū uobis incognita rerū
Fata,graues Regū atq; ducū per ſæcula caſus.
Tū Rex admiranſq; locos uultūq; ſonūq;
Virginis o felix dixit quæ tēpla gubernas,
Seu genus e terris ſeu ducis ab æthere uirgo.
At quoniam Pater omnipotēs hæc ſancta uidere
Atq; intrare dedit fatorū arcana,facultas
Sit precor euētus regni rerūq; mearum
Cernere,& has aulas mentē oblectare tuendo.
Tū uirgo.quibus huc fas eſt accedere,fas eſt
Cernere:& hiſtoriā mundi luſtrare futuri.
Hæc cōſulta dei:quondā hic diuina uolūtas
Se exonerans ſcripſit,fieri quæcūq; uolebat.
Eſt imobiliū domus altera:& hædibus iſtis
Præficimur noſtro diui de more uiciſſim.
Hæc mea ſors.uocor a uobis mortalibus Agnes.
Quicquid fatidici uates ſanctiq; prophetæ
Sunt fati,defluxit ab hoc rerū æquore uaſto.
Cœlicolæ,quotiens aliquid preſcire uoluptas,
Impetrato aditu prece multa ab principe diuum

Huc ueniũt:caſum intuiti(mora nulla)recædũt.
Sic memorans iuuenẽ mũdi ducebat ad ortũ :
Monſtrabatq; polos: orbes :& ſidera:& omnẽ
Ornatũ cœli atq; ſoli.maris omnia mõſtra.
Et genus auriuagũ uolucres.limoq; ſubacto
Implicitas hominũ uitas per mẽbra moueri.
Et quia longa nimis ſeries:legit omnia ſaltim.
Q uattuor illuuies pelagi:totidẽ quoq; regna:
Maxima:Olympiadis natũ tot bella gerẽtẽ
Progeniẽ non eſſe Iouiſ:falſoq; putatos
Cæſarẽ ab Aeneæ:Ciceronẽ a ſanguine Tulli
Deſcẽdiſſe:Dei ueniẽtis ab æthere lapſum
Fata ſibyllaꝝ implẽtẽ :& noua ſæcla ferẽtẽ.
Cõciſoſq; patres gladiis:lita ſanguine mẽbra
Obiectata feris :animaſq; in ſidera euntes:
Triſte triumphãdi genus hoc:ubi uincere uinci eſt:
Sed ſublime tamẽ:quod non capitolia ad alta
Siſtat equos biiuges:ſed ad æthera:ſidera ſupra:
Et ſup elyſios ubi cœlũ imobile campos.
Cæteraq; .at Iuuenis cupiẽs ſua tẽpora uirgo
Prætereant inquit quæ præteriere:nouoſq;
Da mihi diua dies:noſtros ueniamus ad ãnos
Illa mouẽs greſſu lẽto ueſtigia trãſit
Cæſaris heracli pugnas:ſæua arma gothorũ:
Et quæ Roma tulit iuga :uãdalicoſq; tumultus
Et genus armigerũ Turcos:trãſlataq; Romæ
Imperia ad gallos:ad lãcrauios alemanos
Petræũq; thronũ Tyberis modo tẽpla tenẽtẽ:
Et modo migrãtẽ Rhodani ſpũmãtis ad undã.
Fortunã & ſtrages graiũ:p cycladas actã
Lunigerã claſſem totiẽs:regnataq; mauro
Bethyca tot ſæclis cœlo labẽtibus arua.
Conſtitit hic:ſurſũq; leuãs oculoſq; manũq;
Ecce ait:hic pugnãt galli.tuus exulat extra
Italiã genitor:tua nauigat æquora Cymba
Cũ patruo .Rex gallus abit.pugnãt ad amnẽ
Monte ſub aereo .Iuuenis Gonzagius hoſtẽ
Fulminat. expulſi ſuperant iuga maxima belgæ.
Tu patriam repetis. pro te Gonzagiuſ heros
Pugnat :& expellit uictoſ ad littora galloſ.

Te ſimul ac regnum aſſertū,uetat atropos ultra
Viuere:& immiti ſecat(aſpice)ſtamina dextra.
Succedit patruus.Mens hic quaſi fulminis ictu
Percita diſrūpit ſomnos:& ſaucia corda
Importunæ urgent cū ſollicitudine curæ.
O infortunatū iuuenē exclamare uolētē
Continuit ſubito,fecitq; ſilētia uirtus.
Surgit:& ambiguus contra ſua ſomnia pugnat
Sōnia uana uocans:uerū nimis hæſerat alte
Horror,& obſcurans animū formidinis umbra.
Ergo ducē alloquitur.regni Franciſce ruētis
Auxiliū fatale,tibi debebit Arago
Dū ſolē æterno ſq; ignes torquebit olympus.
Iam uirtute tua pulſo de finibus hoſte
Venimus ad metā belli,finēq; laborū.
Caſtra mouenda igitur nobis ad amœna ſalerni
Littora:& hæc repetenda Neapolis euro.
Talia ferrantes.animo dux impiger alto
Imperat armari claſſes certoq; moueri
Ordine.Vulcano imiſſis umbracula flāmis
Frondea dāt læti.cœloq; incēdia tollūt.
Claſſica ſollicitant operas.tuba flexa morātes
Arguit.inuoluitq; altis mugitibus auras.
Armorū ſub faſce pedes iam tympana lento
Vociferans greſſu ſequitur.iam plurima rauco
Sarcina plauſtrorū rugitu incædit:equeſq;
Erigit haſtarū ſyluam ſūmo ære nitētē
Inceditq; ſonans caſtrenſi gallica cantu
Bella:triumphatūq; ararim Rhodanūq; ſubactū
Ter duce Franciſco.ſonat in conuallibus imis
Carmē,& armorū ſtrepitus,miratur oreas
Per triuiæ lucos martē reſonare:dryaſq;
Proripitur,ſaltuſq; petit ſuccincta ſilētes.
Mōtibus ex altis iā ſe tyrrhena micanti
Aequore ſub phœbi radiis maria oīa monſtrāt.
Nuceriæ patet ora iacens,patet ora ſalerni,
Atq; ſeuerini colles,ubi palladis umbra
Plurima,ubi aurato biferæ ſub pondere uites
Incuruanť:ubi exultat ſub frugibus arbor
Perpetuiſ,neq; læſa gelu,neq; ſolibuſ altiſ.

Omnibus his tamẽ ante locis dira illa Megera
Quæ regno tã ſæua fuit/perſuaſerat arma
Pro gallis ferre atq; pati:neq; cædere bello.
Sed poſtq̃ infuſas campo uidere patenti
Inceſſu tam longo acies/ubi principis ora
Martia Gonzagæ/cuius celeberrima in armis
Nomina iam dudũ audierãt/de turribus altis
Proſpexere/nihil potius q̃ cædere uiſum eſt.
Hic ubi delitiæ molles/ubi medica paſſim
Poma rubent/ubi cedroq; per litora ſyluæ/
Martis & armorũ præduro aſſueta labori
Mẽbra ducis cœpere graui langueſcere morbo.
Si duraſſet opus martis/ſyncera fuiſſet
Herculei uis tanta uiri.qui pondus ahenũ
Fert adamas/liquido uires in ſanguine perdit.
Continuo medicæ quicquid fuit artis/ab uſq;
Parthenope latũ leuibus ſuper æquora cymbis
Affuit:ac ſuccis perfuſa ſalubribus exta
Imbibitos abigunt æſtus/& frigora potant.
Non ſecus ac quotiens tellus ſub ſidere cancri
Arruit admittẽs ſitibundũ in uiſcera ſolẽ/
Si gelida de nube recens defluxerit imber/
Dulce gelu bibit:atq; uaporem exhallat aduſtum.
Tũ magis Aenææ qui ſub genitore tribuno
Diſcere militiã teneris ardebat in annis/
Sedulitas/amor/ingeniũ/tolerantia pluſq̃
Natura omnipotẽs primis indulgeat annis/
Enituit.dominũ miſerans ardore iacẽtẽ
Tabifico ſibi luce negat ſibi nocte quietẽ.
Lãguẽti aſſiſtit ſatagens.onus omne ſubintrat
Solus/agẽs natũ/ac dñm ratus eẽ parentẽ.
His puerũ meritis princeps magis ac magis arſit.
Atq; ubi militiæ belliq; laboribus aptũ
Repperit:illuſtrẽ fecit:generũq; recepit.
Tẽporeq; ex illo iuuenẽ fortuna leuauit
Altius/ac ualeat uirus protẽdere liuor.
Paſcitur infectũ febris phlegethontica corpus:
Et morbo medicina minor.diſſoluitur omne
Robur.& illa quibus Pardos anteire ſolebat/
Crura labant:fortes illi quibus haſta lacerti

Fulmineũ contorta ſonum per ahena ciebat
Arma, cadunt: cadit in gemitus uox martia longos.
Mens tamẽ alta manet langore potentior omni.
Caſtra dolent: ipſi quos contrectare ſolebat
Admirantur equi. reticet tuba, tympana laxis
Muta ſilent chordis. circũ mœſto agmine fortes
Stant heroa uiri, proles Gonzagia phœbus.
Et conſanguineus Phœbi mauortius Hector.
Tu quoq; ab illuſtri ueniens iacobe ſoardũ
Sanguine, Bergomeos regnauere per agros.
Magnanimoq; comes pugnax Siſmũdus Alexi.
Germanus: Mariusq; decus ſublime ferarũ:
Muſarũ comes, ingenio q̃ corpore maior.
Sãnitiſq; Adriæ ſoboles Iacobus, & omnes
Præfecti ordinibus ſponda glomerant̃ utraq;.
At puer Aenæas uultu maturus opaco
Saucia corda dolet: tamen officioſus ad omnẽ
Mẽte, manu, pede, lingua, oculis ſe accõmodat uſum.
Dux autẽ paſſa ora uidens, muliebria dixit
Iſti corda decent uultus. ſi numina uitam
Abſtulerint, grates illis perſoluite, q; non
Ante ferunt, q̃ partus honos, q̃ uicimus hoſtẽ.
Q̃d ſi uita manet, neq; funere mergimur atro,
Perſoluẽdæ itidẽ grates, q; læta ſuperſint
Tempora, cũ in patriam latis recitare labores
Bellorũ exactos fas, & meminiſſe maloꝝ.
At nunc parthenopen placido iuuat æquore ferri:
Ac duo moliri, reditũ ſimul atq; ſalutẽ.
Sic ait: aſt illi confeſtim aplustria tolli
Pulchra iubent, longãq; parant armare triremẽ.
Mox proceres ſublatũ humeris ſtratoq; iacẽtẽ
Ad mare deportant. & flanẽ leniter eurum
Accipiũt uelo: ac ualido freta remige ſulcant.
Iam ſubeũt portũ. celſamq; illatus in arcẽ
Vnde patet procul æquoreas proſpectus in undas,
Occubuit curis paulũ morboq; leuatus.
Tũc quoq; Rex (ſic fata illũ monſtrata ferebant)
Correptus langore graui peruenit in urbem.
Et patriæ inſigni cum ſuſciperetur honore

Vix potuit triſtes in gaudia fingere uultus
Interea impatiens linguæ ſubit alta uolatu
Nubila præcipiti/ſpargitq; per omnia fama
Oppida rumores:& nũciat omnibus oris
Loetifero Regẽ atq; ducẽ ægrotare ueneno.
It Romã/ſubit etruſcos/picẽtia rura/
Flaminiã petit/ad uenetos ſuper æquora ſerpit.
Ad ripas uenit uſq; padi:defertur in urbẽ
Tireſiæ.uulgo inſeritur .fora permeat .aures
Allicit:& linguis rẽ uana loquacibus auget
Continuo in gemitus cõmuni Mãtua luctu
Soluitur.Ac ueluti cœlo ſi denſa ſereno
Calligo inuehitur liquidas egreſſa paludes
Sol iubar abſcondens tenebroſa inuoluit umbra/
Sic alacres prius in uultus nuruumq; uirũq;
Ex animi grauibus curis exorta repente
Funditur obſcurans oculos acherõtica imago.
In primis Iſabella ſuos perteſa decorem
Exuit ornatus:colloq; monilia eburno
Abligat:in forulis gẽmas abſcõdit/& aurum.
Vota preces ac ſacra iterans prouoluitur aris
Omnibus:accẽditq; piis altaria flãmis.
Liqtur in lachrymas/ut nix ubi flãnbus auſtris
Intepuit cœlũ hybernũ:cũ frigore uicto
Cãdida p̃cipitant ſtillantẽ culmina nimbũ.
Improbus exhaurit miſerã dolor. umbrat amictus
Ora inculta niger.uiduali ſquallida uultu
Cogitat extincto uitã finire marito.
Triſtibus his curis aderat facũdus & acri
Ingenio præſtãs iuuenis Ptolemæus & alta
Indole promittens quicqd ſperare parentes
Fas de prole boni.pro auos fœcũda uirorũ
Magnanimorũ altrix & mater Corduba uatum
Huic dederat proauos armis & ſanguine claros
Tũ dñam miſerans tua cur ſimul atq; tuorũ
Corda ait o nuruum princeps/o regia proles
Tãto animi lãgore p̃mis/pietate iugali
Dilexiſſe uiros fateor pulcherrima uirtus:
Cui non terrigenæ ſoli concorditer omnes
Verũ etiã ſuperi laudeſ ac præmia ponunt

Grandia in elyſiis campis. ſic facta uirago
Inclyta Mauſoli coniunx. ſic Penelopæa
Nacta decus. ſic halcyone. ſic Hipſicratæa
Armorũ thalamiq; comes ſibi fecit amando
Omnia manſurũ uentura in ſæcula nomen.
Sed facile incertis uulgi rumoribus aures
Porrigere/& uana famæ leuitate moueri/
Turpe/infame/nocens. longe a grauitate remotum.
Res p̄ſaga mali fateor/nimis omina ſemper
Importuna notans & ſollicitudine nunq̃
Liber amor. natura hominũ ſic pectora finxit.
His ſtimulis deus affecit mortalia corda.
Non nego. ſed nonne eſt animis regalibus ultra
Cõmunẽ hanc naturam hominũ fas ſurgere/& umbrã
Hãc uexantẽ homines inhoneſtatẽq; fugare?
Heroes & ſemideos a plæbe uetuſtas
Diſſociat: nec eos aliis mortalibus æquat.
Sic reges hominũ dominos præſtare uolebant/
Vt premerẽ affectus animoſq; retunderẽ poſſent
Ante ſuos: mox illũ aliis imponere morẽ:
Nec labor ẽ populis aſſueſcere legibus illis
Quas reges ſeruare uidẽt: imitabile regũ
Semper opus: populis morũ exẽplaria reges.
Ergo redundantes lachrymas & anhela parũper
Ora preme. & populi mẽtes læto ore ſerena.
Talibus ammiſſas uires generoſa uirago
Inſtaurare paz uiſa eſt. ac tollere mẽtẽ
Altius/atq; graui curaz emergerẽ ab æſtu.
Interea princeps iam decreſcẽte parũper
Liberior morbo cupit ire/& patria regna
Mãtooſq; uidere lares: & ſiſtere regno.
Solis equos iã libra tepẽs deflexerat auſtrum
Verſus: & autũno ſurgebat Atlantias alto.
Per ſulmonis agros pelignaq; rura cohortes
In patriam ſignis lætæ uictricibus ibãt.
Dux æger modo uectus equo/modo curribus actus/
Vectatus nõnũq; humeris p̄euntia lẽto
Caſtra gradu ſequitur. coniunx Iſabella regreſſum
Docta uiri præmittit opes/atq; aurea dona/
Vina unguẽta leues tunicas & byſſina uela/

Lenimenta mali.& ſolatia blanda marito.
Mittere& omne etiã medicamen & arte medendi
Inſignes conata uiros.teq; optime uatum
Ante oẽs Baptiſta domus æterna ferarũ
Gloria. Tireſiæ decus imortale nepotum.
Tu coi ſecreta ſenis/ tu centauræa
Gramina/tu ſuccos foměta q; bethyca noſti:
Galleni tu ſenſa tenes. Q uæcũq; leguntur
Montibus in colchis quicquid mare mittit ab indis
Q uicquid ab Aſſyriis.prohibes ne tartara poſſint
Expugnare hominũ uitas .ne ſidera fluxu
Sint infeſta malo/fatiſq; furentibus obſtas.
Nec tibi muſarũ minus intellecta ſuppellex/
Ac phœbæa domus tibi carminis autor Apollo
Omne ſuũ patefecit opus.ſeu leſbia pulſas
Barbita/& Alcæi numeros/ſeu cincta cothurno
Crura feras ſmyrnæa mouens ad carmina plectrũ/
Siue uelis modulari elegos præſentia uincis
Tẽpora:& antiquæ compar tua gloria laudi.
Ergo ubi picentis mare uerberat unda truenti
Obuius ægroto primus medicamen adortus.
Ignis edax animæ per membra iacẽtia ſerpens
Hauſerat arentes conſumpto humore medullas.
Nec requies.ſæuibat agens in corda uenenũ
Indomitũ:uictãq; animã rapiebat in umbras.
Tu uelut Alcides diram ſpirantia mortem
Vndiq; lernæi truncauit guttura monſtri/
Id ſtygium reſecas uirus:ſuccoq; potenti
Non ſinis arſuros peſtem flagrare per artus.
Interea coniunx(amor impetuoſus & acrem
Fert animũ pietas)Nuruũ comitante caterua
Centauro inuehitur magna:ſequiturq; carinam
Ante remulcantem piſcoſa per æquora Minti/
Per phaethontis aquas/perq; humida regna parentis.
Vt nulla eſt menti requies ita nulla lacertis.
Nocte die ruit ære Padi ſpũmãtia terga
Nauita/populeos uento faciente ſuſurros.
Mœnia tranſibant argẽtea/cũ ſopor umbram
Sidereis Iſabellæ oculis immiſit.eburno
Fulta genã cubito dulci reſoluta quiete eſt.

Cõtinuo rupem uiſa eſt aſcendere in altam/
Lata ubi gramineo:diffunditur area campo.
Tyrrhenaſq; audire tubas/& tympana/& omnẽ
Militiæ martiſq; ſonum .tũ cernere gentẽ
Innumerã nitidaſq; acies ire ordine longo
In tẽplũ gradibus quod cẽtũ aſcẽdit altis:
Tẽplũ ingens/cui montanis frons ardua ſaxis
Texitur/& rigidas attollit in aera cautes/
Et ſcopulos/inſtar mõtis/cui plurima ſurgũt
Cornua/& in cœlũ magnis ſe molibus effert.
Limẽ utrũq; chalybs.poſtes & ianua duro
Aere rigẽt:tegitur facies pendẽtibus armis.
Sunt clypei/ſunt thoraces/& ahenea uincla/
Eſſeda/falcati currus/naualia roſtra.
Delubri in medio breuibus ſuſpenſa colũnis
Fert epigramma notis inciſum grandibus ara.
Virtuti & magnis ſacrata heroibus ara.
Illuc magnanimi proceres conſcendere uiſi
Aere corruſcantes/& odoribus ardua cincti
Tẽpora Daphnæis:quos inter cernere Pyrrhũ/
Chaoniæ Regẽ Pyrrhũ/ſobolẽq; Philippi
Mangnanimã/Hãnibalẽq; putat/libyæq; ferentem
Nomina ſcipiaden/Pompeii & Cæſaris ora
Atq; ſupercilũ Marii/Syllã: atq; loquacem
Marcellũ/Auguſtũq; patrẽ/rigidũq; Catonẽ:
Innumeroſq; alios/quorum ærea uiderat ora
Docta uetus ſæclum:proceres ubi ſedibus altis
Impoſiti ſigno tenuere ſilentia facto/
Ecce nouus Ductor multo cũ milite portas
Ingreditur radians armis & caſſide aperta/
Gallorũ ſpoliis diues/grauibuſq; catenis
Implicitos ducens belgas:& uaſconas altos.
Ibat iter uerrens gladio:quẽ agnoſcere cõiunx
Viſa oculos imota manet.ſub caſſide uultus
Conſpicit ardẽtes:& lumina ſideris inſtar
Lucida:& inceſſus paſſu ſurgente leuatos
Elatoſq; humeros:& pectora lata:uirumq;
Dulcibus agnouit curis:ſe inferre per agmen
Eſt animus:teneriſq; amplecti armata lacertis
Colla: pudor tenuitq; pedes uocemq; repreſſit.

Mirabunda tamē ciliis cōſiderat altis
Q uo res tanta cadat. uenienti aſſurgere totum
Conſeſſum uidet / atq; ipſum ſe flectere/ & ante
Cæſaris ora genu(nā cæſar in agmine in tanto
Primus erat) curuare ſuper puluinar ahenū.
Tū manibus palmā cæſar dedit: atq; reuulſa
Caſſide uictrici cōplexus tēpora lauro.
Erigit: Hānibalēq; inter Pyrrhūq; ſedere
Iuſſit: & æterno iuuenē decorauit honore.
Hic ſopor extinctus. ſubito ſibi reddita uirgo
Eia ait o ualidi remis conſurgite nautæ.
Flectite & umbroſæ naues appellite ripæ.
Hæc referens iubet apponi flauentis iacchi
Cymbia: triticeam cererē/ pernaſq; ſuillas/
Dū dape reſtituūt uires/ ſua ſomnia puppi
Narrat: & excito redeunt in gaudia plauſu.
Mox iter inuadunt alacres. antiqua Rauennæ
Tecta ſeneſcentis magna ambitione ſubintrant.
Ipſum etiam placido lapſum ſuper æquora curſu
Attulerat lux illa ducē: qui coniuge uiſa
Lætus in amplexus dulces & in oſcula tendēs
Hic finis languoris ait. cōſternite menſas/
Et laute curate dapes. dū talia princeps
Voce refert/ germanus adeſt Siſmundus/ & ingēs
Nobiliū cœtus procerū: quos urbe relicta
Traxit in occurſum pietas/ ſtudiūq; uidēdi
Tā celebri fama illuſtrē/ tot honoribus auctum.
Gaudia in ardeſcunt. labor eſt tot iungere dextras/
Colla tot amplecti. potuit tranſlata uideri
Mātua & in ueterē populos miſiſſe Rauennā.
Ergo epulas turmatim ineunt: menſaſq; coronant:
Aemula cretæo latici liuiana capaces
Vina grauant pateras: ſpumātq; albēte liæo
Cymbia/ & aurati calices: obſonia menſas
Lauta onerant. pinguēſq; ſecant in fruſta iuuēcos.
Mane/ ubi iam lucē ſurgēs aurora reduxit/
Victorē in patriam dominum comitantur ouantes.

FINIS.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI AD. D. FALCONEM PROTONOTARIVM CVIVS BENEFICIO EXOMNIBVS PERICVLIS EST LIBERATVS.

Carmen.

d EBEO(Sed curæ prohibent) tibi carmina Falco
Aegraq; mens uariis ſollicitudinibus.
Dignus es æterni cui decernantur honores:
Sacraq; ſolemni conficienda die.
Sicut enim domitis proles Tirynthia monſtris
In ſuperum ſanctas fingitur iſſe domos.
Sic ubi fatales lacheſis tibi uoluerit annos:
In paradiſiacos ibis ab orbe lares.
Et niſi relligio uiuis ea dona negaret:
Iam tibi lucẽtes poneret ara focos.
Nec magis adiuuit feſſum labor herculis orbem:
Q uã tua gentiles prouida cura meos.
Te duce de ſcyllæ canibus de fauce charybdis
Eruimur: placido perfruimurq; mari.
Te duce cũ paruo nauis mea remige tutum
Fecit harenoſæ per uada ſyrtis iter.
Noſtra Caphareo duce te ſub uertice puppis
Tranſiit. & tyriũ qua tulit unda bouem.
Et qua ſeptenos uomit unda reciproca fluctus:
Eu boicos inter. Caſtalioſq; ſinus.
Nec potuit nauplus fictis illudere flãmis
Nec pauidam cautes corripuere ratem.
Te duce cyclopes immania monſtra ſubægi:
Eſt Erymãtheus te duce uictus aper.
Phaſides & circes Acheloiadumq; ſororũ
Carmen & harpyias ſtymphalidaſq; fugas.
Te duce Gerionen & barbara uicimus arma:
Armigerã ſegetẽ flãmiuomoſq; boues.
Te duce nigrantes erebi ſuperauimus umbras.
Et caua tartarei fugimus ora canis.

Te duce ſeruatæ leges: & iura parentum:
  Noſtraq; res maius publica robur habet.
Te duce quaſſatam fulcris meliocribꝰ ædẽ
  Et laceram ſolido ſtruximus ære domum.
Te duce põtificis ſũmi mihi limen apertũ
  Et ſancti patuit regia magna patris.
Sic precor immẽſi pateat tibi regia cœli:
  Teq; ſuum chriſtus collocet ante thronũ.
Tot meritis unũ: quo tangere ſidera poſſis:
  Adde: Quirinali limen in urbe dato.
Cur precor a latio ſoli ꝓhibemur: an unq̄
  In Capitolinas uertimus arma domos?
Non nos ꝓgenies ſenonũ: nõ punica turba.
  Nõ ſumus hyrcanũ: ſarmaticũue genus.
Itala gens linguã & mores edocta latinos
  Hauſtaq; de petrũ religione ſumus.
Cur igitur quotiẽs Romana reuiſere tecta
  Cogimur: in propria non licet eſſe domo?
Da latios Romane lares: da cernerẽ thybrim
  Da patriæ nobis regna beata tuæ.
Auſpice te nobis fas hoc ſperare putatur:
  Qui regimen cymbæ pontificalis habes
Nos quoq; q̄ cupimꝰ romanũ extollerẽ nomẽ
  Suſcipiet facili Martia Roma ſinu.
Si fuit Andino mitiſſima Roma poetæ:
  Nos quoq; quos aluit mintia terra feret.
Aeolus es nobis: pelago dominaris & auræ:
  Da zephyros noſtræ: remigiũq; rati.
Sic tibi ſiderei dominã placabis olympi.
  Et pluet ætheria iugis ab arce fauor.
Sed propera. longo lacheſis iã feſſa labore
  Cogitat immiti rũpere fila manu.
Poſt obitũ benefacta manẽt æternaq; uirtꝰ
  Non metuit ſtygiis ne rapiatur aquis.

Ad eundem

ſ I mea pierius coeũtibꝰ undiq; riuis
  Aſſidue currat totus in ora liquor.
Nõ potero meritas Falco tibi ſoluerẽ grates:
  Digna nec officiis fingere uerba tuis.
Ille ſatiſfaciat qui ſe contẽnere dixit

Nec calicis uilem frigidioris aquam.
Ne tamen ignores humilis pia uota poetæ:
Paupere de loculo uilia dona damus.
Tūc tibi Romulea cū nos donaueris urbe
De locuplete penu munera magna dabo.
Hæc ſūt quæ ueniēs minus ut uia læderet/ægi:
Dum ſtudet obſequio noſtra minerua tuo
Iſta leges quando ueniūt poſt feria ludi:
Cum dabit extremas menſa ſecūda dapes.
Nulla ſuo res eſt ſi ſit data tēpore/uilis
Aptā ferunt magnā tēpora rebus opem.
Opportuna tibi poterunt ſollacia ferre:
Tempore ſi fuerint Carmina lecta ſuo.

In Eundem endecaſyllabi.

Falco Romulei pater ſenatus
Nemo me:quia ſit ſeuerioris
Vitæ relligio:putet negaſſe
Fontis caſtalii beata rura.
Indoctos homines fatigat iſta
Simplex ruſticitas: peritiores
Quales ambroſius Boetiusq;
Qui mores tetricos: & altiorem
Felici patriam ſequuntur aura.
Muſas & ſtudium latinitatis
Complexi fidibus lyraq; morbos
Tollebant animi graueſq; curas:
Iucunda modulatione fretum
Pennis ingenium uelut quibuſdam
Sublatum rapitur:deumq; dulci
Illapſu recipit:bibitq; nectar
Quo menſæ ſuperum fruuntur omnes
Hi uere lyrici fuere uates
Sicut pindarus inſulæq; uirgo
Leſbi gloria:grandiorq; plectro
Alcæus modulans ueuuſtiore
Et Dauid tyrio decorus oſtro
Percurrit citharam manu ſonantem:
Hi ſanctos ſuperis canunt honores:
Hinc laudes ueniunt piiq; cantus:
Hinc hymni reſonant choros per omnes:

AD FALCONEM.

Iſtos:poſthabitis minus peritis:
Auctores imitans tuis patentes
Campos auſpiciis perambulabo:
Nec uulgi duce te proteruientis
Nugas iudiciũ ue pertimeſcam.

In Eundem

Dicet adulandi ſtudio mea carmina lector
In laudes nimium luxuriare tuas.
Inuidiæ morbo præſens male iudicat ætas:
Iudicium melius poſteritatis erit
Credite uenturi mendacia nulla libellus
Ni malus interpres decipiatur habet.

Cur libellus Falco dicatur

Qđ mihi curuẽt uel crura uel ungula lector
Tale mihi nemo nomen ineſſe putet.
Sed quia falconis uerſu meliore canendi
Clauditur exiguo gloria magna ſinu:
Nec tamen immẽſas licuit cõprehẽdere laudes
Nec fragiles chartæ pondera tanta ferũt.
Amphora tyrrhenæ quantũ degluciet undæ
Falconis tantum pagina noſtra capit.
Hoc fuerit ſpecimen:reliquã qui cernet mercẽ
Poſtulat aoniæ phocidis arua petat.

Ad Põponium.

ſ I mea Falconi placuere poemata forſan
Aedere & a populo iam licet illa legi.
Ipſe & enim cauta uerſus appendere lance
Nouit:& ingenii lumen & artis habet.
Tu ſuperes:cuius ſententia quæritur:ac ſi
Sit clarii dictis anteferenda dei.
Si placet ædantur:ſi diſplicet occule:nam ſunt
Omnia iudicio ſubiicienda tuo.

In Falc.Diſt.ad Pont.

Ducere ſopitis paſtor potes ocia curis
Falco tuas argi more gubernat oues

In Eundem

Quod fuit Atride neſtor:Centaurus achilli
Hoc patriæ Falco Pontificũq; patri.

In Eundem

Sæcula falconem ſi fortunata tuliſſent

Vel Cato:uel Fabius:Fabricius ue foret.
In Eundem
Sic alios falco ſuperas in rebus agendis:
Vt libyæ ſterile fertilitate famum.
In Eundem tetraſtichus
Quanta roſis inter uernos eſt gloria flores
Inter aquas nymphis oceanitidibus.
Inter ſidereos triuiæ ſplendoribus ignes
Falco tibi in patrio gloria tanta foro.
In Eundem
Vir bonus eſt precio ſua qui cõmunicat æquo
Falco mihi gratis res operasq; dedit.
In Eundem
Cur tibi tot bona ſunt & tam pſtantia falco?
Cuius ager quia plus fertilitatis habet.
In Eundem
Inſignis uirtute Cato:Pompeius honore:
Tullius elloquio:relligione Numa
Relligio:probitas:honor:& facundia tecum
Sicq; uiros falco quattuor unus habes.
In Eundem.
Cur male cuſtodit tua ianitor atria falco?
Quod nihil in tota turpe fecit eſſe domo.
In Eundem.
Cur tibi ſunt dociles ſerui ſine crimine falco?
A ſimili mores accipiuntur hero:
In eundem
Cur ſors falconem nec læta nec aſpera mutat?
Maſcula quod uirtus pectora firma facit.
In eundem
Sunt propria:ſunt qui niteant uirtute parẽtũ:
Falco tuam radiat ſplendor uterq; domum.
Sed tuus eſt maior:nam quicquid laudis i oẽs
Sparſit auos uirtus prodiga:ſolus habes:
In Eundem.
Maxima cũ doctis quid habet cõmertia falco?
Quod paritas homines conciliare ſolet.
In eundem
Si te triſtis adit quiſq̃ cur lætior exit?
Falco tuum charites concomitantur iter.

AD FALCONEM.

In Eundem

Nicomaci nato ſi fas eſt credere falco
  Non tibi iam laus eſt, ſed referendus honor.
Eſt honor: in portũ cũ puppis ab æquorẽ uenit.
  Laudibus inceptum continuatur iter.

In eundem

Q uid tibi cum muſis qui tãta negocia tractas?
  Pinguis ager ſyluis: graminibuſq; uiret.

In Eundem

Q uos aliæ prohibẽt recipit tua ianua falco:
  Non tua: ſed populi cõmoda ſolus amas.

In eundem

Publicolæ nomen paries inſcriptus habebat:
  Falconis credi debuit eſſe domus.

In eũdẽ: de parione q̃ſi pater regiõis.

Area falconi pareo coniuncta uocatur:
  Falconẽ regio prædicat illa patrem.
Dat tibi conciſum laudis compendia nomen:
  Omnis ut eulogio lingua ſit apta tuo.

In eundem

Cur genium fraudas: cur reſpuis ocia falco?
  Calcar habet uirtus deſidiamq; domat

In eundem

Cur ſcytha: cur græcuſ: cur te ueneratur iberus?
  Vritur officiis quælibet ora tuis.

In eundem

Argolicas maior tyrias minor urſa: ſed omnes
  Aurea falconis ſtella gubernat aquas.

In eundem

Cur tua diſtinctis fulgent ſerpentibus arma?
  Philtra minus ſi ſint diſſociata nocent.
Hæc hominẽ ſignãt: qui bella domeſtica ſedat
  Et quæ ciuilis ſuſcitat arma furor

In eundẽ

Vnde fit ut doctos uocet ad cõuiuia falco?
  Ne pars officio temporis ulla uacet.

In eundem

Cognita cur tibi ſunt idiomata barbara falco?
  Ex toto uirtus orbe petita tua eſt.
Pullytropum uates dixit ſmyrneus olyſſem:

Aſt ego te ſanctum pullytropūq; uoco.

in Eundem

Cur nunq̄ alternis cædunt tua ſeria ludis?
Nempe quod abſtruſū mens tua numē habet.

in Eundem

Ora tuas falco reſonant cur omnia laudes?
Eſt laus:& non eſt dicere uera labor.

In Eundem

Cur tibi tam leuis eſt:cur tā iucunda ſenectus?
Libera quod uiciis tota iuuenta fuit.

In eundem

Cur tua iam grauibus uirtus nō frāgit' annis?
Nec patitur uitæ defficiētis onus?
Corpora mens:mentem uirtus:deus oīa ſeruat
Cur minuet uires longa ſenecta tuas?

In eundem

Quid ualeat uirtus ad acerbæ ferrea ſortis
Spicula falconis teſtificatur honor.

In eundem

Cur aliquando fuit tibi ſors inimica nocēſq;?
Quod uirtus fuerit ſemper amica tibi
Aemula uirtuti ſors eſt:quos eleuat illa
Iſta premit criſpo torua ſupercilio.

In eundem

Cur te diſſimulas?cur non in honore ſupbis?
Falco?ſupercilio gloria uera caret.
Sors facit elatos:& ruſticitate tumentes:
Et generāt mores corda ſuperba feros.
Exhilarans frontē uirtus auguſta ſerenam
Cor placidū:clemens:mite piumq; parit.

In falconē:elegia

Dicite falcones habeat cur martia paucos
Curia:quæ colitis phocidis arua deæ?
Dicite dū tenui ſtrepit Allia murmure:dū ſol
Vrget ab excelſo pectus & ora polo.
Dū ſemiuſta ſonant querulis arbuſta cicadis
Dum madet.& muſcis ſollicitatur equus?
Dicite ſed neruis non eſt opus:ore canendum:
Arridulo media carmen equeſtre die.
Cum dabitur ſecura quies meliora canemus

Nūc ſatis eſt celeri ducta figura manu.
Finieram uocē mox extulit una ſororum:
Paucaq; diſparibus rettulit iſta modis:
Eſt domus in ſummo ſaxoſi uertice montis
Ardua:quo durum ſemita tollit iter.
Auratus paries gemmis ueſtitur ubiq;:
Artis apelleæ nobile fulget opus.
Hic ſunt qui ſophia:qui relligione uel armis
Aut aliter ſūmum promeruere decus.
Hic retinet bello præſtans & pace repertus
Inter martigenas regia ſceptra duces.
Ipſe ſeuerini generis nitor:ipſe latinam
Militiā pacem iuſticiamq; regit.
Hic eſt caraphiam qui tollit ad æthera gētem:
Cui placidū mitis nomen oliua dedit.
Hic eſt Romuleæ priſco de ſanguine gentis:
Qui ueteres falco laudibuſ æquat auos.
Vidimus hos uirides lauri geſtare coronas:
Et loca quemq; ſuo prima tenere choro.
Tota cohors tribus aſſurgit:nec uidimus horū
Quis prior:& cuius palma ſecūda foret.
Atria prima labor:tecti penetralia uirtus
Seruat:in extrema parte locatur honor.
Horriferum labor eſt & inexorabile mōſtrum:
Quale quod infernas excubat ante fores.
Pectora lata tument:collū breue:brachia ſetis
Hiſpida:neruoſæ marmoreæq; manus.
Hic cadmi ſuperanda ſeges:mactāda chimera
Atq; meduſeæ colla ſecanda feræ.
Hic uigil heſperidū cuſtos fallendus:iaſon
Hic domat iratos flāmea monſtra boues.
Hic fuit Hippolytus curſu laceratus equorū:
Et cito uirtutis uiuificatus ope.
Nam labor in uarias ſolet emigrarē figuras:
Nūc leo:nunc aper eſt:nunc bouis ora gerit.
Sicut acarnano eſt de flumine fama deoq;:
Qui uada carpathiæ lata tenebat aquæ.
Plurima barba:micant oculi:ſtāt cornua frōte
Eſurit:& ſicco ſemper in ore ſitis
Sudat:& in rorem facies & pectora currunt

Nulla quies:nulla eſt deſidioſa dies.
Illia magna:femur ualidum:ſine pōdere uēter:
Deſinit in latos tibia longa pedes.
Bille tumet:furit:intrantes clamoribus arcet:
Vociferat toruum:multiplicatq; minas.
Vt reor hoc priſci uates dixere mineruam:
Nā minuit uires:debilitatq; labor.
Qui cupiunt igitur ſanctos intrare receſſus
Longa prius duro prælia marte ferunt.
Dicitur alcides ericem qui uicit ab iſto
Victus in herboſo procubuiſſe ſolo.
Et niſi certantē uirtus miſerata fuiſſet:
Semper erant ſacræ limina clauſa domus.
Ipſa fores reſerans feſſum totoq; labantē
Corpore:porrecta traxit ab hoſte manu.
Huc ueniunt homines uirtutis imagine ducti:
Sed refugit uerſo territa turba pede.
Hic opus eſt animis:& firmi pectoris auſu:
Vincit quē longæ non domuere moræ.
Degeneres animi primo in certamine cædūt:
Nec pudet expelli:nec dare terga fugæ.
Limen ad hoc falco pugnare uiriliter auſus
Obtinuit fractis regia tecta feris.
Hicq; diu doctus delubra ſubiuit honoris
Victor:& immēſas inde recepit opes.
Sicut ariſteus poſt uicti prælia monſtri
Reperit occiſo dulcia mella boue.
Et quoniā pauci ſuperant hæc atria:paucos
Falconi reperit curia ſancta pares.

In Falconem

Vnde magiſtratus falco tibi gloria tanti
Quos aluit uirtus magnificauit honor.

In Eundem

Pulſa redi uirtus reuocat te libera Roma:
Nam patriæ falco regnat in urbe pater.

In Eundem

Eſt alias falco ſuperat qui cæde uolucres:
Hic alios mentis & pietate uiros.

In Eundem

Praxiteles ſculptor:uateſ maro:pictor appelles

AD FALCONEM.

Herbipotẽs chiron:belliger hector erat:
Muſicus Amphion: Tiphys nauarcus: apollo
Fatidicus: mars ui maximus: arte ſinon
Gnoſiacis Alcon iaculis clarebat & arcu:
Mercuriuſ linguæ munere: caſtor equis:
Autumedon currus moderatur: aranea telam:
Artifices pallas: luna bicornis aquam.
At cõmune bonum Chriſtiq; negocia falco
Curat: & hac illi culmen in arte datur.

In Eundem

Deſpiciunt Romã qui degeneraſſe fatentur:
Romuleos falco laudibus æquat auos.

In Eundem

Iam Romana fatis tuto ratis æquore fertur:
Nã pelagus falco remigiũq; tenet.

In Eundem

Cur eſt pulſa fameſ: Romæ Cur bella quierũt?
Quod cererẽ falco: tẽperat atq; iouem.

In Eundem

Arma placent aquilæ parit aurea ſæcula falco
Ciuibus: hic chriſto militat: illa ioui.

In Eundem

Omne quirinali ſcelus eiicietur ab aula:
Limen enim falco pontificale tenet.

In eundem

Quid gemis ãmiſſas aquilas priſcũq; decorẽ
Roma? tuus falco te reparare poteſt.
Roma meos inquit uexat diſcordia ciues:
Nec ratio ſed iã uiuit in urbe furor
Iſte meus nulla dolor eſt ſanabilis arte:
Deridet medicas iſta podagra manus.
Non ſi præteritos reuocet noua purpura reges:
Nõ ſi Cæſaribus: Cõſulibus ue darer
Falconem fateor ſi ſpes foret ulla salutis
Forſitan ærumnas poſſe fugare meas.

In eundem

Quid tibi/mœcenas quod ſis/ſub cæſare falco
Proderit: excluſus ſi ſit ab urbe maro?

In eundem

Quoſdã thraicios audiuit Roma loquentes.

Palluit ultores credidit eſſe gothos.
Tunc ego:dum falco dum regnat Acacius inq̃
Roma ſede:& nullo ſollicitere metu.

In Eundem

Auget opes alius Romæ:ſtudet alter honori:
At ſtudium falco relligionis habet:

In Eundem

Cur populo ſemper domus eſt falconis aperta?
Quod ſit honeſtatis iuſticiæq; domus.

In Eundem

Sceptra tenet falco:Romana catonibus aula
Paret:in aſſirios ſardanapalus erat.

In Eūdē de ſtella crinita quæ tūc apparuit

Aurea falconis uirtus eſt ſidere maior:
Non metuā rutilæ flāmea monſtra comæ.

In Eundem de eclipſi ſolis

Vidimus aſſueto priuatū lumine ſolem:
Pallida turbato uidimus aſtra die.
Vidimus horrendos criniti ſideris ignes:
Et grauis attonito regnat in orbe pauor.
Nō ego defectum phœbi te ſoſpite falco
Non metuam fulmen terribileſue comas.
Non metuam terræ motus:non æquoris æſtū:
Non canis æſtiuo cum furit igne ſitim.
Scimus enim quoniā deus eſt pietatis amator:
Ventura auſpicio proſpera cuncta tuo.

In eundem

Innumeros phœnix:& phœbi nuncius annos
Viuit:amadryades tempora longa deæ.
Sæcula tot ceruus:tot uiuit ſæcula cornix:
Aſt hominū paucis uita diebus abit.
Recte igitur falco maior tibi cura dierū:
Quam ſit opum:redit æs:nō redit ulla dies.

In Eundem

Eſt tibi diuitiis uirtus & honoribus impar:
Cur dat inæquali præmia lance deus?
Præmia uirtutū non ſunt mortalia:tanti
Nemo uoluptates diuitias ue putet.
Eſt tibi ſupremo melior theſaurus olympo:
Vnde tui merces tota laboris erit.

In Eundem

Diues eſ: at crœſo longe locupletior eſſes:
Si meritis hominũ diuiderentur opes.

Ad eundem de uirtute ſapphicũ carmen.

Cum deus magnũ fabricaret orbem
Et polos alto ſinuaret arcu:
Iuſſit æterna rutilare pulchrum
Lampade ſolem
Iuſſit & lunam dubia micantem
Luce ſublimes agitare Currus
Et per obſcuras aliena ferre
Lumina noctes.
Aureis cœlũ uariauit aſtris
Quæ per ingentes reuoluta gyros
Fata diſpenſant: humiliſq; terræ
Regna gubernant.
Aeris tractus auium Canoris
Cantibus: terras nemorũ uirenti
Fronde: diuerſis decorauit altum
Piſcibus æquor
Tunc ad argutos philomena cantus
Guttur aptauit: didicitq; uoces
Pſithacus noſtras: nituit ſuperbo
Tergore pauo.
Barbaram citrum precioſus atlas
Ida funebrem peperit Cypreſſum
Pelion Quercus. ſolymæ tulerunt
Balſama ſyluæ.
Et tagus fuluo nociturus auro
Fluxit: & croeſi uiridem per oram:
Lydius curſu properauit hermus
Inuidioſo
Tunc per humentes pelagi meatus
Squammea cinctus populi Caterua
Poſt ſuum fluctus equitauit altos
Prothea delphin.
Sic deus cœli maris atq; terræ
Fecit ornatum: tamen ad decorem
Mentis humanæ magis applicauit
Artis acumen.

Mens enim ſummo nimium parenti
Chara :pro uitæ ſapienter actæ
Præmio :mundi fuit in beatum
Limen itura.
Dumq; ei cultum dare ſingularem
Cogitat: pulchris Areten capillis
Forte proſpexit ſpacioſa ſolam
Ire per arua.
Namq; flammantis meditãs olympi
Lumen :& curſus Arete uolantes
Nomen aptabat numerumq; claris
Addidit aſtris.
Iam maris fluxum tumidoſq; fluctus
Norat:& quare tremebunda tellus
Fluctuet :quare iaculetur aer
Nubilus ignes.
Norat & linguas hominũq; mores:
Et quibus falli ſolet & refelli
Veritas tecto male nota uultu
Norat elenchos.
Fecerat noſtræ documenta uitæ:
Et quibus cœli peteremus arcem
Sortis humanæ miſerata caſum.
Fecerat artes.
Hanc deus menti comitem ducẽq;
Fecit:ut caſus patienter omnes
Ferret:& nullo ſcelerum tumultu
Deiiceretur.
Ipſa nos duros uocat in labores
Nec dies nobis finit ocioſos
Hoc ait noſtros petiiſſe cœlum
Calle parentes.
Ipſa Falconis comitata greſſum
Fecit ut duros tolerans labores
Iret ad ſummum decus atq; uitam
Labe carentem.
Ipſa falconis uigilanter aurem
Vellat :& noſtri memorem negoci
Reddat:ut portum breuiore curſu
Cymba ſubintret.

In Eundem de uirtute

Més uirtutis inops maŕ piſcibus:alite cœlum:
Sideribus mundus:gramine terra carens.

in Eundem de uirtute

Pyramides Nili:pharos inſula:iuppiter ămon
Mauſoli & triuiæ marmora celſa deæ.
Regna ſemiramidis:Romana palatia : iunge
Si placet & ſolymi templa ſupba dei.
Talia ſimplicitas hominum miracula dixit:
Qui niſi terrenas nil ſpeculantur opes.
Hæc lapidum moles cælataq; ſaxa fuere
Quæ grauis eximia fecerat arte labor.
Longa dies marmor ſolidum contriuit:& æra.
Tempus enim dura ſingula fauce terit .
Maius opus uirtus:quá nec diſſoluere poſſunt
Tempora : nec rauco fulmina pulſa ſono.

In Eundem de uirtute

Plurima uirtuti laus hic:at præmia nulla:
Nam deus illius præmia ſolus habet.

In Eundem de uirtute

Eximiæ claros cur ad uirtutis honores
Ex humili plures uidimus ire loco?
Pauperibus uirtus quia ſit ſine dote/maritis
Nubit :habet grandes ſors opuléta uiros

in Eúdé đ formoſo & ſtudioſo

Iuncta uenuſtati probitas iuuenilis in auro
Candida purpureis lilia mixta roſis:
Additus in calatho uiolis amaranthus eburno:
Et cũ purpureo medica mala croco.

De deformi ſtudioſo.

Abdita deformi uirtus ſub corporis antro:
Tecta cauernoſis attica mella fauis .
Rex in ueſte rudi lutea theſaurus in urna:
Phagina gemato dactyloteca ſinu.

De pulchro & uitioſo

Forma mephitifero polluta libidinis uſu :
Picta cadaueribus plena ſepulchra nouis.
Fœta uenenoſis argétea uaſa colubris :
Oblita tartareo lactea gemma luto.

De deformi uitioſo.

Improbitas animi deformibus abdita mēbris
Virus in obſcœno triſte nocenſq; cado.
Frigida limoſis incluſa paludibus hydra:
Turpibus in luſtris dente ſuperbus aper.

In Eundem de uirtute

Alcides lapythas:indos deuicit Iachus:
Iſthmiaco iuueni præda chimera fuit.
Pellæus babylona labor triſtéq; darium
Vicit:& iſiacas memnoniaſq; domos.
Aeſonides fuluum uellus:danaæa propago
Gorgoneos angues æquoreamq; feram.
Cæſaris occiduo ueniunt ex orbe triumphi
Scypiadæ libycos perdomuere lares.
His æterna dedit laudum præconia uirtus
Maior:& immēſum fortia facta decus.
Ardua res uiciſſe alios.uictoria maior
Eſt animi fluctus compoſuiſſe ſui.
Subieciſſe metus:& debellaſſe timores:
Gaudia ſpéq; graui ſuppoſuiſſe iugo.
Propterea longe maior tua gloria falco
Surgit:& armatos uincis honore duces.

Cur boni uiri poſthabeantur

Spōte malos hōines:& noxia grāmina nutrit:
At melius ſemen ferre recuſat humus.
Mitior eſt propriis:alienaq; pignora ſemper
Tractat inhumana dura nouerca manu.
Vir bonus eſt cœli:malus eſt telluris alumnus:
Quos igitur cœlū diligit:odit humus.

De comuni lætiçia in magiſtratu falconis

Fuſca prius quare fulgent candore niuali
Atria?& albentes explicat aula ſinus?
Cur domus exultat?molles cur læta coronas
Induit?& multa ianua fronde uiret?
Barbara cur nitidos uelant aulæa penates?
Aurea cur pictum ſigna lacunar habet?
Roma ſenex alacri cui nam uenit obuia pōpa?
Quo properat celeri tota iuuenta pede?
Thybris ouans geſtit:ſicut geſtiuit olympus:
Cum rediit uicto iuppiter encelado.
Hæc ego dū meditās tacito ſub pectore uoluo

Concita uox aures impulit iſta meas.
Fortunam ſuperat uirtus:prudẽtia fatum:
Curat honeſtatem iuſticiamq; deus.
Iſta uiris grauibus fecit populoq; quirini
Falco magiſtratu gaudia tanta ſuo.

Ad Philippum baueriam.

Turbida nunc urſos clamat nũc Roma colũnã
Eſſe quid attonita pacis in urbe poteſt?
Et niſi falconis ſcirem me numine tutum:
Iam mea populifer cerneret ora padus.
Propterea diui repetes cum limina petri:
Ne fluat in longos fac mea cauſa dies.

Ad falconem

Cum deus extructo terras inuiſeret orbe
Cunctaq; de ueteri cerneret orta chao.
Naturæ ex utero traxit duo pignora:quorum
Nuribus humanæ diuiderentur opes.
Virtutem ſortemq; uocant: temeraria ſorti
Frons fuit:at uirtus caſta modeſta proba
Mentis inops orbamq; ferẽs ſors lumine frõtẽ
Iuſticiam neſcit:conſilioq; caret.
At uirtus grauis æqua,ſagax innoxia, uerax
Pondera menſuras corrigit & numeros.
Quod iubet utilitas uirtus:qđ poſcit honeſtas
Præſtat:inaudita nil ratione facit.
Sors autem quicquid præceps ſine lege libido
Suggerit inſtabili datq; adimitq; manu.
Ipſa ſibi ſatis eſt:ipſa eſt ſibi præmia uirtus:
Sors eſt præter opes & ſine honore nihil.
Has ſibi qđ nemo potuit ſine numine tãdẽ
Eualuit falco conciliare duas.
Nec:mirũ: quoniã quiſquis ueneratᷓ olympũ,
Ipſe ſibi cœlos ſubicit atq; deum.

Colloquium inopum de falcone

Dixit inops inopi ſacram Laurentis ad ædem
Quid facis ad floræ triſtis inersq; forum?
Dum mea:reſpondit:tractare negocia tento
Haurior aſſiduis quottidie aucupiis.
Aes periit:nec habet finem rerum ulla mearũ.
Quid faciam infelix:unde precabor opem.

Obtinet expulſa probitate pecunia Romam
Nec deus in tota poſſidet urbe locum.
Quot ſũt Romæ hõines tot eũt p cõpita fures
Quoſue canes ſperas experiere lupos.
Ii lacedæmonii:ſcythiam petiere quirites:
Nam lacedæmonii furta licere putant.
At ſcythiæ populi damnãt:grauiterq; minanẽ:
Vt mos conſulibus cæſaribuſq; fuit.
Omnibus eſſe lupos licet in regione luporum:
Inter pygmeos non pudet eſſe breuem.
Deſipis alter ait:fugat hæc opprobria falco.
Nec ſua ſub tali ſæcula labe ſinit.
Sta.pete falconem:ſine re ſine munere uinces:
Omnis ab hoc ſaltem fraus aliena uiro eſt.

In falconem

Nuper ab exquiliis quoſdã deſcendere lætis
Frontibus:& lento uidimus ire pede.
Dumq; meos eadem fero per ueſtigia greſſus:
Et ſequor æquali præuia terga gradu.
Audio miſcentes concordibus iſta loquelis:
Verba:decem breuibus ſubiicienda modis.
Vidimus antiquæ ſpecimen uirtutis in uno:
Et fabium curiũ fabriciumq; uiro.
Cæſareos animos:cum relligione catonis
Attiliiq; fidem cum pietate numæ.
Vidimus ardentem chriſti pro nomine petrũ:
Et celebrem pauli uociferare tubam
Eloquium marci demoſtenis atq; ſaluſti
Et Brutos:magni cum probitate duos.
Continet hos omnis ſancto ſub pectore falco:
Idq; quod eſt falco plus habet omnibus his.

Ad .D.Falconem de morte Philippi Bauariæ querimonia.

m Axime uir patriæ pr̃ & mea gloria falco:
Impulit in luctus me noua cauſa nouos.
Triſtor:& in tenebras lucem uertere dolores:
Nec mihi nocte datur:nec mihi luce quies.

AD FALCONEM.

Baueriam rapuit peſtis Romana philippum.
Perdere tam ſanctum mors fuit auſa caput.
Inuida mors ſi quid miſeris uidet utile terris
Inſidiatrices mittit ad arma manus.
Cur ueneranda mori permiſit pectora uirtus?
Cur homini non eſt auxiliata ſuo?
Et deus: æterno probitas cui fœdere iuncta eſt:
In cineres talem cur ſinit ire uirum?
Quot mala quot clades hæc tãta licẽtia mortis
Attulit: indigno quot premit ora ſitu.
Conquerimur: nec fert aliquẽ q̃rimonia fructũ
Quottidie querimur: quottidie rapimur.
Si perimat ſæuos hominumq; cruore madẽtes
Iuſtius & longe minus eſſet opus.
Si cadat euriſtheus aliquis/ſi infidus olyſſes
Non eſt qui facinus non putet eſſe pium.
Iſte nec immiti tractabat ſpicula dextra:
Nec ſæuum rigidi martis amabat opus.
Arte regens acres ſicut theodoſius iras
Mitis: & in nullos ore moleſtus erat.
Omnibus innocuus: caſu tranquillus in omni.
Nec tamen ignauo ſegnis inerſq; metu.
Iſte dioneam uenerem: bromiumq; ſubegit:
Votaq; laſciuæ deſidioſa gulæ.
Fecerat hoſpitium caſto pia membra pudori:
Sicut ioſephus: ſicut & hippolytus.
Non erat elatus: nec inani deditus auræ.
Qualis tarquinus: qualis & Ancus erat.
Ipſe ſuas cunctis operas donabat amicis.
Officio tota ſedulitate uacans.
Si quãdo uacuum tempus ſupereſſet/habebat
Siue deus totos ſiue minerua dies.
Languida nec fecit tardos ignauia ſenſus:
Nec uitam coluit ſardanapali acam.
Peruigil ad mores animũ reuocabat honeſtos:
Menſq; erat ad curas ingenioſa pias.
Inuidiæ nunq̃ potuit tabeſcere morbo:
Nec dedit atroci corda cremanda foco.
Totus erat pietas: totus clementia: totus
Et ſine fraude fides: & ſine labe pudor:

Non erat argenti cupidus:non ebrius auro.
Solum animi ueras accumulauit opes.
Fortis:& a recto nulla reuocabilis arte:
Q uale numæ pectus:quale catonis erat.
Non labor a rebus iuuenem reuocabat agēdis.
Gaudia ſudor erat:cura leuamen erat.
Ipſe erat irato comunis ab æquore portus:
Ipſe erat in placido remus & aura mari.
Necdum biſdenos æui tranſegerat annos:
Et tam diuitibus mens erat aucta bonis:
Q uod longis aliqui uix eualuere diebus
Iſte breui prudēs tempore factus erat.
Non expectauit canos matura ſenectus:
Ante ſenem ſenuit:uir fuit ante uirum.
Q uis lepor & latiæ fuerit quæ gratia linguæ
Q uæ docuit tellus romula teſtis erit.
Teſtis erit locuples noſtri pomponius æui
Gloria:de cuius plurima fonte bibit.
Hic:ſi continuo rerum ſenuiſſet in uſu:
Iſſet ad heroum ſemideumq; decus.
Notus erat dirceus ager:potauerat undam
Q uæ ſubito uates hauſta deoſq; facit.
In uiridi grauitas lætoq; modeſtia uultu
Grata uerecundi ſigna pudoris erant.
Cur fuerit uirtus tenero tam clara ſub æuo:
Cauſa uelut paſſim dicitur iſta fuit.
Nam per oliuerii ueſtigia ſancta carafæ
Aſſiduus cœptum continuauit iter.
Adde quod herebat lateri falconis:& iſta
Integritas ex his tracta duobus erat.
Nam iuuenis mores a conuiuentibus haurit:
Vt calet admoto frigidus igne liquor.
Hi ſunt romulei duo ſidera magna ſenatus:
Vnde bonis lumen:præſidiumq; datur.
Iure igitur fratres fratrem defletis ademptum:
Tuq; parens uentris pignora ſancta tui.
Heu periit generis proles clariſſima ueſtri:
Heu cecidit ueſtræ gloria tanta domus:
Sed memores eſtote pias in ſidera mentes
Ire:nec infernos poſſe ſubire lacus.

AD FALCONEM.

Viuit in æthereo:quẽ nos hic flemus: olympo:
Et gaudet luteas deſeruiſſe domos.
Deſeruiſſe graues reſoluti corporis artus
Gaudet:& in ſuperum tranſiliiſſe choros.
Horriferam mortẽ:uiuis q̃ maxima pœna eſt
Tranſiit:elyſiis perfruiturq; locis.
Nos quoq; lugubri flemus tua fata Philippe
Carmine:deceſſus ingemimuſq; tuos:
Tu mihi tractanti romana negocia ſemper
Aſſiduas operas:auxiliumq; dabas.
Tu mihi ſolamen:miſeris tu in rebus aſylum:
Tu uada:tu uenti:tu mihi portus eras.
Tu mihi feciſti:mea dũ præconia narras:
Egregios inter nomina clara uiros.
Propterea quotiens ſacras accẽdimus aras:
Suppliciter pro te myſtica dona damus.
Tu quoq; ſpiritibus:quorum tibi copia:ſanctis
Mutua pro nobis uota preceſq; dato.

Pugna uirtutis & fortunæ.

Ebria uirtutẽ fortuna laceſſere nuper
Cœpit:& hoc bellũ dicitur orſa modo.
Cur latitas? uanaq; tegis grauitate timorẽ?
Si ſapiſ ut iactas:& potes:arma cape.
Te iuuat obſcuris nugas excudere tectis:
Semiuiros inter fœmineoſq; choros.
Tu tibi ſola places:ſine te nihil utile dicis.
Et populũ ficto decipis ore rudem.
Vis phœbæa tuis oracula cædere dictis:
Et ſomnos hebetes deſidiamq; doces.
Aſt ergo ſublimes animos ad ſidera mitto:
Et decoro gentẽ nobilitate meam.
Regna mihi ſubſunt & opes & purpura regũ:
Et patitur leges terra fretũq; meas.
Tu me ſtultitiæ:tu me leuitatis ubiq;
Arguis:& nomen polluis ore meum.
Efficiam ne te defendat inertia poſthac:
Si ſapis ut iactas:& potes :arma cape.
Nec lateo dixit uirtus:nec prælia quæro:
Nec fugio:leges cõſiliũq; ſequor.
Si ratio poſcit pugnas :interrita pugno:

Si pacem præfert:ocia pacis amo.
De pietate loqui de relligione deoq;
Ad genus omne iuuat:nã gen9 omne rego.
Recta placent nobis:ratione carẽtia nunquã.
Et populum tali fallimus arte rudẽ.
Non phœbæa meis:uerũ tua cædere dictis
Plena uolo obſcenis dicta libidinibus.
Ipſa leues animos in tartara mittis:& omni
Dedecoras gẽtes impietate tuas.
Præficis indignos:& regna latronibus imples.
Subq; tuo luget terra fretumq; iugo.
Nec te ſtulticiæ:nec te leuitatis ubiq;
Arguo:tale tuum dat tibi nomen opus.
Efficiam certe ne me experiaris inertem:
Efficiã gladio confodiare tuo.
Deſine deceptrix hominum fortuna minari:
Nouimus & mores ingeniũq; tuum.
Fas & iura times:pro legibus uteris armis:
Nec pudet inſontes præcipitare uiros.
Te duce Romani maduerũt ſanguine reges:
Et pleriq; ſua procubuere manu.
Bella moues:nec ſcis motos ſedare tumultus:
Sæpius accenſo territa marte fugis.
Nouimus ad trebiã cannas:trãſimeniaq; arua:
Stulnciæ uires conſiliumq; tuæ.
Te rupes tarpeia canit:canit Allia laudes:
Et gothus:& fuſco uandalus ore tuas.
Aeſtiferũ æqperas nimbũ:q murmure multo.
Surgit:& excuſſa languet inanis aqua.
Falconem quotiens fortẽq; inſana repertum.
In ſordes auſa es pauperiemq; dare?
Cerne locis ut nunc niteat ſublimibus inter
Purpureos patres armigeroſq; duces.
Hi ſunt quos ueſana fugas:cogiſq; ſubire
Et terra & uaſto longa pericla mari.
Alter ad oceanum fineſq; recurrit iberos:
Dum fidei debet præmia ferre ſuæ.
Alter in alpinis niuibus lygurũq; per agros.
Viuit:& ad celtas ad ſenoneſq; fugit:
Et quia militiæ titulis excellit:& omni.

Laude nitet:duplicem ſedi fragũq; uocas:
Q uis ſit:& eximiæ quæ ſit prudẽtia frontis
Conſtat:& hoc uicti non tacuere duces.
Hos experta potes quæ noſtra potentia noſſe:
Et qua conatus frangimus arte tuos.
Diſce uiros fortes & pectora ſancta uereri:
Atq; meum ceſſa dilacerare genus.
Verũ adeo leuis es:tãnſq; furoribus ardens:
Vt nequeas iræ uim cohibere tuæ.
Q ui pinxit lycium uoluit te pingere montem:
Dũ uariã fingit multiplicẽq; feram.
Ora leonis habes:quia primum pectora faſtu
Tollis:& audaces mittis in ora ſonos.
Hircus olens uenter:quia quos extollis ĩ oẽm
Deſidiã proni luxuriãq; ruunt.
Non opus exẽplis:quorum mihi copia maior
In libyca q̃ ſit copia farris humo.
Vltima pars ſerpens:quoniã de crimine uirus
Naſcitur:& uitiũ dira uenena parit.
Cõſcia mens culpæ taxos aconitaq; mandit:
Semper & in tenebras ſuppliciũq; cadit.
His accenſa grauem rapuit fortuna pharetrã:
Et celeri torſit ſpicula multa manu.
Voce manu gladio iaculis curſuq; fatigat:
Et circũducto Strenua pugnat equo.
Fixa manẽs eadẽ inſiſtit ueſtigia uirtus:
Nec timet inſanã præcipitẽq; feram.
Aegida nam radidis chalybũ fornacibus uſtã
Et ſolido clypeos ex adamante gerit.
Fruſtra igitur fortuna truci ſuperintonat ore:
Atq; leues circum fertq; refertq; gradus.
Sæuit inutiliter/ceu cũ graue ſibilat oeſtrum
Obuolitans taurũ cornupetamue bouem.
Dũ uidet in caſſum ſe mittere tela per auras/
Infremit.& crebro uerbere pulſat equum.
Dum furit incaute:miſſiſq; uagatur habenis:
Decidit:& fracto gutturis oſſe perit.
Marmoreo comites mœſtæ ĩpoſuerẽ ſepulchro:
Et ſuper hoc quidã carmen ineſſe ferunt.
Hic iacet inſani numen mutabile uulgi/

Google

Lege carens: ſola mobilitate potens.
Arma caput Iani uariaſq; ferentia fruges
Cornua: cum clauo quo uada nauis arat.
Tunc ait ex media quidam ſine nomine turba
Qui uarias ſortis nouerat ante uices.
Fidite uirtuti: fortuna fugacior undis
Non manet: & certam neſcit habere domum
Gaudia dum ſimulat: ſubuertere cogitat orbē:
Inſidias ridens exiciumq; parat.
Propterea uaſis Agathoclea legimus uſum
Fictilibus uerſo dum timet orbe premi.
Diſcite quos ſurſum uoluit rota, ponere faſtus.
Trudet ab excelſo uos mora parua loco.

Ad Fundē ꝙ heroico carmine dicēdus ſit

Falco quirinalis decus immortale ſenatus
Quo duce reſtitui poſſent labentia romæ
Mœnia & illuſtres iterum ſperare triumphos
Dummodo noſtra tuas elegia reponere laudes
Pergit: & exilem diſperdit arundine cantum:
Ecce cothurnato gradiens heroica paſſu
Muſa meum deriſit opus: quid talibus inquit
Ionium remis audes tranare profundum?
Hic mihi non ſulmo: nec cineri nauita uerſu
Claudicet: huc op⁹ ē adſit uel ſmyrna uel ādes
Naȝ neq; penelopes curæ: non hyppodamiæ:
Non danaes plorādus amor: nō uulnus eliſæ:
Parua decēt humiles: paruo breuis hydria fōti
Cōuenit: & paruis ſatis eſt breuis utribus aura.
Vel pedes incedit media de plebe uiator:
Vel querulo uehit̄ plauſtro: uel paupe cymba
Magnanimis rex magnus eqs curruq; ſupbo
Fertur: & audaces ſulcat ratis ardua fluctus.
Magna decent magnos: magno latonius arcu
Vtitur: ingenti mauors accingitur enſe:
Immenſo tonat igne pater: maiora putatur
Gurgite ſub uitreo geſtare tridētifer arma.
Huc igitur phœbea cohors phœbea ſupellex
Plectra lyræq; uolent: & ſacri gloria fontis:
Huc pluat eu rotas: huc omnia phocidis arua
Certatim gelidos latices & lactea mittant

AD FALCONEM.

Flumina lauretis uariaq; uirentia fronde.
Non ſit in aoniis regio ſine uocibus oris:
Nõ ſine laude nemus:nulli ſine carmine fõtes
Illuſtres falconis auos cantate:piamq;
Primaeui generis prolem/claroſq; nepotes:
Ipſe quoq; altiſono tollatur ad æthera cantu:
Cuncta ſonent heroa nouũ/quẽ rector olympi
Diuorum aſcripſit numero:qui carcere liber
Corporeo implebit de ſedibus ætheris unam.
Dicite:& illuſtrem trans æquora mittite famã:
Audiat hæc tanais:mirentur iberica regna:
Et pelluſiacas carmen referatur ad aures.
Et didonis ager romanis æmulus aruis
Audiat hæc:trepidetq; iterum Romana reuerti
Claſſica:& auſoniis iterum dare mœnia flãmis
Scypiadas iterum metuat:dum talibus audit
Nunc quoq; Romuleas habitari ciuibus arces
Tranſeat hæc arabes/nigros ea fama p indos
Et repetat ſcythicos per ſerica regna colonos.
Palladias artes rimatus in omnia uenit
Phoebeæ ſecreta domus:primordia noſtri
Fontis:& ætheream penetrauit lumine molem
Sæpe meduſeis facunda liquoribus arua
Abluit:& noſtris diues remeauit ab oris.
Ipſe iubet paſſim ſanctos adoleſcere mores:
Priſcaq; cæleſtis renouat ueſtigia uitæ.
Nec peſſum ſinit ire pios:in egena patentes
Compita fert loculos:& ĩ agmina ſemiat aurũ:
Ferreus ad Romæ populiq; negocia nunq̃
Flectitur:& palmæ ſimilis quæ pondere p̃ſſa
Altius extollit ramos:oneriq; reſiſtit:
Strenuus & ſolers & frangi neſcius ira:
Propoſiti fideiq; tenax:ſine munere nullos
Pro uirtute fugit pro relligione labores:
Quod niſi falconis quicq̃ de laudibus aufert
Liuor:ad excelſos ueterum ſe attollet honores:
Nec ſinet extingui generis monumenta latinæ:
Et ſua uiuaci decorabit ſæcula laude:
Inq; dies ueſtros rediiſſe uidebitur ætas
Aurea:& antiquæ ſurget uirtutis imago:

Perpetuis igitur circundare tempora ſertis:
Et lauros hederaſq; ferat frondemq; mineruæ:
Hæc ait: & ridens elegos humilemq; poeſim
Et caput auertens indignabuda receſſit.

F I N I S.·.

Impreſſum Bononiæ per Benedictum Hecto
ris Calcographum accuratiſſimum ære
proprio Anno Salutis. M.D.ii.
Die uero .xi. Iunii. Ciui
tatis habenas mode
rante Dño Ioã
ne Bẽti
uolo
Patriæ parente Bene Merito.

Regeſtum

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.u.x.y.z.
&.2.ꝝ.

A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.
R.S.T.V.X.Y.Z.

AA.BB.CC.DD.EE.FF.GG.HH.II.KK
LL.MM.NN.OO.PP.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google